B

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
35 MA
51

TESTAMENTVM nouum iuxta veterē tranſlationem & gręca exēplaria recognitū ac diligentiſſime caſtigatum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA
VITTORIO EMANUELE

VENETIIS.

In officina Lucęantonii Iuntę

M. D. XXXIIII.

HIERONYMUS IN CAtalogo ſcriptorum eccleſiaſticorum.

MAtthæus qui & Leui, ex publicano Apoſtolus, primus in Iudæa propter eos qui ex circuncisione crediderant, euãgelium CHRISTI Hebraicis literis verbisq; compoſuit. Quod quis poſtea in Græcũ tranſtulerit, non ſatis certũ eſt. Porrò ipſum Hebraicũ habetur vſq; hodie in Cæſarienſi bibliotheca, quã Pamphilus martyr ſtudioſiſſime confecit. Mihi quoq; à Nazaræis, qui in Berœa vrbe Syriæ hoc volumine vtuntur, deſcribendi facultas fuit. In quo animaduertendum, ꝙ vbicunq; Euangeliſta, ſiue ex perſona ſua, ſiue ex perſona domini ſaluatoris, veteris ſcripturæ teſtimonijs vtitur, non ſequatur ſeptuaginta tranſlatorũ authoritatem, ſed Hebraicã. è quibus illa duo ſunt, Ex Ægypto vocaui filium meum. Et, Quoniam Nazaræus vocabitur.

SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM MATTHÆVM.



A Liber generationis IESV CHRI- Luc.3.e
STI filij Dauid filij
Abraham. Abrahã ge- Gen.21.e
nuit Iſaac. Iſaac autẽ, Gen.25.d
genuit Iacob. Iacob Gen.29.g
autem, genuit Iudam
& fratres eius. Iudas Gen.38.g
autẽ, genuit Phares & Zaram de Tha 1.Par.2.a
mar. Phares autẽ, genuit Eſron. Eſron Ruth.4.d
autem, genuit Aram. Aram autẽ, ge-
nuit Aminadab. Aminadab autem, ge
nuit Naaſſon. Naaſſon autem genuit
Salmon. Salmõ autem, genuit Booz
de Raab. Booz autẽ, genuit Obed ex
Ruth. Obed autem, genuit Ieſſe. Ieſſe
autem, genuit Dauid regem. Dauid
autem rex, genuit Salomonem ex ea 2.reg.12.
quę fuit Vrię. Salomon autem, genuit 1.Par.3.b

Roboam. Roboã autem, genuit Abiã.
Abia autem, genuit Aſa. Aſa autẽ, ge-
nuit Ioſaphat. Ioſaphat autẽ, genuit
Ioram. Ioram autẽ, genuit Oziam.
Ozias autẽ, genuit Ioatham. Ioathã B
autem, genuit Achaz. Achaz autẽ, ge
nuit Ezeciam. Ezecias autem, genuit
Manaſſem. Manaſſes autem, genuit
2. Paralip. Amon. Amon autem, genuit Ioſiam.
36.a.b Ioſias autem, genuit Iechoniã & fra
tres eius in tranſmigratione Babylo-
1. Para. 3. c nis. Et poſt tranſmigrationẽ Babylo-
nis, Iechonias genuit Salathiel. Sala-
thiel autem, genuit Zorobabel. Zo-
robabel autem, genuit Abiud. Abiud
autem, genuit Eliacim. Eliacim autẽ,
genuit Azor. Azor autem, genuit Sa-
doc. Sadoc autẽ, genuit Acim. Acim
autem, genuit Eliud. Eliud autem, ge
nuit Eleazar. Eleazar autem, genuit
Matthan. Matthan autem, genuit Ia
cob. Iacob autem, genuit Ioſeph vi-
rum MARIÆ, de qua natus eſt IE-
SVS qui vocatur CHRISTVS.
¶ Omnes itaque generationes ab A- C

braham vſq; ad Dauid, generationes
quatuordecim. & à Dauid vſque ad
tranſmigrationem Babylonis, gene-
rationes quatuordecim. & à tranſmi-
gratione Babylonis, vſq; ad CHRI-
STVM, generatiões quatuordecim.
IESV CHRISTI autem genera-
tio ſic erat. ¶ Cum eſſet deſponſata
mater eius MARIA, Ioſeph, anteq̃;
conuenirent, inuenta eſt in vtero ha-
bens de ſpiritu ſancto. Ioſeph autem
vir eius cum eſſet iuſtus & nollet eā
traducere: voluit occulte dimittere
eam. Hæc autē eo cogitante, ecce an-
gelus domini apparuit in ſomnis ei,
dicens, Ioſeph fili Dauid, noli timere
accipere MARIAM coniugem tuā:
quod enim in ea natum eſt, de ſpiritu
ſancto eſt. pariet autem filium: & vo- Luc.1.c
cabis nomē eius IESVM. ipſe enim
ſaluum faciet populū ſuum à pecca-
D tis eorum. Hoc autē totum factum
eſt, vt adimpleretur quod dictū eſt à
domino per prophetā dicentem, Ecce
virgo in vtero habebit & pariet filiū: Eſa.7.c

& vocabunt nomen eius Emmanuel,
quod eſt interpretatũ, nobiſcũ deus.
Exurgens autem Ioſeph à ſomno, fe
cit ſicut præcępit ei angelus domini,
& accępit coniugem ſuam. Et non co
gnoſcebat eam, donec peperit filium
ſuum primogenitum: & vocauit no-
men eius IESVM.

CAPVT II.

Cum ergo natꝰ eſſet IESVS A
in Bethleē Iudęę in diebus
Herodis regis, ecce Magi
ab oriente venerunt Hiero
ſolymam, dicentes, Vbi eſt qui natus
eſt rex Iudæorũ? vidimus enim ſtel-
lam eius in oriente, & venimus ado-
rare eum. Audiens autē Herodes rex,
turbatus eſt, & tota Hieroſolyma cũ
illo. Et congregans omnes principes
ſacerdotum & ſcribas populi, ſciſcita
batur ab eis vbi CHRISTVS naſce
retur. At illi dixerũt ei, In Bethleem C
Iudææ. ſic enim ſcriptũ eſt per pro-
Mich.5.a phetam, Et tu Bethleem terra Iuda,
Ioan.7.f nequaquā minima es in principibus

Iuda. ex te enim exibit dux, qui reget
populum meum Iſrael. Tunc Hero-
des clàm vocatis Magis, diligenter di
dicit ab eis tẽpus ſtellæ quę apparuit
eis. & mittens eos in Bethleem, dixit,
B Ite, & interrogate diligenter de pue-
ro: & cũ inueneritis, renuntiate mihi, 8
vt & ego veniens adorem eum. Qui
cum audiſſent regem, abierũt. & ecce
ſtella quã viderant in oriente, antece-
debat eos, vſquedum veniens ſtaret
ſupra vbi erat puer. Videntes autem
ſtellã, gauiſi ſunt gaudio magno val
de. Et intrantes domum, inuenerunt
puerum cum MARIA matre eius.
& procidentes adorauerunt eum. &
apertis theſauris ſuis, obtulerunt ei
munera: aurum, thus, & myrrhã. Et Pſal. 71. b
reſponſo accępto in ſomnis ne redi-
rent ad Herodem, per aliam viam re
uerſi ſunt in regionem ſuam. ¶ Qui
cum receſſiſſent, ecce angelus domi-
ni apparet in ſomnis Ioſeph, dicens,
C Surge & accipe puerum & matrem
eius, & fuge in Ægyptum: & eſto ibi

vſquedum dicam tibi. Futurum eſt
enim, vt Herodes quęrat puerum ad
perdendũ eum. Qui conſurgns, accę
pit puerum & matrem eius nocte: &
ſeceſſit in Ægyptum. Et erat ibi vſq;
ad obitum Herodis: vt adimpleretur
Oſee.11.a quod dictum eſt à domino per pro-
phetam dicentẽ, Ex Ægypto vocaui
filium meũ. ¶ Tunc Herodes videns
q illuſus eſſet à Magis, iratus eſt val-
de: & mittens occidit omnes pueros
qui erant in Bethleem & in omnibus
finibus eius, à bimatu & infra, ſecun-
dum tempus quod exquiſierat à Ma
gis. Tunc adimpletum eſt quod dictũ
eſt per Hieremiam prophetam dicen
tem, Vox in rama audita eſt lamenta- D
Hiere.31.c tio, ploratus & vlulatus multus, Ra-
chel plorans filios ſuos, & noluit cõ-
ſolari, quia non ſunt. ¶ Defuncto au
tem Herode, ecce angelus domini ap
paret in ſomnis Ioſeph in Ægypto,
dicens, Surge & accipe puerũ & ma-
trem eius, & vade in terrã Iſrael. de-
functi ſunt enim qui quærebant ani-

mam pueri. Qui conſurgens, accepit
puerum & matré eius, & venit in ter
ram Iſrael. Audiens autem ꝙ Arche-
laus regnaret in Iudæa pro Herode
patre ſuo, timuit illò ire: & oraculo
admonitus in ſomnis, ſeceſſit in par-
tes Galileę. Et veniens habitauit in ci
uitate quæ vocatur Nazaret: vt adim
pleretur quod dictum eſt per prophe
tas, ꝙ Nazaræus vocaretur.

CAPVT III.

A IN diebus autem illis venit
Ioãnes Baptiſta prædicans Marc. 1. a
in deſerto Iudęę, & dicens, Luc. 3. a
Pœnitentiam agite: appro
pinquauit enim regnum cœlorũ. Hic Eſa. 21. c
eſt enim de quo dictum eſt per Eſaiã 31. c. 45. d
prophetam dicentem, "Vox clamãtis Zach. 1. a
in deſerto, Parate viã domini, rectas Eſa. 40. a
facite ſemitas eius. Ipſe autẽ Ioãnes Ioan. 1. c
habebat veſtimentum de pilis came- Mar. 1. a
lorum, & zonam pelliceã circa lum-
bos ſuos: eſca autem eius erat locuſtę
B & mel ſylueſtre. Tunc exibat ad eum
Hieroſolyma & omnis Iudęa, & om

nis regio circa Iordanem: & baptiza
bantur ab eo in Iordane confitentes
Luc. 3. b peccata ſua. Videns auté multos pha-
riſęorum & ſadducęorum venientes
ad baptiſmum ſuum, dixit eis. Proge
nies viperarũ, quis demonſtrauit vo-
bis fugere à ventura ira? Facite ergo
fructum dignum pœnitétiæ. Et ne ve
litis dicere intra vos, Patrẽ habemus C
Abraham. dico enim vobis ꝙ potens
eſt deus de lapidibus iſtis ſuſcitare fi-
lios Abrahæ. Iam enim & ſecuris ad
radicem arborum poſita eſt. Omnis
ergo arbor quę non facit fructum bo
num, exciditur, & in ignem mittitur.
Ego quidé baptizo vos in aqua in pœ
nitentiam: qui autem poſt me ventu-
rus eſt, fortior me eſt, cuius non ſum
dignus calceamenta portare, ipſe vos
baptizabit in ſpiritu ſancto & igni.
Luc. 3. d Cuius ventilabrum in manu ipſius,
& permundabit aream ſuam: & con-
gregabit triticum ſuum in horreũ: pa
Mar. 1. b leas autem cõburet igni inextingui-
Luc. 3. d bili. ¶ Tunc venit IESVS à Galilęa D

ad Iordanem, ad Ioannem: vt bapti
zaretur ab eo. Ioannes autem prohi
bebat eum dicens, Ego à te debeo ba-
ptizari, & tu venis ad me? Reſpõdens
autem IESVS, dixit ei, Sine modo,
ſic enim decet nos implere omnẽ iu-
ſtitiam. Tũc dimiſit eum. Baptizatus
autem IESVS, confeſtim aſcẽdit de
aqua. & ecce aperti ſunt ei cœli: & vi-
dit ſpiritum dei deſcendentẽ ſicut co
lumbam, & venientẽ ſuper ipſum. Et
ecce vox de cœlis dicẽs, Hic eſt filius 2. Pet. 1. d
meus dilectus in quo mihi cõplacui.

CAPVT IIII.

A TVnc IESVS ductus eſt in Mar. 1. b
deſertum à ſpiritu, vt ten- Luc. 4. a
taretur à diabolo. Et cũ ie-
iunaſſet quadraginta die-
bus & quadraginta noctibus, poſtea
eſuriit. Et accedens tentator, dixit ei,
Si filius dei es, dic vt lapides iſti pa-
nes fiant. Qui reſpondens, dixit, Scri
ptum eſt: Non in ſolo pane viuet ho- Deu. 8. a
mo, ſed in omni verbo quod proce-
dit de ore dei. Tunc aſſumit eũ diabo

lus in ſanctam ciuitatẽ, & ſtatuit eum
ſuper pinnaculum templi, & dicit ei,
Si filius dei es, mitte te deorſum. Scri
ſal.90.c ptum eſt enim, Angelis ſuis mãdabit
de te, & in manibus tollent te, ne for
te offendas ad lapidẽ pedem tuum.
Ait illi IESVS rurſum, Scriptũ eſt, B
Non tẽtabis dominum deum tuum.
Deute.6.c Iterum aſſumit eũ diabolus in mon-
tem excelſum valde: & oſtẽdit ei om
nia regna mundi, & gloriam eorũ, &
dicit ei, Hęc omnia tibi dabo, ſi cadẽs
adoraueris me. Tũc dicit ei IESVS,
Deute.6.c Vade ſatana. ſcriptum eſt enim, Domi
&.10.d num deum tuum adorabis: & illi ſoli
ſeruies. Tunc relinquit eũ diabolus:
& ecce angeli acceſſerunt, & miniſtra
Mar.1.c bant ei. ¶ Cum autem audiſſet IE-
Luc.4.c SVS ꝙ Ioãnes traditus eſſet, receſſit
Ioan.4.f in Galilæam: & relicta ciuitate Naza
Marc.1.c ret, venit & habitauit in ciuitate Ca-
Luc.4.c pharnaum maritima, in finibus Za-
bulon & Nephthalim, vt adimplere-
tur quod dictum eſt per Eſaiã prophe
Eſa.9.a tam, Terra Zabulon & terra Nephtha C

lim, via maris trans Iordanem, Gali-
lęa gentium: populus qui ambulabat
in tenebris, vidit lucem magnam: &
qui ſedebant in regione vmbrę mor-
tis, lux orta eſt eis. Exinde cœpit IE-
SVS prædicare, & dicere, Pœnitentiã
agite: appropinquauit enim regnum
cœlorum. ¶ Ambulans autem IE- Marc. 1.a
SVS iuxta mare Galilææ, vidit duos Luc. 5.a
fratres, Simoné qui vocatur Petrus,
& Andream fratrem eius, mittentes
rete in mare (erant enim piſcatores)
& ait illis, Venite poſt me: & faciam
vos piſcatores hominum. At illi con-
tinuo relictis retibus, ſecuti ſunt eũ.
D Et procedens inde, vidit alios duos
fratres, Iacobum Zebedæi & Ioan-
nem fratrem eius in naui cum Zebe-
dæo patre eorum reficiẽtes retia ſua:
& vocauit eos. Illi autem ſtatim reli
ctis retibus & patre, ſecuti ſunt eum.
¶ Et circuibat IESVS totam Gali-
læam, docens in ſynagogis eorum, &
prædicans euangeliũ regni: & ſanans
omnem languorem & omnem infir-

mitatem in populo. Et abijt opinio
eius in totam Syriam, & obtulerunt
ei omnes male habentes, varijs lan-
goribus & tormentis comprehēſos,
& qui dæmonia habebant, & lunati-
cos, & paralyticos, & curauit eos: &
ſecutæ ſunt eum turbæ multę de Ga- B
lilæa, & Decapoli, & Hieroſolymis,
& de Iudæa, & trans Iordanem.

CAPVT. V.

VIdens autem turbas, aſcen- A
dit in montē. & cum ſediſ-
ſet, acceſſerunt ad eum di-
ſcipuli eius: & aperiens os
Luc.6.d ſuum, docebat eos, dicens, Beati pau
peres ſpiritu: quoniam ipſorū eſt re-
gnum cœlorum. Beati mites: quoniā
ipſi poſſidebunt terram. Beati qui lu-
gent: quoniā ipſi conſolabuntur. Bea
ti qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiā: quo-
niam ipſi ſaturabuntur. Beati miſeri-
cordes. quoniam ipſi miſericordiam
cōſequentur. Beati mūdo corde: quo
niam ipſi deum videbunt. Beati paci-
fici: quoniā filij dei vocabuntur. Beati

qui perſecutionem patiũtur propter 1.Pet.3.c
iuſtitiam: quoniã ipſorum eſt regnũ
cœlorum. Beati eſtis cum maledixe-
rint vobis, & perſecuti vos fuerint, &
dixerint omne malum verbũ aduer-
ſum vos mẽtientes, propter me. gau-
B dete & exultate: quoniam merces ve
ſtra copioſa eſt in cœlis. ſic enim per-
ſecuti ſunt prophetas qui fuerũt ante
vos. Vos eſtis ſal terræ. Quòd ſi ſal
euanuerit: in quo ſalietur? ad nihilũ Mar.9.g
valet vltra, niſi vt mittatur foras, & Luc.14.g
conculcetur ab hominibus. Vos eſtis
lux mundi. Non poteſt ciuitas abſcõ-
di ſupra montem poſita. neq; accen-
dunt lucernã, & ponunt eam ſub mo Mar.4.c
dio, ſed ſuper candelabrum: & lucet Luc.8.c
omnibus qui in domo ſunt. Sic luce- &.11.e
at lux veſtra coram hominibus: vt vi
deant opera veſtra bona, & glorificẽt
patrem veſtrũ qui in cœlis eſt. ℭ No
lite putare ꝙ venerim ſoluere legem
aut prophetas. non veni ſoluere: ſed
C adimplere. Amen quippe dico vobis, Luc.16.d
donec tranſeat cœlum & terra, iota

vnum aut vnus apex non præteribit
a10.2.b à lege donec omnia fiant. Qui ergo
ſoluerit vnum de mandatis iſtis mi/
nimis, & docuerit ſic homines: mini/
mus vocabitur in regno cœlorũ. qui
autem fecerit & docuerit: hic magnꝰ
vocabitur in regno cœlorum. Dico
enim vobis, ꝙ niſi abundauerit iuſti/
tia veſtra plus quàm ſcribarũ & pha/
riſæorum, non intrabitis in regnũ cœ
lorum. ℭ Audiſtis quod dictum eſt
antiquis, Non occîdes. qui autẽ occi/
Exo.20.c derit: reus erit iudicio. Ego autẽ dico
Deute.5.b vobis, quòd omnis qui iraſcitur fratri
ſuo, reus erit iudicio. qui autem dixe/ D
rit fratri ſuo, rhaca: reus erit concilio.
qui autem dixerit, fatue: reus erit ge/
hénę ignis. Si ergo offers munus tuũ
ad altare, & ibi recordatus fueris ꝙ
frater tuus habet aliquid aduerſum
te: relinque ibi munus tuum ante al/
tare, & vade, prius reconciliare fratri
tuo: & tũc veniens offer munus tuũ.
Luc.12.g ℭ Eſto cõſentiens aduerſario tuo citò
dum es in via cũ eo: ne forte tradat te

aduerſarius

aduerſarius iudici, & iudex tradat te
miniſtro, & in carcerē mittaris. Amē
dico tibi, non exibis inde, donec red-
das nouiſſimum quadrantem. ❡ Au Exo.20.c
diſtis quod dictum eſt antiquis, Non
mœchaberis. Ego autē dico vobis ꝙ
omnis qui viderit mulierem ad con-
cupiſcendum eam, iam mœchatus eſt
E eā in corde ſuo. Quòd ſi oculus tuus Infra.18.b
dexter ſcandalizat te, erue eū & proĳ Marc.9.g
ce abs te: expedit enim tibi vt pereat
vnum membrorum tuorum, & non
totum corpus tuum mittatur in ge-
hennā ignis. Et ſi dextera manus tua
D ſcandalizat te, abſcinde eam, & proĳ-
ce abs te: expedit enim tibi vt pereat
vnum membrorum tuorum, & non
totum corpus tuum eat in gehēnam.
❡ Dictum eſt autem, Quicunq; dimi Deu.24.a
ſerit vxorem ſuam, det ei libellum re
pudĳ. Ego autem dico vobis, ꝙ om- Infr.19.b
nis qui dimiſerit vxorē ſuam, exceꝑta Mar.10.b
fornicationis cauſa, facit eam mœcha Luc.16.d
ri: & qui dimiſſam duxerit, adulterat. 1.cor.7.b
❡ Iterum audiſtis quod dictum eſt Leui.19.c

antiquis; Non periurabis: reddes au-
ixo.20.b tem domino iuramẽta tua. Ego autẽ F
Deu.5.b dico vobis non iurare omnino. neq;
acob.5.c per cœlum: quia thronus dei eſt. neq;
per terram: quia ſcabellum eſt pedũ
eius. neq; per Hieroſolymam: quia ci
uitas eſt magni regis. neq; per caput
tuum iuraueris: quia nõ potes vnum
capillum album facere aut nigrũ. Sit
autẽ ſermo veſter eſt eſt, nõ nõ. quod
autem his abũdantius eſt, à malo eſt.
Exo.21.c ¶ Audiſtis quod dictum eſt, Oculum
Deu.19.d pro oculo, & dentem pro dente. Ego
leui.24.d autem dico vobis nõ reſiſtere malo:
luc.6.c ſed ſi quis te percuſſerit in dexteram
maxillam tuam, præbe illi & alterã.
& ei qui vult tecum in iudicio cõten-
dere, & tunicã tuam tollere: dimitte
& pallium. & quicunq; te angariaue
rit miliarium vnũ, vade cũ illo duo.
Qui autem petit à te, da ei. & volenti G
leui.19.d mutuare à te, ne auertaris. ¶ Audiſtis
quod dictum eſt, Diliges proximum
tuum & odio habebis inimicũ tuum.
luc.6.d Ego autem dico vobis, diligite inimi

cos veſtros, benefacite his qui oderũt vos, & orate pro perſequētibus & calumniantibus vos: vt ſitis filij patris veſtri qui in cœlis eſt: qui ſolē ſuum oriri facit ſup bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Si enim dili- luc.6.e
gitis eos qui vos diligunt, quā mercedem habetis? nónne & publicani hoc faciunt? Et ſi ſalutaueritis fratres veſtros tantum, quid amplius facitis? nónne & Ethnici hoc faciũt? Eſtote ergo vos perfecti, ſicut pater veſter cœleſtis perfectus eſt.

CAPVT VI.

A ATtendite ne eleemoſynam veſtram faciatis corā hominibus vt videamini ab eis: alioquin mercedē non habetis apud patrem veſtrũ qui in cœlis eſt. Cum ergo facis eleemoſynā, noli
G tuba canere ante te, ſicut hypocritæ faciunt in ſynagogis & in vicis, vt honorificentur ab hominibus. amē dico vobis, recipiunt mercedem ſuam. Te autem faciente eleemoſynam, neſciat

ſiniſtra tua quid faciat dextera tua: vt
ſit eleemoſyna tua in abſcondito, &
pater tuus qui videt in abſcondito,
reddet tibi in manifeſto. ℭ Et cũ oras
non eris ſicut hypocritæ, qui amãt in
ſynagogis & in angulis platearũ ſtan
tes orare, vt videãtur ab hominibus.
amen dico vobis, recipiunt mercedẽ
ſuam. Tu autem cum oraueris, intra
in cubiculũ tuum, & clauſo oſtio ora
patrem tuum in abſcondito: & pater
tuus qui videt in abſcondito, reddet
tibi in manifeſto. Orantes autẽ nolite
multum loqui, ſicut Ethnici: putant
enim quòd in multiloquio ſuo exau
diantur. Nolite ergo aſſimilari eis. ſcit B
enim pater veſter quid opus ſit vo-
bis, anteq̃ petatis eum. Sic ergo vos
Luc.11.a orabitis, Pater noſter qui es in cœlis,
ſanctificetur nomen tuum. Adueniat
regnum tuum. Fiat volũtas tua, ſicut
in cœlo, & in terra. Panem noſtrũ ſu-
perſubſtantialẽ da nobis hodie. Et di-
mitte nobis debita noſtra, ſicut & nos
dimittimus debitoribus noſtris. Et ne

nos inducas in tentationē. Sed libera
nos à malo. Quia tuum eſt regnū, &
potentia & gloria in ſecula ſeculorū,
Amē. Si enim dimiſeritis hominibus Mar. 11. c
delicta eorū: dimittet & vobis pater Eccli. 28. a
veſter cœleſtis delicta veſtra. Si autē
non dimiſeritis hominib⁹ delicta ſua:
nec pater veſter dimittet vobis deli-
cta veſtra. ℭ Cum autē ieiunatis, no-
lite fieri ſicut hypocritæ triſtes. Exte-
nuant enim facies ſuas, vt pareant ho
C minibus ieiunantes. Amē dico vobis,
ꝙ recipiūt mercedē ſuam. Tu autem
cum ieiunas, vnge caput tuum, & fa-
ciem tuā laua: ne videaris hominibus
ieiunans, ſed patri tuo qui eſt in ab-
ſcōdito: & pater tuus qui videt in ab- Luc. 12. d
ſcōdito, reddet tibi. ℭ Nolite theſauri
zare vobis theſauros in terra: vbi ęru
go & tinea demolitur, & vbi fures ef-
fodiunt & furātur. Theſaurizate autē
vobis theſauros in cœlo: vbi neq; ęru
go neq; tinea demolitur, & vbi fures
non effodiunt nec furātur. Vbi enim
eſt theſaurus veſter: ibi erit & cor ve- Luc. 11. e

Luc.11.c ſtrum. ¶ Lucerna corporis, eſt ocu-
lus. Si ergo oculus tuꝰ fuerit ſimplex:
totum corpus tuum lucidum erit. Si
autem oculus tuus fuerit nequam: to
tum corpus tuũ tenebroſum erit. Si
ergo lumen qđ in te eſt, tenebræ ſunt:
Luc.16.c ipſæ tenebræ quãtę erũt? ¶ Nemo po
teſt duobus dominis ſeruire. aut enĩ
vnum odio habebit, & alterũ diliget:
aut vnũ ſuſtinebit, & alterum cõtẽ-
net. Non poteſtis deo ſeruire, & mã-
monæ. ¶ Ideo dico vobis, ne ſoliciti
Luc.12.c ſitis animæ veſtræ quid manducetis,
1.Pet.5.b neqꝫ corpori veſtro quid induamini.
Pſal.54.d Nõnne anima pluris eſt q̃ꝫ eſca: & cor D
pus pluris q̃ꝫ veſtimentum? Reſpicite
volatilia cœli, ꝙ non ſerunt, neqꝫ me
tunt, neqꝫ cõgregant in horrea: & pa-
ter veſter cœleſtis paſcit illa: nonne
vos multo pluris eſtis illis? Quis au-
tem veſtrum ſolicite cogitans, poteſt
adijcere ad ſtaturã ſuam cubitũ vnũ?
Et de veſtimento quid ſoliciti eſtis?
Conſiderate lilia agri quomodo cre-
ſcunt: non laborant neque nent. Dico

autem vobis ꝙ nec Salomon in om/
ni gloria ſua coopertus eſt ſicut vnũ
ex iſtis. Si enim fœnum agri qđ hodie
eſt, & cras in clibanũ mittitur, deus ſic
veſtit: an nõ multo magis vos modi/
cę fidei? Nolite ergo ſoliciti eſſe, dicẽ/
tes, Quid mãducabimus, aut quid bi
bemus, aut quo operiemur? hęc enim
B omnia gentes inquirũt. Scit eni pater
veſter cœleſtis ꝙ his omnibus indige
tis. Quærite autẽ primũm regnũ dei
& iuſtitiã eius: & hęc omnia adiicien
tur vobis. Nolite ergo ſoliciti eſſe in
craſtinũ. craſtinus enim dies ſolicitus
D erit ſibi ipſi, ſufficit diei malitia ſua.

CAPVT VII.

A NOlite iudicare vt non iudi/
cemini. In quo enim iudi/ Luc.6.f
cio iudicaueritis, iudicabi/ Rom.2.a
mini: & in qua mẽſura mẽ
ſi fueritis, remetietur vobis. Quid au
tem vides feſtucã in oculo fratris tui: Mar.4.c
& trabẽ in oculo tuo non vides? Aut luc.6.f
quomodo dices fratri tuo, Sine eiiciã
feſtucã de oculo tuo: & ecce trabs eſt

in oculo tuo? Hypocrita, eijce primũ
trabem de oculo tuo, & tunc videbis
eijcere feſtucam de oculo fratris tui.
¶ Nolite dare ſanctum canibus: neq;
mittatis margaritas veſtras ante por
cos, ne quãdo conculcẽt eas pedibus
Infra.21.c ſuis, & conuerſi dirũpant vos. ¶ Pe/
Marc.11.c tite & dabitur vobis: quęrite & inue/
Luc.11.b nietis, pulſate & aperietur vobis. Om B
Ioan.14.b nis enim qui petit, accipit: & qui quę/
&.16.e.f rit, inuenit: & pulſanti aperietur. Aut
Iacob.1.a quis eſt ex vobis homo, quẽ ſi petie/
rit filius ſuus panem, nunquid lapidẽ
porriget ei? Aut ſi piſcẽ petierit: nun/
quid ſerpentem porriget ei? Si ergo
vos cum ſitis mali, noſtis bona data
dare filijs veſtris: quãto magis pater A
veſter qui in cœlis eſt, dabit bona pe/
Luc.6.e tentibus ſe? Omnia ergo quæcũq; vul
Tob.4.c tis vt faciãt vobis homines: ita & vos
Luc.13.e facite illis. Hæc eſt enĩ lex & prophe/
tæ. ¶ Intrate per anguſtam portam:
quia lata porta, & ſpatioſa via eſt quę
ducit ad perditionem, & multi ſunt
qui intrant per eam. Quoniã anguſta

porta & arcta via eſt quæ ducit ad vi-
tam: & pauci ſunt qui inueniũt eam.
C ¶ Attendite à falſis prophetis, qui ve
niunt ad vos in veſtimentis ouium,
intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. à
fructibus eorũ cognoſcetis eos. Nun- Luc. 6. f. g
quid colligunt de ſpinis vuas, aut de
tribulis ficus? Sic omnis arbor bona,
B fructus bonos facit: mala autẽ arbor,
malos fructus facit. Non poteſt arbor
bona, malos fructus facere: neque ar
bor mala, bonos fructus facere. Om-
nis arbor quæ non facit fructum bo-
num, exciditur, & in ignem mittitur.
Igitur ex fructibus eorũ cognoſcetis
eos. Nõ omnis qui dicit mihi, Domi-
ne domine, intrabit in regnum cœlo
rum: ſed qui facit voluntatem patris
mei qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in re
D gnum cœlorum. Multi dicẽt mihi in
illa die, Domine domine, nõne in no Luc. 13. e. f
mine tuo prophetauimus, & in nomi
ne tuo dæmonia eiecimus, & in no-
mine tuo virtutes multas fecimus? Et
tunc cõfitebor illis, Nunq̃ noui vos;

Pſal.6.c diſcedite à me, qui operamini iniqui-
Infra.25.d tatem. ¶ Omnis ergo qui audit verba
Luc.13.f mea hęc, & facit ea: aſſimilabo eũ viro
Luc.6.g ſapienti qui ędificauit domũ ſuam ſu-
Rom.2.b per petrã. & deſcendit pluuia & vene-
Iaco.1.d runt flumina, & flauerunt venti, & ir-
ruerunt in domũ illam, & nõ cecidit.
fundata enim erat ſuper petrã. Et om-
nis qui audit verba mea hæc, & non
facit ea: ſimilis erit viro ſtulto qui ędi-
ficauit domũ ſuam ſuper arenam. &
deſcendit pluuia & venerũt flumina,
& flauerunt venti & irruerunt in do-
Mar.1.c mum illam, & cecidit, & fuit ruina il-
Luc.4.e lius magna. ¶ Et factum eſt: cum cõ-
ſummaſſet IESVS verba hæc, admi-
rabantur turbæ ſuper doctrina eius;
Erat enim docens eos ſicut poteſtatẽ
habens, & non ſicut ſcribæ eorum.

CAPVT VIII.

Mar.1.d CVm autem deſcendiſſet de A
Luc.5.c monte, ſecutæ ſunt eũ tur-
bæ multę: & ecce leproſus
veniens adorabat eum, di-
cens, Domine, ſi vis, potes me mũda-

re. Et extendens IESVS manum, te-
tigit eum, dicens, Volo. Mundare. Et
confeſtim mundata eſt lepra eius. Et
ait illi IESVS, Vide nemini dixeris:
ſed vade oſtende te ſacerdoti, & offer
munus tuum quod pręcępit Moyſes Leui. 14. a
in teſtimonium illis. ℭ Cum autem Luc. 7. a
introiſſet IESVS Capharnaũ, acceſ-
ſit ad eum Centurio, rogans eũ, & di
cens, Domine: puer meus iacet in do
mo paralyticus, & male torquetur. &
ait illi IESVS, Ego veniã & curabo
eum. Et reſpõdens Centurio, ait, Do-
mine, nõ ſum dignus vt intres ſub te-
ctum meum: ſed tantũ dic verbo, &
ſanabitur puer meus. Nam & ego ho
mo ſum ſub poteſtate, habẽs ſub me
milites: & dico huic vade, & vadit: &
alteri veni, & venit: & ſeruo meo, fac
B hoc, & facit. Audiens autem hæc IE-
SVS, miratus eſt: & ſequẽtibus ſe di-
xit, Amen dico vobis; non inueni tan
tam fidẽ in Iſrael. Dico autẽ vobis ꝙ
multi ab oriente & occidẽte venient,
& recumbent cum Abraham & Iſaac

& Iacob in regno cœlorũ: filij autem
regni eijcientur in tenebras exterio-
res. ibi erit fletus & ſtridor dentium.
Et dixit IESVS Centurioni, Vade: &
ſicut credidiſti, fiat tibi. Et ſanatus eſt
Mar.1.c puer ex illa hora. ¶ Et cum veniſſet
Luc.4.f IESVS in domum Petri, vidit ſocrũ
eius iacentem & febricitantẽ: & teti-
git manũ eius, & dimiſit eam febris,
Mar.1.d & ſurrexit & miniſtrabat eis. ¶ Ve-
Luc.4.g ſpere autem facto, obtulerunt ei mul
tos dæmonia habẽtes: & eijciebat ſpi
ritus verbo: & omnes male habentes
curauit, vt adimpleretur quod dictũ
eſt per Eſaiam prophetam, dicẽtem,
Eſa.53.b Ipſe infirmitates noſtras accepit: & C
1.Pet.2.d ægrotationes noſtras portauit. ¶ Vi
Lu..9.g dens autẽ IESVS turbas multas cir-
cum ſe, iuſſit diſcipulos ire trans fre-
tum. Et accedens vnus ſcriba, ait illi,
Magiſter, ſequar te quocunq; ieris. Et
dicit ei IESVS, Vulpes foueas ha-
bent, & volucres cœli nidos: filius au
tem hominis non habet vbi caput re
clinet. Alius autem de diſcipulis eius,

ait illi, Domine, permitte me primũ
ire & ſepelire patrẽ meum. IESVS
autem ait illi, Sequere me, & dimitte
mortuos ſepelire mortuos ſuos. ¶ Et Mar.4.d
aſcẽdente eo in nauim, ſecuti ſunt eũ Luc.8.d
diſcipuli eius: & ecce motus magnus
factus eſt in mari, ita vt nauis operi-
retur fluctibus: ipſe vero dormiebat.
Et acceſſerunt ad eum diſcipuli eius:
& ſuſcitauerunt eum dicentes, Domi
ne, ſalua nos, perimus. Et dicit eis IE
SVS, Quid timidi eſtis modicę fidei?
Tunc ſurgens, increpauit ventos &
mare, & facta eſt trãquillitas magna.
D Porrò homines mirati ſunt dicentes,
Qualis eſt hic, quia & venti & mare
obediunt ei? ¶ Et cum veniſſet trans Már.5.a
fretum in regionem Gergeſenorum, Luc.8.d
occurrerunt ei duo habentes dæmo-
nia, de monumẽtis exeuntes, ſęui ni-
mis, ita vt nemo poſſet tranſire per
viam illam. Et ecce clamauerunt, di-
centes, Quid nobis & tibi IESV fili
dei? Veniſti huc ante tempus torque-
re nos? Erat autem longe ab illis grex

multorum porcorũ paſcens. Dæmo-
nes autem rogabant eum dicentes, Si
eijcis nos, permitte nos abire in gre-
gem porcorum. Et ait illis, Ite. At illi
exeuntes, abierunt in porcos. & ecce,
magno impetu abijt totus grex per
præceps in mare: & mortui ſunt in a-
quis. Paſtores autem fugerunt. & ve-
nientes in ciuitatem, nũtiauerunt om
nia, & de ijs qui dęmonia habuerant.
Et ecce, tota ciuitas exijt obuiam IE
SV. Et viſo eo, rogabant vt tranſiret
à finibus eorum.

CAPVT IX.

Marc.2.a Luc.5.d ET aſcendens in nauim, tranſ A
fretauit: & venit in ciuitatẽ
ſuã. Et ecce offerebant ei pa
ralyticum iacentẽ in lecto.
Et videns IESVS fidem illorũ, dixit
paralytico, Confide fili, remittuntur
tibi peccata. Et ecce quidam de ſcribis
dixerunt intra ſe, Hic blaſphemat. Et
cũ vidiſſet IESVS cogitationes eo-
rum, dixit, Vt quid cogitatis mala in
cordibus veſtris? Quid eſt facilius, di

cere, Dimittuntur tibi peccata: an di/
cere, Surge & ambula? Vt autem ſcia/
tis ꝙ filius hominis habet poteſtatem
in terra dimittendi peccata: (tunc ait
paralytico) Surge, tolle lectum tuũ,
& vade in domum tuam. Et ſurrexit:
& abijt in domum ſuam. Videntes au
tem turbæ, admiratæ ſunt, & glori/
ficauerunt deum, qui dedit poteſta/
tem talem hominibus. ❡Et cum trã/
ſiret inde IESVS, vidit hominem Mar. 1.b
ſedentem in telonio, Matthæum no/ Luc. 5.f
mine. Et ait illi, Sequere me. Et ſur/
gens, ſecutus eſt eum. Et factum eſt,
diſcumbente eo in domo, ecce mul/
B ti publicani & peccatores venientes,
diſcumbebant cum IESV & diſcipu
lis eius. Et videntes phariſæi, dicebãt
diſcipulis eius, Quare cum publica/
nis & peccatoribus manducat magi/
ſter veſter? At IESVS audiens, ait,
Non eſt opus valentibus medico, ſed
male habentibus, euntes autem, diſci
te quid eſt, Miſericordia volo, & non O ſee. 6.c
ſacrificium. Non enim veni vocare .Tim. 1.c

arc.2.c iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiã.
uc.5.f.g ℭTunc accedũt ad eum diſcipuli Io
annis, dicẽtes, Quare nos & phariſæi
ieiunamus frequenter: diſcipuli autẽ
tui non ieiunant? Et ait illis IESVS,
Nunquid poſſunt filij ſponſi lugere
quãdiu cum illis eſt ſponſus? Venient
autem dies, cum auferetur ab eis ſpõ
ſus: & tunc ieiunabunt. Nemo autem
immittit cõmiſſuram panni rudis in
veſtimentum vetus: tollit enim ple- C
nitudinem eius à veſtimẽto: & peior
ſciſſura fit. Neque mittunt vinum no
uum in vtres veteres: alioquin rum-
puntur vtres, & vinum effunditur, &
vtres pereunt. Sed vinum nouum in
vtres nouos mittunt: & ambo cõſer-
Mar.5.b uantur. ℭHæc illo loquente ad eos:
Luc.8.f ecce princeps vnus acceſſit, & adora-
bat eũ dicens. Domine filia mea mo-
do defuncta eſt: ſed veni, impone ma
num tuam ſuper eam, & viuet. Et ſur
gens IESVS, ſequebatur eum, & di-
ſcipuli eius. Et ecce mulier: quæ ſan-
guinis fluxum patiebatur duodecim
annis,

annis, acceſſit retro, & tetigit fimbriā veſtimēti eius. Dicebat enim intra ſe, Si tetigero tantum veſtimentū eius: ſalua ero. At IESVS conuerſus & videns eam, dixit, Cōfide filia, fides tua te ſaluā fecit. Et ſalua facta eſt mulier ex illa hora. Et cum veniſſet IESVS in domum principis, & vidiſſet tibicines & turbam tumultuantem, dicit illis, Recedite: non eſt enim mortua puella, ſed dormit. Et deridebant eū. Et cum ejecta eſſet turba, intrauit: & tenuit manum eius. Et ſurrexit puella. Et exijt fama hæc in vniuerſam terram. ¶ Et trāſeunte inde IESV, ſecuti ſunt eum duo cæci clamantes & di
D centes, Miſerere noſtri fili Dauid. Cū autem veniſſet domum, acceſſerunt ad eum cęci. Et dicit eis IESVS, Creditis quòd hoc poſſum facere vobis? Dicunt ei, Vtiq; domine. Tunc tetigit oculos eorum, dicens, Secundum fidem veſtrā fiat vobis. Et aperti ſunt oculi eorum: & comminatus eſt illis IESVS, dicens, Videte ne quis ſciat.

Illi autem exeuntes diffamauerunt
Infr. 12.b eum in tota terra illa. ¶ Egreſſis autẽ
Mar. 3.c illis, ecce obtulerunt ei hominẽ mu-
Luc. 11.b tum, dæmonium habẽtem. Et eiecto
dæmonio, locutus eſt mutus: & mi-
ratæ ſunt turbę, dicentes, Nunquã ap-
paruit ſic in Iſrael. Phariſęi autẽ dice
bant, In principe dęmoniorum eijcit
dęmones. ¶ Et circuĩbat IESVS om
nes ciuitates, & caſtella, docens in ſy-
nagogis eorum, & prędicans euange
lium regni, & curans omnem lango-
rem & omnem infirmitatẽ in popu-
lo. Videns autem turbas, miſertus eſt
Marc. 6.c eis: quia erant vexati & diſperſi ſicut
Luc. 10.a oues non habentes paſtorem. Tũc di
cit diſcipulis ſuis. Meſſis quidẽ mul- C
ta: operarij autem pauci. Rogate ergo
dominũ meſſis, vt mittat operarios
in meſſem ſuam.

CAPVT X.

Marc. 3.b ET conuocatis duodecim di- A
Luc. 6.b.c ſcipulis ſuis, dedit illis pote
ſtatem in ſpiritus imundos,
vt eijcerent eos, & curarent

omnem languoré, & omnem infirmi
tatem. Duodecim autem apoſtolorũ
nomina ſunt hęc: Primus, Simon qui
dicitur Petrus, & Andreas frater eius,
Iacôbus Zebedæi, & Ioannes frater
eius, Philippus & Bartholomę⁹, Tho
mas & Matthæus publicanus, & Ia-
côbus Alphæi & Lebbæus cognomé
to Thaddæus, Simon Cananæus, &
Iudas Iſcariotes qui & tradidit eum.
¶ Hos duodecim miſit IESVS: qui Mar. 6. a, b
bus præcępit, dicens: In viam gentiũ Luc. 9. a
ne abieritis, & in ciuitatem Samarita- & 10. a
norum ne intraueritis: ſed potius ite
ad oues quæ perierũt domus Iſrael.
Euntes auté prædicate, dicentes, Ap-
propinquauit regnum cœlorũ. Infir-
mos curate, mortuos ſuſcitate, lepro
ſos mundate, dæmones eĳcite, gratis
accępiſtis, gratis date. Nolite poſſide
re aurum, neq; argentũ, neq; pecuniá
B in zonis veſtris: non perã in via, neq;
duas tunicas, neq; calceamenta, neq; Luc. 10. b
virgã. dignus enim eſt operarius cibo 1. Tim. 1. a
ſuo. In quácunq; autem ciuitaté aut

caſtellũ intraueritis, interrogate quis
in ea dignus ſit: & ibi manete donec
exeatis. Intrantes autem in domũ, ſa-
lutate eam. Et ſi quidẽ fuerit domus
digna, veniat pax veſtra ſuper eam. ſi
autem non fuerit digna: pax veſtra re-
uertatur ad vos. Et quicũq; non recę-
perit vos, neq; audierit ſermones ve-
ſtros: exeuntes de domo vel ciuitate
Act. 13. g. illa, excutite puluerẽ de pedibus ve-
ſtris. Amen dico vobis, tolerabiliꝰ erit
terrę Sodomorũ & Gomorrhęorũ in
die iudicij, quàm illi ciuitati. Ecce ego
Luc. 10. a. mitto vos, ſicut oues in medio lupo-
rum. Eſtote ergo prudentes ſicut ſer-
pentes, & ſimplices ſicut colũbæ. Ca-
uete autẽ ab illis hominibus. Tradẽt
enim vos in concilijs, & in ſynagogis
ſuis flagellabũt vos: & ad præſides &
reges ducemini propter me, in teſti-
monium illis & gentibus. Cum autẽ
tradent vos, nolite cogitare quomo-
do aut quid loquamini. dabitur enim
vobis in illa hora quid loquamini. nõ
enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpi-

ritus patris veſtri qui loquitur in vo-
bis. Tradet autem frater fratrẽ in mor
tem, & pater filium: & inſurgent filij
in parentes, & morte eos afficient: &
eritis odio omnibus propter nomen
meum. qui autem perſeuerauerit vſq;
in finem, hic ſaluus erit. Cum autem
perſequẽtur vos in ciuitate iſta: fugi-
te in aliam. amen dico vobis, non cõ-
ſummabitis ciuitates Iſrael donec ve
niat filius hominis. Nõ eſt diſcipulus
ſuper magiſtrũ, nec ſeruus ſuper do- Luc. 6. f
minum ſuum. ſufficit diſcipulo vt ſit Ioan. 13. b
ſicut magiſter eius: & ſeruo, ſicut do- & 15. c
minus eius. Si patrẽfamiliãs Beelze-
bub vocauerunt: quãtomagis dome-
ſticos eius? Ne ergo timueritis eos.
Nihil enim eſt opertum, quod non re Mar. 4. c
ueletur: & occultũ, quod non ſciatur. Luc. 8. c
Quod dico vobis in tenebris, dicite & 12. a
in lumine, & quod in aure auditis,
prædicate ſuper tecta. Et nolite time-
re eos qui occidunt corpus, animam
autem non poſſunt occidere: ſed po-
tius timete eũ qui poteſt & animã &

corpus perdere in gehennam. Nonne
duo paſſerculi aſſe vęneũt: & vnus ex
illis nõ cadet ſuper terram ſine patre D
veſtro? Veſtri autem & capilli capitis
omnes numerati ſunt. Nolite ergo ti-
mere. multis paſſerculis meliores e-
Mar.8.d ſtis vos. Omnis ergo qui cõfitebitur
Luc.9.c me coram hominibus: confitebor &
&.12.b ego eum corã patre meo qui in cœlis
eſt. qui autẽ negauerit me corã homi
nibus: negabo & ego eum corã patre
Luc.12.f meo qui in cœlis eſt. Nolite arbitrari
ꝙ pacem venerim mittere in terram:
non veni pacẽ mittere: ſed gladium.
veni enim ſeparare hominem aduer-
Mich.7.b ſus patrem ſuum, & filiam aduerſus
matrẽ ſuam, & nurum aduerſus ſo-
crum ſuam: & inimici hominis, do-
meſtici eius. Qui amat patrẽ aut ma-
Luc.14.f trem plus q̃ me, non eſt me dignus.
& qui amat filiũ aut filiam ſuper me:
Infr.16.d non eſt me dignus. Et qui non accipit
Lu.9.c 14 crucem ſuã, & ſequitur me: nõ eſt me
f.&.17.g dignus. Qui inuenerit animam ſuã:
Ioan.12.d perdet illã. & qui perdiderit animam

ſuam propter me:inueniet eam. Qui Luc.10.e
recipit vos, me recipit: & qui me reci Ioan.13.e
pit,recipit eũ qui me miſit. Qui reci-
pit prophetam in nomine prophetæ:
mercedé prophetę accipiet. & qui re-
cipit iuſtũ in nomine iuſti: mercedem
iuſti accipiet. Et quicũq; potũ dederit Mar.9.f
vni ex minimis iſtis calicé aquę frigi
dæ,tantum in nomine diſcipuli: amé
dico vobis,nõ perdet mercedé ſuam.

CAPVT XI.

A ET factum eſt, cum finé fe-
ciſſet IESVS pręcipiendi
duodecim diſcipulis ſuis:
tranſijt inde, vt doceret &
prædicaret in ciuitatibus eorũ. ¶ Io- Luc.7.b
annes auté cum audiſſet in vinculis
opera CHRISTI: mittens duos de
diſcipulis ſuis,ait illi, Tu es qui ven-
turus eſt,an alium expectamus? Et re
ſpondens IESVS ait illis, Euntes re-
nunciate Ioanni quæ auditis & vide-
tis. cæci vident, claudi ambulant, le-
proſi mũdantur, ſurdi audiunt, mor-
tui reſurgunt, pauperes euangelizan-

tur. & beatus eſt qui non fuerit ſcāda
lizatus in me. Illis autem abeūtibus,
cœpit IESVS dicere ad turbas de
Ioāne, Quid exiſtis in deſertū vide-
re? arundinem vento agitatam? Sed
quid exiſtis videre? hominem molli-
bus veſtitū? Ecce q mollibus veſtiun
tur, in domibus regū ſunt. Sed quid B
exiſtis videre? prophetā? Etiam dico
vobis, & plus q̃ prophetam. Hic eſt
Mala.3.a enim de quo ſcriptū eſt, Ecce ego mit
to angelum meū ante faciem tuam, A
qui pręparabit viam tuā ante te. Amē
dico vobis, non ſurrexit inter natos
mulierum maior Ioāne Baptiſta. qui
autem minor eſt in regno cœlorum,
Luc.16.d maior eſt illo. A diebus autē Ioannis
Baptiſtæ vſq; nūc, regnum cœlorum
vim patitur, & violenti diripiunt il-
lud. Omnes enim prophetę & lex vſ-
que ad Ioannē prophetauerunt: & ſi
Mal.4.b vultis recipere ipſe eſt Elias qui ven-
turus eſt. Qui habet aures audiendi,
audiat. Cui autem ſimilem ęſtimabo
generationē iſtam? Similis eſt pueris

ſedentibus in foro: qui clamantes ſo-
dalibus ſuis, dicunt, Cecinimus vo-
bis, & non ſaltaſtis: lamentati ſumus
C vobis: & non planxiſtis. Vênit enim
Ioánes neq; manducans, neq; bibés:
& dicũt, Dæmonium habet. Vênit fi-
lius hominis mãducans & bibens: &
dicunt, Ecce homo vorax & potator
vini, publicanorũ & peccatorum ami
cus. Et iuſtificata eſt ſapientia à filijs
ſuis. ℭ Tunc cœpit exprobrare ciuita Luc. 10. e
tibus, in quibus factæ ſunt plurimæ
virtutes eius, quod non egiſſent pœ-
nitentiam. Væ tibi Chorazin, væ tibi
Bethſaida: quia ſi in Tyro & Sidône
factæ eſſent virtutes quæ factæ ſunt
in vobis, olim in cilicio & cinere pœ-
nitentiam egiſſent. Veruntamen dico
vobis: Tyro & Sidôni remiſſius erit
D in die iudicij, q̃; vobis. Et tu Caphar-
naum, nũquid vſq; in cœlũ exaltabe-
ris? vſq; in infernum deſcendes. quia
ſi in Sodomis factæ fuiſſent virtutes
quæ factæ ſunt in te, manſiſſent vſq;
in hanc diem. Veruntamen dico vo-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

bis, quod terræ Sodomorum remiſ/
Luc.10.d ſius erit in die iudicij, quàm tibi. ¶ In il/
lo tempore, reſpondens IESVS di/
xit, Confiteor tibi pater domine cœli 3
& terrę, quia abſcondiſti hæc à ſapien
tibus & prudentibus, & reuelaſti ea
paruulis. Ita pater, quoniã ſic fuit bẽ
Luc.10.d neplacitũ ante te. ¶ Omnia mihi tra/
dita ſunt à patre meo. Et nemo nouit
filium, niſi pater: neq; patrẽ quis no/
uit niſi filius, & cui voluerit filius re/
uelare. Venite ad me omnes qui labo
ratis, & onerati eſtis: & ego reficiam
vos. Tollite iugum meũ ſuper vos,
& diſcite à me, quia mitis ſum & hu/
milis corde: & inuenietis requiẽ ani/
Hier.6.a mabus veſtris. Iugum enim meum,
1.Ioã.5.a ſuaue eſt: & onus meum leue.

CAPVT XII.

Marc.2.d IN illo tempore, abijt IE/ A
Luc.6.a SVS per ſata, ſabbatis: di/
ſcipuli autẽ eius eſurientes,
cœperunt vellere ſpicas, &
manducare. Phariſæi autẽ videntes,
dixerunt ei, Ecce, diſcipuli tui faciunt

quod nō licet facere in ſabbato. At il/
le dixit eis, Non legiſtis quid fecerit
Dauid quādo eſuriit, ipſe & qui cum 1.Re.21.
eo erant: quomodo intrauit in domū
dei, & panes propoſitionis comêdit,
quos nō licebat ei edere, neq; his qui
cum eo erant, niſi ſolis ſacerdotibus?
Aut non legiſtis in lege ꝙ ſabbatis ſa/ Nūe.28.
cerdotes in templo ſabbatū violant,
& ſine crimine ſunt? Dico autem vo/
bis, ꝙ templo maior eſt hæc. Si autē
ſciretis quid eſt, Miſericordiam volo
& non ſacrificium, nunquam condē/ Oſee.6.c
naſſetis innocētes. dominus enim eſt
filius hominis, etiā ſabbati. ¶ Et cum
inde tranſiſſet, venit in ſynagogā eo/ Marc.3.
rum. Et ecce homo manū habens ari/ Luc.6.b
dam, & interrogabant eum dicentes,
Si licet ſabbatis curare? vt accuſarent
eum. Ipſe autem dixit illis, Quis erit
ex vobis homo qui habeat ouē vnā:
& ſi ceciderit hæc ſabbatis in foueā,
nónne tenebit & leuabit eam? Quan
to igitur melior eſt homo oue? Itaq;,
licet ſabbatis benefacere. Tunc ait ho

mini, Extende manum tuam. Et extē
dit: & reſtituta eſt ſanitati, ſicut alte/
ra. Exeuntes autem phariſæi, conſiliū B
faciebant aduerſus eū quomodo per/
derent eum. ¶ IESVS autem ſciēs:
ſeceſſit inde: & ſecuti ſunt eum mul/
ti, & curauit eos omnes: & præcępit
eis ne manifeſtū eum facerent. Vt ad/
impleretur quod dictum eſt per Eſa/
Eſa.42.a iam prophetam, dicentem, Ecce puer
meus quē elegi, dilectus meus in quo
bene complacuit animæ meæ. Ponā
ſpiritum meū ſuper eum, & iudicium
gentibus nūciabit. Non cōtendet, ne
que clamabit: neque audiet aliquis in
plateis vocem eius. arundinē quaſſa/
tam non confringet, & linum fumi/
gans non extinguet, donec eijciat ad
victoriam iudiciū: & in nomine eius
gentes ſperabunt. ¶ Tunc oblatus eſt
Supra.9.d ei dæmonium habens, cæcus & mu/
Marc.3.c tus: & curauit eum, ita vt loqueretur
Luc.11.b & videret. Et ſtupebāt omnes turbæ,
& dicebant, Nunquid hic eſt CHRI/
STVS filius Dauid? Phariſæi autem

audientes,dixerũt,Hic non eijcit dę-
mones,niſi in Beelzebub principe dę
moniorum. IESVS autem ſciens co
gitationes eorum,dixit eis,Omne re-
gnum diuiſum cõtra ſe, deſolabitur:
& omnis ciuitas vel domus diuiſa cõ
tra ſe,non ſtabit. & ſi ſatanas ſatanam
eijcit,aduerſus ſe diuiſus eſt.quomo-
do ergo ſtabit regnum eius?Et ſi ego
in Beelzebub eijcio dæmones:filij ve
ſtri in quo eijciunt? Ideo ipſi, iudices
veſtri erunt. Si autẽ ego in ſpiritu dei
C eijcio dæmones: igitur peruẽnit in
vos regnum dei. Aut quomodo po-
teſt quiſquam intrare in domum for-
tis,& vaſa eius diripere:niſi prius al-
ligauerit fortem? & tunc domũ illius
diripiet. Qui non eſt mecum,contra
me eſt:& qui non cõgregat mecum,
ſpargit. Ideo dico vobis:omne pecca
tum & blaſphemia remittetur homi- Marc.3.d.
nibus:ſpiritus autem blaſphemia,nõ Luc.12.d.
remittetur. Et quicunq; dixerit verbũ
contra filium hominis,remittetur ei:
qui autem dixerit contra ſpiritũ ſan-

ctum, non remittetur ei, neq; in hoc
ſeculo neq; in futuro. Aut facite arbo
rem bonam, & fructum eius bonum:
aut facite arborẽ malam; & fructum
eius malum. ſiquidẽ ex fructu arbor
Luc.6.g agnoſcitur. Progenies viperarũ, quo-
modo poteſtis bona loqui cum ſitis
mali? ex abundantia enim cordis, os
loquitur. Bonus homo, de bono the-
ſauro cordis profert bona: & malus
homo, de malo theſauro profert ma-
la. Dico autẽ vobis ꝙ de omni verbo
otioſo quod locuti fuerint homines,
reddent rationẽ in die iudicij. Ex ver-
bis enim tuis iuſtificaberis, & ex ver-
Luc.11.d bis tuis condemnaberis. ¶ Tunc re-
ſponderunt ei quidã de ſcribis & pha
riſęis, dicentes, Magiſter, volumus à
te ſignum videre. Qui reſpõdens ait
illis, Generatio mala & adultera ſi-
gnum quærit: & ſignum non dabitur
Ionæ.2.a ei, niſi ſignum Ionæ prophetæ. Sicut
enim fuit Ionas in ventre ceti tribus
diebus & tribus noctibus, ſic erit fili⁹
hominis in corde terræ tribus diebus

D & tribus noctibus. Viri Niniuitæ ſur-
gent in iudicio cum generatione iſta,
& condemnabunt eam: quia pœnitẽ- Ionæ.3.b
tiam egerunt in prædicatione Ionæ,
& ecce plus quàm Ionas hæc. Regina
auſtri ſurget in iudicio cũ generatio-
ne iſta, & condẽnabit eam: quia vênit 3. Re. 10. a
à finibus terræ audire ſapientiam Sa- 2. Par. 9. a
lomonis, & ecce plus quàm Salomõ
hæc. Cum autem immundus ſpiritus
exierit ab homine: ambulat per loca
arida quærens requiem, & non inue-
nit. Tunc dicit, Reuertar in domum
meam vnde exiui. Et veniẽs, inuenit
eam vacantem, ſcopis mundatam, &
ornatam. Tunc vadit & aſſumit ſe-
ptem alios ſpiritus ſecum nequiores
ſe, & intrãtes habitant ibi: & fiunt no
uiſſima hominis illius peiora priori- 2. Pet. 2. d
bus. Sic erit & generationi huic peſſi-
mę. ℭ Adhuc eo loquente ad turbas,
ecce mater eius & fratres ſtabãt foris, Marc. 3. d
quærentes loqui ei. Dixit autẽ ei qui- Luc. 8. c
dam, Ecce mater tua & fratres tui fo-
ris ſtant, quærentes te alloqui. At ipſe

reſpondens dicenti ſibi, ait, Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? Et extendens manū ſuam in diſcipulos ſuos, dixit, Ecce mater mea & fratres mei. Quicūq; enim fecerit voluntatē patris mei qui in cœlis eſt: ipſe, meus frater, ſoror, & mater eſt.

CAPVT XIII.

Mar.4.a. Luc.8.a.

IN illo die, exiens IESVS de domo, ſedebat ſec⁹ mare. Et congregatæ ſunt ad eum turbę multæ ita vt in nauim aſcēdens, ſederet: & omnis turba ſtabat in litore, & locutus eſt eis multa in parabolis, dicens, Ecce exijt qui ſeminat, ſeminare. Et dū ſeminat, quædā ceciderunt ſecus viam, & venerunt volucres cœli & comederunt ea. Alia autē ceciderūt in petroſa: vbi non habebant terram multā, & continuo exorta ſunt, quia non habebāt altitudinē terræ. ſole autē orto, exuſta ſunt: & quia nō habebant radicē, exaruerūt. Alia autē ceciderūt in ſpinas: & creuerūt ſpinæ, & ſuffocauerūt ea. A

Alia

Alia autem ceciderunt in terram bo
nam: & dabant fructū, aliud centeſi-
mum, aliud ſexageſimum, aliud tri-
ceſimum. Qui habet aures audiendi,
audiat. Et accedentes diſcipuli, dixe-
B runt ei, Quare in parabolis loqueris
eis? Qui reſpõdens, ait illis, Quia vo
bis datū eſt noſſe myſteria regni cœ
lorum: illis autem non eſt datū. Qui Infr. 25.c
enim habet, dabitur ei, & abundabit
qui autem non habet, & quod habet
auferetur ab eo. Ideo in parabolis lo
quor eis: quia videntes non vident,
& audientes non audiunt, neq; intel
ligunt. & adimpletur in eis prophe-
tia Eſaiæ, dicentis, Auditu audietis, Eſa.6.c
& non intelligetis: & videntes vide marc.4.b
bitis, & non videbitis. Incraſſatū eſt luc.8.b
enī cor populi huius, & auribꝰ gra- ioan.12.f
uiter audierūt, & oculos ſuos clau- act.28.f
ſerunt: nequando videant oculis, & rom.11.b
auribus audiant, & corde intelligāt,
& conuertantur & ſanem eos. Veſtri Luc.10.d
autem beati oculi quia vident, & au-
res veſtræ quia audiunt. Amen quip

pe dico vobis,quod multi prophetę E
& iuſti cupierũt videre quę videtis,
& non viderunt:& audire quæ audi
tis,& non audierunt. Vos ergo audi-
Mar.4.b te parabolam ſeminantis. Cum quis
Luc.8.b audit verbũ regni,& non intelligit,
venit malus & rapit quod ſeminatũ
eſt in corde eius. hic eſt qui ſecus viã
ſeminatus eſt. Qui autẽ ſuper petro-
ſa ſeminatus eſt: hic eſt qui verbum
audit,& continuo cum gaudio acci-
pit illud: non autem habet in ſe radi-
cem,ſed eſt temporalis. facta autem
tribulatione & perſecutione propter
verbum: continuo ſcãdalizatur. Qui
autem ſeminatus eſt in ſpinis: hic eſt
qui verbum audit,& ſolicitudo ſecu
li iſtius & fallacia diuitiarum ſuffo-
cat verbum, & ſine fructu efficitur.
Qui vero in terram bonam ſemina-
tus eſt: hic eſt qui audit verbũ, & in-
telligit,& fructũ affert: & facit aliud
quidem centeſimum, aliud autem ſe
xageſimum, aliud vero triceſimum.
¶ Aliam parabolam propoſuit illis, D

dicens, Simile factum eſt regnũ cœ-
lorum homini qui ſeminauit bonũ
ſemẽ in agro ſuo. cum autem dormi-
rent homines, venit inimicus eius,
& ſuperſeminauit zizania in medio
tritici, & abijt. Cum autem creuiſſet
herba, & fructum feciſſet: tunc appa-
ruerunt & zizania. Accedentes autẽ
ſerui patrisfamilias: dixerunt ei, Do-
mine, nonne bonum ſemen ſemina-
ſti in agro tuo? Vnde ergo habet ziza-
nia? Et ait illis, Inimicus homo hoc
fecit. Serui autem dixerunt ei, Vis igi-
tur eamus & colligamus ea? Et ait,
Non. ne forte colligẽtes zizania, era-
dicetis ſimul cum eis & triticum. Si-
nite vtraq; creſcere vſq; ad meſſem:
& in tempore meſſis, dicam meſſori-
bus, Colligite primum zizania, & al-
ligate ea in faſciculos ad comburen-
dum: triticum autem congregate in
E horreum meum. ¶ Aliam parabolã
ꝓpoſuit eis, dicens, Simile eſt regnũ Mar.4.d
cœlorum grano ſinapis, quod acci- luc.13.d
piens homo ſeminauit in agro ſuo:

quod minimum quidem eſt omniū
ſeminum. cum autē creuerit, maius
eſt omnibus oleribus: & fit arbor, ita
vt volucres cœli veniant & habitent
Luc. 13.e in ramis eius. ¶ Aliam parabolam
loquutus eſt eis, Simile eſt regnum
cœlorum fermento, quod acceptum
mulier abſcondit in farinæ ſatis tri-
bus, donec fermentatum eſt totum.
Mar. 4.d ¶ Hęc omnia loquutus eſt IESVS
in parabolis ad turbas: & ſine para-
bolis nō loquebatur eis, vt impleret
quod dictū eſt per ꝓphetā, dicētem
Pſal. 77.a Aperiam in parabolis os meum: eru
ctabo abſcondita à cōſtitutione mū-
di. ¶ Tunc dimiſſis turbis, venit in
domum: & acceſſerunt ad eum diſci
puli eius, dicentes, Ediſſerę nobis pa
rabolam zizaniorū agri. Qui reſpon
dens ait, Qui ſeminat bonum ſemē,
eſt filius hominis. Ager autē: eſt mū
dus. Bonum vero ſemen: hi ſunt filij
regni. Zizania autē: filij ſunt nequā.
Inimicus autem qui ſeminauit ea:
eſt diabolus. Meſſis vero, cōſumma

tio ſeculi eſt. Meſſores autem, angeli
ſunt. Sicut ergo colliguntur zizania, Apoc. 14.
& igni comburuntur: ſic erit in con- c.d.
F ſummatione ſeculi. mittet filius ho-
minis angelos ſuos, & colligét de re
gno eius omnia ſcandala, & eos qui
faciunt iniquitatem: & mittét eos in
caminum ignis. Ibi erit fletus & ſtri
dor dētium. Tunc iuſti fulgebunt ſi- Sapiē. 3. b.
cut ſol in regno patris eorū. Qui ha-
bet aures audiēdi, audiat. ℭ Iterum
ſimile eſt regnum cœlorum theſau-
ro abſcondito in agro: quem qui in-
uenit homo abſcōdit, & præ gaudio
illius vadit & vendit vniuerſa quæ
habet, & emit agrum illum. ℭ Iterū
ſimile eſt regnum cœlorum homini
negociatori, quærenti bonas marga
ritas. Inuenta autē vna pretioſa mar
garita, abijt, & vendidit omnia quæ
habuit, & emit eam. ℭ Iterum ſimi-
le eſt regnum cœlorum ſagenæ miſ-
ſæ in mare, & ex omni genere cōgre
ganti. quam, cum impleta eſſet, edu-
centes, in litus, & ſedentes, elegerūt

bona in vaſa, mala autem foras mi-
ſerunt. Sic erit in conſummatione ſe-
culi. exibunt angeli, & ſeparabũt ma-
los de medio iuſtorum, & mittent
eos in caminum ignis. ibi erit fletus
& ſtridor dentium. Dicit illis Ieſus,
Intellexiſtis hæc omnia? Dicunt ei,
Etiam Domine. Ait illis, Ideo om-
nia ſcriba doctus ad regnum cœlo-
rum, ſimilis eſt homini patrifamili-
as, qui profert de theſauro ſuo noua
Mar. 6, a & vetera. ¶ Et factum eſt: cum con-
Luc. 4. c ſummaſſet IESVS parabolas iſtas,
Ioan. 4. f tranſijt inde. Et veniens in patriam
ſuam, docebat eos in ſynagoga eo-
rum, ita vt mirarentur, & dicerent,
Vnde huic ſapientia hæc & virtutes?
Ioan. 6. c Nónne hic eſt fabri filius? Nónne ma-
ter eius dicitur MARIA: & fratres
eius, Iacôbus & Ioſes, & Simon &
Iudas? & ſorores eius, nónne om-
nes apud nos ſunt? Vnde ergo huic
omnia iſta? Et ſcandalizabãtur in eo.
IESVS autem dixit eis, Nõ eſt pro-
pheta ſine honore, niſi in patria ſua,

& in domo ſua. Et non fecit ibi virtu
tes multas, propter incredulitatem
illorum.

CAPVT XIIII.

A I N illo tẽpore, audiuit He Mar. 6. b
rodes Tetrarcha famã IE luc. 9. a
SV: & ait pueris ſuis, Hic
eſt Ioannes Baptiſta: ipſe
ſurrexit à mortuis: & ideo virtutes
operãtur in eo. Herodes enim tenuit Marc. 6. e
Ioãnem, & alligauit eum: & poſuit luc. 3. d
in carcere propter Herodiadem vxo
rẽ Philippi fratris ſui. Dicebat enim
illi Ioannes, Nõ licet tibi habere eã.
Et volens illum occidere, timuit po/
pulum: quia ſicut prophetam eum
habebant. Die autem natalis Heró/
dis, ſaltauit filia Herodiadis in me/ Infr. 21. a
dio: & placuit Herodi. Vnde cum iu
ramento pollicitus eſt ei dare quod/
cunq; poſtulaſſet. At illa præmoni/
ta à matre ſua, Da mihi (ĩquit) hic in
diſco caput Ioannis Baptiſtæ. Et cõ/
triſtatus eſt rex. Propter iuramentũ
autem, & eos qui pariter recumbe/

bant, iuſſit dari. Miſitq́ꝫ, & decolla-
uit Ioannem in carcere. Et allatum
eſt caput eius in diſco: & datum eſt B
puellæ, & illa attulit matri ſuę. Et ac
cedentes diſcipuli eius, tulerunt cor
pus eius, & ſepelierunt illud: & veni
Luc.9.b entes nũciauerunt IESV. ¶ Quod
mar.6.d.e cum audiſſet IESVS, ſeceſſit inde in
ioan.6.a naui, in locum deſertum ſeorſum. &
cum audiſſent turbæ, ſecutæ ſunt eũ
pedeſtres de ciuitatibus. Et exiens vi
dit turbam multam: & miſertus eſt
eis, & curauit languidos eorum. Ve-
ſpere autem facto, acceſſerunt ad eũ
diſcipuli eius, dicentes, Deſertus eſt
locus, & hora iam præterijt: dimitte
turbas, vt euntes in caſtella, emant
ſibi eſcas. IESVS autẽ, dixit eis, Nõ
habent neceſſe ire; date illis vos mã
ducare. Reſponderunt ei, Non habe-
mus hic niſi quinqꝫ panes & duos pi
ſces. Qui ait eis, Afferte mihi illos
huc. Et cum iuſſiſſet turbam diſcum
bere ſuper fœnum: accæptis quinqꝫ
panibus & duobus piſcibus, aſpiciẽs

in cœlum benedixit & fregit, & de-
dit diſcipulis panes, diſcipuli autem
C turbis. Et manducauerunt omnes: &
ſaturati ſunt. Et tulerunt reliqas duo
decim cophinos fragmentorum, ple
nos. Manducantium autem fuit nu-
merus, fere quinq; millia virorum,
excæptis mulierib⁹ & paruulis. ℭ Et Mar.6.f
ſtatim compulit IESVS diſcipulos ioan.6.b
aſcendere in nauim, & præcedere
eum trans fretum donec dimitteret
turbas. Et dimiſſa turba, aſcendit in
montem ſolus orare. Veſpere autem
facto, ſolus erat ibi, nauis autē in me
dio mari iactabatᶜ fluctibus, erat eni
contrarius ventus. Quarta autem vi
gilia noctis, venit ad eos ambulans
ſuper mare. Et videntes eum diſcipu
li ſuper mare ambulantem, turbati
ſunt, dicentes, Phantaſma eſt. Et præ
timore clamauerunt. Statimq; IE-
SVS locutus eſt eis, dicēs, Habete fi
duciam, ego ſum: nolite timere. Re-
ſpondens autem Petrus, dixit. Domi
ne, ſi tu es, iube me ad te venire ſuper

aquas. At ipſe ait, Veni. Et deſcen-
des Petrus de naui, ambulabat ſuper
aquas vt veniret ad IESVM, Vidēs
vero ventum validum, timuit. & cū
cœpiſſet mergi, clamauit dicens, Do
mine, ſaluum me fac. Et cōtinuo IE
SVS extendens manum, apprehen
dit eum: & ait illi, Modicæ fidei, qua
re dubitaſti? Et cum aſcendiſſet in na
uim: ceſſauit ventus. Qui autem in
naui erant venerunt & adorauerunt C
Mar.6.g eum dicentes, Vere filius dei es. Et cū
transfretaſſent, venerunt in terram
Geneſareth. Et cum cognouiſſent eū
viri loci illius, miſerūt in vniuerſam
regionem illam, & obtulerūt ei om-
nes male habentes: & rogabāt eum
vt vel fimbriam veſtimenti eius tan
gerent. Et quicunque tetigerunt, ſal-
ui facti ſunt.

CAPVT XV.

Mar.7.a b TVnc accedunt ad eum qui
ab Hieroſolymis erāt ſcri
bæ & phariſæi, dicentes,
Quare diſcipuli tui tranſ-

grediuntur traditionem ſeniorum?
non enim lauãt manus ſuas cum pa
nem manducant. Ipſe autem reſpon
dens,ait illis, Quare & vos tranſgre Exo. 20.e
dimini mandatum dei propter tradi deut.5.b
tionem veſtram? Nam deus præcæ- ephe.6.a
pit dicens, Honora patrem & matrẽ.
&, Qui maledixerit patri, vel matri, Exo.21.e
morte moriatur. Vos autem dicitis, leui.20.b
Quicũq; dixerit patri vel matri, Mu psouerb.
nus quodcunq; eſt ex me, tibi prode 20.c
rit: & non honorificabit patrem ſuũ
aut matrem ſuam, & irritum feciſtis
mandatum dei propter traditionem
veſtram. Hypocritæ, bene propheta
uit de vobis Eſaias, dicens, Populus Eſa.29.d
hic, labijs me honorat: cor autem eo
B rum lõge eſt à me. Sine cauſa autem
colunt me, docentes doctrinas, man
data hominum. ❡Et conuocatis ad Mar.7.e
ſe turbis, dixit eis, Audite & intelligi
te. non quod intrat in os, coinquinat
hominem: ſed quod procedit ex ore,
hoc coinquinat hominem. Tunc ac-
cedentes diſcipuli eius dixerunt ei,

Scis quod phariſæi, audito verbo
Ioan. 15. a hoc, ſcandalizati ſunt? At ille reſpon
dens ait, Omnis plantatio quam nõ
plantauit pater meus cœleſtis, eradi
cabitur. Sinite illos: cæci ſunt, & du-
Luce. 6. f ces cæcorum. cæcus autẽ ſi cæco du
catum præſtet, ambo in foueam ca-
Marc. 7. c dunt. Reſpondens autem petrus di-
xit ei, Ediſſere nobis parabolam iſtã.
At ille dixit, Adhuc & vos ſine intel
lectu eſtis? Nõdum intelligitis quod
omne quod in os intrat, in ventrem
vadit, & in ſeceſſum emittitur? Quę
autem ꝓcedunt de ore: de corde exe
unt, & ea coinquinant hominem. de
corde enim exeunt cogitationes ma-
læ, homicidia, adulteria, fornicatio-
nes, furta, falſa teſtimonia, blaſphe-
miæ. hæc ſunt, quæ coinquinant ho-
minem. Non lotis autem manibus
manducare, non coinquinat homi-
Mar. 7. c nem. ¶ Et egreſſus inde IESVS, ſe- C
ceſſit in partes Tyri & Sydõnis. Et ec
ce mulier Chananæa à finibus illis
egreſſa clamauit, dicens ei. Miſerere

mei domine fili Dauid: filia mea ma
le à dæmonio vexatur. Qui non re-
ſpōdit ei verbum. Et accedētes diſci
puli eius, rogabant eum dicentes, Di
mitte eā: quia clamat poſt nos. Ipſe
autem reſpondens, ait, Non ſum miſ
ſus niſi ad oues quę perierūt domus
Iſrael. At illa venit, & adorauit eum
dicens, Domine adiuua me. Qui re-
ſpondens, ait, Non eſt bonum ſume
re panem filiorum, & mittere cani-
bus. At illa dixit, Etiam domine: nā
& catelli edunt de micis quæ cadunt
de menſa dominorum ſuorum. Tūc
reſpondēs IESVS, ait illi, O mulier
magna eſt fides tua: fiat tibi ſicut vis.
Et ſanata eſt filia eius ex illa hora.
D ¶ Et cum trāſiſſet inde IESVS, vē-
nit ſecus mare Galilęæ: & aſcendens Mar.7.d
in montem, ſedebat ibi. Et acceſſerūt
ad eum turbæ multæ, habentes ſecū
C mutos, cæcos, claudos, debiles, &
alios multos: & proiecerunt eos ad Eſa.35.b
pedes eius, & curauit eos, ita vt tur-
bæ mirarentur videntes mutos lo-

quentes, claudos ambulantes, cęcos
videntes, & glorificabant deum Iſ/
Mar.8.a rael. IESVS autem conuocatis di/ D
ſcipulis ſuis, dixit, Miſereor turbæ:
quia triduo iam perſeuerant mecũ:
& non habent quod manducent. &
dimittere eos ieiunos nolo: ne defi/
ciant in via. Et dicunt ei diſcipuli, Vn
de nobis in deſerto panes tot, vt ſa/
turemus turbam tantam? Et ait illis
IESVS, Quot panes habetis? At illi
dixerunt, Septem, & paucos piſcicu
los. Et præcępit turbæ vt diſcumbe/
rent ſuper terram. Et accipiens ſe/
ptem panes & piſces, & gratias agẽs
fregit, & dedit diſcipulis ſuis, & diſci
puli dederũt populo. Et comederũt
omnes: & ſaturati ſunt. Et quod ſup
fuit de fragmentis, tulerunt ſeptem
ſportas plenas. Erant autem qui mã
ducauerunt, quatuor millia hominũ
extra paruulos & mulieres. Et dimiſ
ſa turba, aſcendit in nauim: & venit
in fines Magedan.

CAPVT XVI.

A ET acceſſerunt ad eum pha Mar.8.b
riſæi & ſadducæi tentan- luc.12.g
tes: & rogauerunt eum vt
ſignum de cœlo oſtende-
ret eis. At ille reſpondens, ait illis, Fa
cto veſpere dicitis, Serenum erit, ru-
bicũdum eſt enim cœlum. Et mane,
Hodie tempeſtas: rutilat enim triſte
cœlum Hypocritæ faciem ergo cœli
diiudicare noſtis: ſigna autem tem-
porum non poteſtis? Generatio ma-
la & adultera ſignũ quærit: & ſignũ
non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ ꝓ
phetæ. Et relictis illis, abijt. ¶ Et cũ Ionę.2.a
veniſſent diſcipuli eius trans fretũ, Mar.8.b
obliti ſunt panes accipere. Qui dixit
illis, Intuemini & cauete à fermen- Luc.12.a
to phariſęorum & ſadducęorum. At
B illi cogitabãt intra ſe, dicẽtes, Panes
non accæpimus. Sciens autem IE-
SVS, dixit, Quid cogitatis inter vos
modicæ fidei, quod panes non habe-
tis? Nondum intelligitis, neq; recor-
damini quinq; panum, quinq; mil-

lium hominum, & quot cophinos
ſumpſiſtis? neq; ſeptem panum, qua
tuor millium hominũ, & quot ſpor/
tas ſumpſiſtis? Quare non intelligi/
tis quod non de pane dixi vobis, Ca
uete à fermento phariſæorum & ſad
ducæorum? Tunc intellexerũt quod
non dixerat cauẽdum à fermẽto pa/
num, ſed à doctrina phariſæorum &
ſadducæorum. ℂ Venit autem IE/
Marc.8.c SVS in partes Cæſareæ Philippi: &
luc.9.c interrogabat diſcipulos ſuos, dicẽs,
Quem dicunt homines eſſe filium
hominis? At illi dixerunt, Alij Ioan/
nem Baptiſtam, alij autẽ Eliam, alij
vero Hieremiam, aut vnum ex pro/
phetis. Dicit illis. Vos autẽ quem me
eſſe dicitis? Reſpondens Simon Pe/
Ioan.6.g trus dixit, Tu es CHRISTVS filius C
dei viui. Reſpondẽs autem IESVS
dixit ei, Beatus es Simon bar Iona:
quia caro & ſanguis nõ reuelauit ti/
bi, ſed pater meus qui in cœlis eſt. Et
ego dico tibi, quod tu es Petrus, &
ſuper hanc petram ædificabo eccle/
ſiam

ſiam meam: & portæ inferi non præ
ualebunt aduerſus eam. Et tibi dabo
claues regni cœlorum. Et quodcunq;
ligaueris ſuper terram, erit ligatum
in cœlis: & quodcunq; ſolueris ſuper
terram, erit ſolutum in cœlis. Tunc
præcępit diſcipulis ſuis vt nemini di
ceret quòd ipſe eſſet CHRISTVS.
Exinde cœpit IESVS oſtendere di-
ſcipulis ſuis quod oporteret eum ire
Hieroſolymam, & multa pati à ſe-
nioribus & ſcribis & principibus ſa-
cerdotum, & occîdi, & tertia die re-
D ſurgere. Et aſſumens eum Petrus, cœ
pit increpare illum, dicens. Abſit à te
domine: non erit tibi hoc. Qui cõuer
ſus, dixit Petro, Vade poſt me ſatana.
ſcandalum es mihi, quia non ſapis ea
quæ dei ſunt, ſed ea quæ hominum.
Tunc IESVS dixit diſcipulis ſuis, Si
quis vult poſt me venire, abneget ſe-
metipſum, & tollat crucem ſuam &
ſequatur me. Qui enim voluerit ani-
mam ſuam ſaluam facere, perdet eã.
qui autem perdiderit animam ſuam

propter me, inueniet eã. Quid enim
prodeſt homini, ſi vniuerſum mun-
dum lucretur, animæ vero ſuæ detri
mentum patiatur? Aut quã dabit ho-
mo commutationem pro ánima ſua?
Filius enim hominis venturus eſt in
Rom.1.a gloria patris ſui cum angelis ſuis: &
Mar.9.a tunc reddet vnicuiq; ſecũdum opera
Luc.9.c eius. Amen dico vobis, ſunt quidam
de hic ſtantibus qui nõ guſtabũt mor
tem, donec videãt filium hominis ve
nientem in regno ſuo.

CAPVT XVII.

ET poſt dies ſex, aſſumit IESVS Petrum & Iacobũ & Ioãnem fratrẽ eius, & ducit illos in montem excelſum ſeorſum: & trãſfiguratus eſt ante eos. Et reſplẽduit facies eius ſicut ſol: veſtimẽta autẽ eius facta ſunt alba ſicut lux. Et ecce apparuerũt illis Moyſes & Elias cum eo loquentes. Reſpõdens autẽ Petrus, dixit ad IESVM, Domine, bonũ eſt nos hic eſſe. ſi vis faciam⁹ hic tria tabernacula: tibi vnũ, A

& Moyſi vnum, & Eliæ vnũ. Adhuc
eo loquẽte, ecce nubes lucida obum-
brauit eos. Et ecce vox de nube, di-
cens, Hic eſt filius meus dilectus, in 2. Pet. 1. d
quo mihi bene cõplacui: ipſum audi-
B te. Et audientes diſcipuli, ceciderũt in
faciem ſuam, & timuerunt valde. Et
acceſſit IESVS, & tetigit eos: dixitq;
eis, Surgite, & nolite timere. Leuan-
tes autem oculos ſuos, neminẽ vide-
runt, niſi ſolum IESVM. ❡ Et deſcẽ-
dentibus illis de monte, præcępit il-
lis IESVS, dicens, Nemini dixeritis
viſionẽ: donec filius hominis à mor-
tuis reſurgat. Et interrogauerũt eum
diſcipuli, dicentes, Quid ergo ſcribæ Mar. 9. b
dicũt quòd Eliam oporteat primum
venire? At ille reſpõdens, ait eis. Elias Mala. 4. b
quidem vẽturus eſt prius, & reſtituet
omnia. dico autem vobis quòd Elias
iam vênit, & non cognouerunt eum,
ſed fecerunt in eo quæcunq; volue-
runt. Sic & filius hominis paſſurus
eſt ab eis. Tunc intellexerũt diſcipuli
C quod de Ioãne Baptiſta dixiſſet eis. Mar. 9. c

Luc. 9. e ¶ Et cum veniſſet ad turbam, acceſſit ad eũ homo genibus prouolutus ante eum, dicens, Domine miſerere filij mei, quia lunaticus eſt, & male patitur. nam ſæpe cadit in ignẽ, & crebro in aquã. & obtuli eũ diſcipulis tuis: & non potuerunt curare eũ. Reſpondens autem IESVS, ait, O generatio incredula & peruerſa, quouſque ero vobiſcum? vſquequo patiar vos? Afferte huc illum ad me. Et increpauit illum IESVS: & exijt ab eo dæmonium, & curatus eſt puer ex illa hora. Tunc acceſſerũt diſcipuli ad IESVM ſecreto, & dixerunt, Quare nos non potuimus eijcere illud? Dixit illis IESVS, Propter incredulitatẽ veſtram. Amẽ quippe dico vobis, ſi habueritis

Luc. 17. b fidem ſicut granũ ſinapis, dicetis mõti huic, tranſi hinc illuc: & tranſibit, & nihil impoſſibile erit vobis. Hoc autẽ D genus non eijcitur, niſi per orationẽ & ieiunium. ¶ Conuerſantibus autẽ

Marc. 9. e eis in Galilæa, dixit illis IESVS, Fi-

Luc. 9. e lius hominis tradendus eſt in manus

hominum: & occident eum, & tertia
die reſurget. Et contriſtati ſunt vehe-
menter. ℭ Et cum veniſſent Caphar-
naum: acceſſerunt qui didrachma ac-
cipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei,
Magiſter veſter non ſoluit didrach-
ma? Ait, Etiam. Et cum intraſſet in do
mum, præuênit eũ IESVS, dicens,
Quid tibi videtur Simon? reges ter-
ræ à quibus accipiunt tributa vel cen
ſum? à filijs ſuis an ab alienis? Et ille
dixit, Ab alienis. Dixit illi IESVS,
Ergo liberi ſunt filij. Vt autẽ non ſcan
dalizemus eos: vade ad mare, & mit
te hamum. Et eum piſcem qui prim⁹
aſcenderit, tolle: & aperto ore eius,
inuenies ſtatêrem. illum ſumens, da
eis pro me & te.

CAPVT XVIII.

A IN illa hora acceſſerũt diſci
puli ad IESVM, dicẽtes,
Quiſputas maior eſt in re-
gno cœlorum? Et aduocãs
IESVS paruulũ, ſtatuit eũ in medio
eorum, & dixit, Amẽ dico vobis, niſi

conuerſi fueritis & efficiamini ſicut
paruuli,non intrabitis in regnum cœ
lorum. Quicunq; ergo humiliauerit
ſe ſicut paruulus iſte:hic eſt maior in
regno cœlorũ. Et qui ſuſceperit vnũ
paruulum talem in nomine meo:me
Mar.9.f ſuſcipit. qui autẽ ſcandalizauerit vnũ
Luc.7.a de puſillis iſtis qui in me credunt,ex/
pedit ei vt ſuſpendatur mola aſinaria
in collo eius, & demergatur in pro/
fundum maris. Væ mundo à ſcanda/
lis. Neceſſe eſt enim vt veniant ſcan/
Supra.5.e dala. veruntamen væ homini illi per
Mar.9.g quem ſcandalum venit.Si autem ma 3
nus tua, vel pes tuus ſcãdalizat te:ab
ſcide eum & proijce abs te. bonũ tibi
eſt ad vitam ingredi debilem vel clau
dum potius,q̃; duas manus vel duos
pedes habentem mitti in ignem æter
num.Et ſi oculus tuus ſcandalizat te,
erue eum, & proijce abs te.bonũ tibi
eſt vnum oculum habẽtem in vitam
intrare potius, q̃; duos oculos haben
tem mitti in gehennam ignis. Videte
ne cõtemnatis vnum ex his puſillis.

dico enim vobis quòd angeli eorum in cœlis ſemper vident faciem patris mei qui in cœlis eſt. Vênit enim filius hominis ſaluare quod perierat. Quid vobis videtur? ſi fuerint alicui cétum oues, & errauerit vna ex eis: nónne relinquit nonagintanouem in mōti-bus, & vadit quærere eam quæ erra-uit? & ſi contigerit vt inueniat eam: amen dico vobis, quod gaudet ſuper ea magis quàm ſuper nonagintano-uem quæ non errauerunt. Sic non eſt voluntas ante patrem veſtrum qui in cœlis eſt, vt pereat vnus de puſillis

iſtis. Si autem peccauerit in te frater Luc.17.a

tuus, vade & corripe eum inter te & Leui.19.d

ipſum ſolum. ſi te audierit: lucratus Ecci.19.b

eris fratrem tuum. ſi autem te non Iaco.5.d

audierit: adhibe tecum adhuc vnum

vel duos, vt in ore duorū vel trium Deu.19.b

teſtium ſtet omne verbum. Quòd ſi 2.cor.13.a

nō audierit eos: dic eccleſiæ. ſi autem Heb.10.e

eccleſiam non audierit: ſit tibi ſicut Ioan.8.c

C ethnicus & publicanus. Amen dico Ioan.20.f

vobis, quæcunq; alligaueritis ſuper

terram, erunt ligata in cœlo: & quæ-
cunq; ſolueritis ſuper terram, erunt
ſoluta in cœlo. Iterum dico vobis: q
ſi duo ex vobis cõſenſerint ſuper ter-
ram, de omni re quãcunq; petierint,
fiet illis à patre meo qui in cœlis eſt.
Vbi enim ſunt duo vel tres congrega
ti in nomine meo, ibi ſum in medio
Luc. 17. a eorum. ¶ Tunc accedens Petrus ad
eum, dixit, Domine, quoties peccabit
in me frater meus, & dimittã ei? Vſq;
ſepties? Dixit illi IESVS, Non dico
tibi vſq; ſepties: ſed vſque ſeptuagies
ſepties. Ideo aſſimilatum eſt regnum
cœlorum homini regi, qui voluit ra-
tionem ponere cum ſeruis ſuis. Et cũ
cœpiſſet rationẽ ponere, oblatus eſt
ei vnus qui debebat ei centum millia
talentorum. Cum autem non habe-
ret vnde redderet, iuſſit eũ dominus
eius vænundari & vxorem eius & fi-
lios, & omnia quæ habebat, & reddi.
Procidens autem ſeruus ille, orabat
eum, dicens, Patientiam habe in me,
& omnia reddam tibi. Miſertus autẽ

dominus ſerui illius, dimiſit eum, & debitum dimiſit ei. Egreſſus autem ſeruus ille, inuênit vnum de conſeruis ſuis, qui debebat ei centum denarios: & tenens ſuffocabat eum dicēs,
D Redde quod debes. Et procidens conſeruus eius, rogabat eum dicens. Patientiam habe in me, & omnia reddā tibi. Ille autē noluit: ſed abijt, & miſit eum in carcerem, donec redderet debitum. Videntes autē conſerui eius quæ fiebant: contriſtati ſunt valde: & & venerunt, & narrauerunt domino ſuo omnia quæ facta fuerant. Tūc vocauit illum dominus ſuus: & ait illi, Serue nequā, omne debitum dimiſi tibi, quoniam rogaſti me: nōne ergo oportuit & te miſereri cōſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum? Et iratus dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoadusq; redderet vniuerſum debitum. Sic & pater meus cœleſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris delicta illorum.

CAPVT XIX.

Mar.10.a E T factum eſt cùm cõſum- A
maſſet IESVS ſermones
iſtos, migrauit à Galilæa;
& venit in fines Iudęę trās
Iordanem,& ſecutæ ſunt eum turbę
multæ: & curauit eos ibi. Et acceſſe-
runt ad eum phariſæi tentantes eum,
& dicentes, Si licet homini dimittere
Geñ.1.d vxorem ſuam quacũq; ex cauſa? Qui
reſpondens ait eis, An non legiſtis,
quòd qui fecit ab initio, maſculum &
fœminam fecit eos? & dixit, Propter
Geñ.2.d hoc, dimittet homo patrem & ma-
Ephe.5.g trem,& adhærebit vxori ſuæ: & erũt
1.cor.6.d duo in carnem vnam. itaq; iam non
ſunt duo: ſed vna caro. Quod ergo
Deu.24.a deus cõiunxit, homo non ſeparet. Di-
cunt illi, Quid ergo Moyſes manda-
uit dari libellum repudij,& dimitte-
re? Ait illis, Moyſes ad duritiam cor-
dis veſtri permiſit vobis dimittere
vxores veſtras: ab initio autem non
Supra.5.e fuit ſic. Dico autem vobis: quòd qui- B
Mar.10.d cunque dimiſerit vxorem ſuam, niſi

ob fornicationem, & aliam duxerit: Luc.10.d
mœchatur. & qui dimiſſam duxerit: 1.cor.7.b
mœchatur. Dicunt ei diſcipuli eius,
Si ita eſt cauſa hominis cum vxore,
non expedit nubere. Qui dixit illis,
Non omnes capiunt verbum iſtud,
ſed quibus datúm eſt. Sunt enim eu-
nuchi, qui de matris vtero ſic nati
ſunt. & ſunt eunuchi, qui facti ſunt
ab hominibus. & ſunt eunuchi, qui
ſeipſos caſtrauerunt propter regnum
cœlorum. Qui poteſt capere capiat.
Tũc oblati ſunt ei paruuli, vt manus Mar.10.b
eis imponeret, & oraret. Diſcipuli au Luc.18.c
tem increpabant eos. IESVS ve-
ro ait eis, Sinite paruulos, & nolite
eos prohibere ad me venire. talium
eſt enim regnum cœlorũ. ❡Et cum
impoſuiſſet eis manus, abiit inde. Et Mar.10.b
ecce vnus accedens, ait illi, Magi- Luc.18.d
ſter bone, quid boni faciam vt ha-
beam vitam æternam? Qui dixit ei,
Quid me interrogas de bono? Vnus
B eſt bonus, deus. Si autem vis ad vi-
tam ingredi, ſerua mandata. Dicit

illi, Quæ? IESVS autem dixit. Non C
Exo.20.c homicidium facies, Nõ adulterabis,
Non facies furtum, Non falſum teſti/
monium dices, Honora patrẽ tuum
& matrem. Diliges proximum tuum
ſicut teipſum. Dicit illi adoleſcens,
Omnia hęc cuſtodiui à iuuẽtute mea:
quid adhuc mihi deeſt? Ait illi IE/
SVS. Si vis perfectus eſſe, vade, ven/
de quæ habes, & da pauperibus, & ha
bebis theſaurum in cœlo. & veni, ſe/
quere me. Cum audiſſet autem ado/
leſcẽs verbum: abijt triſtis. erat enim
habens multas poſſeſſiones. IESVS
autem dixit diſcipulis ſuis, Amen di/
co vobis quod diues difficile intrabit
in regnum cœlorum. Et iterum dico
vobis: facilius eſt camelum per fora/
men acus tranſire, quàm diuitem in/
trare in regnum cœlorũ. Auditis au/ D
tem his, diſcipuli mirabantur valde,
dicentes, Quis ergo poterit ſaluus
eſſe? Aſpiciens autem IESVS, dixit
illis, Apud homines hoc impoſſibile
eſt: apud deum autem, omnia poſſi/

bilia ſunt. Tunc reſpondens Petrus, dixit ei, Ecce nos reliquimus om- nia, & ſecuti ſumus te: quid ergo erit nobis? IESVS auté dixit illis, Amen dico vobis: quòd vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione, cum ſederit fi- lius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duode- cim, iudicátes duodecim tribus Iſra- el. Et omnis qui reliquerit domũ, vel fratres, aut ſorores, aut patré, aut ma trem, aut vxoré, aut filios, aut agros propter nomen meum: centuplũ ac- cipiet, & vitam æternam poſſidebit.
Multi autem erunt primi, nouiſſimi: Mar.10.d
& nouiſſimi primi. Luc.13.f

CAPVT XX.

A SImile eſt enim regnũ cœ- lorum homini patrifami- liâs, qui exijt primo mane conducére operarios in vi neam ſuam. Conuentione auté facta cum operarijs in ſingulos dies dena- rio, miſit eos in vineã ſuam. Et egreſ- ſus circa horam tertiã, vidit alios ſtan

tes in foro otioſos, & dixit illis, Ité
& vos in vineam: & quod iuſtum fue
rit, dabo vobis. Illi autem abierunt.
Iterum autem exijt circa ſextã & no-
nam horã: & fecit ſimiliter. Circa vn-
decimam vero exijt, & inuênit alios
ſtantes, & dicit illis, Quid hic ſtatis
tota die otioſi? Dicunt ei. Quia nemo
nos conduxit. Dicit illis, Ite & vos in
vineã. Cum auté veſpera facta eſſet,
dicit domin⁹ vineæ procuratori ſuo,
Voca operarios & redde illis merce-
dem, incipiens à nouiſſimis vſque àd
primos. Cum veniſſent ergo qui cir-
ca vndecimam horam venerant, accę
perunt ſinguli denariũ. Venientes au B
tem & primi, arbitrati ſunt ꝙ plus eſ-
ſent accępturi: accęperunt auté & ipſi
ſinguli denarium. Et accipiétes mur-
murabant aduerſus patremfamiliâs,
dicentes, Hi nouiſſimi vna hora fe-
cerunt: & pares illos nobis feciſti qui
portauimus pondus diei & æſtũ? At
ille reſpõdens, vni eorum dixit, Ami
ce, non facio tibi iniuriam. nónne ex

denario cōueniſti mecū? Tolle quod
tuum eſt,& vade. volo autē huic no-
uiſſimo dare ſicut & tibi. An nō licet
mihi quod volo, facere in reb⁹ meis?
C an oculus tuus nequam eſt, quia ego
bonus ſum? Sic erunt nouiſſimi, pri- Supr. 19. d
mi: & primi, nouiſſimi. multi enim Mar. 10. d
ſunt vocati, pauci vero electi. ¶ Et a- Luc. 13. f
ſcendens IESVS Hieroſolymam, aſ- Mar. 10. e
ſumpſit duodecim diſcipulos ſecre- Luc. 18. e
C to, & ait illis. Ecce aſcendimus Hiero
ſolymam, & filius hominis tradetur
principibus ſacerdotum & ſcribis, &
condēnabunt eum morte, & tradent
eum gentibus ad illudendū & flagel-
landum & crucifigendū, & tertia die
reſurget. ¶ Tunc acceſſit ad eum ma-
ter filiorum Zebedæi cum filijs ſuis, Mar. 10. e
adorans & petens aliquid ab eo. Qui
dixit ei, Quid vis? Ait illi, Dic vt ſe-
deant hi duo filij mei, vnus ad dexte-
ram tuam, & vnus ad ſiniſtram in re
gno tuo. Reſpōdens autem IESVS,
dixit, Neſcitis quid petatis. Poteſtis
bibere calicem quem ego bibiturus

ſum? Dicunt ei, Poſſumus. Ait illis,
Calicem quidem meum bibetis: ſede
re autem ad dexteram meam & ſini/
ſtram, nō eſt meum dare, ſed quibus
paratum eſt à patre meo. Et audien/ D
tes decem, indignati ſunt de duobus
fratribus. IESVS autē vocauit eos
Mar. 10. g ad ſe: & ait. Scitis quòd principes gē/
Luc. 22. c tium dominantur eis: & qui maiores
ſunt, poteſtatem exercent in eas. Nō
ita erit inter vos. ſed quicunq; volue
rit inter vos maior fieri, ſit veſter mi/
niſter: & qui voluerit inter vos pri/
mus eſſe, erit veſter ſeruus. ſicut filius
hominis non vênit vt ſibi miniſtra/
retur, ſed vt miniſtraret, & daret ani/
mam ſuā redemptionē pro multis.
Mar. 10. g ¶ Et egredientibus illis ab Iericho, ſe
Lu. 18. f. g cuta eſt eum turba multa. & ecce duo
cæci ſedentes ſecus viam, audierūt q̄
IESVS trāſiret: & clamauerūt, dicen
tes, Domine, miſerere noſtri, fili Da/
uid. Turba autē increpabat eos vt ta/
cerēt. At illi magis clamabāt, dicētes,
Domine, miſerere noſtri, fili Dauid.
Et ſtetit

Et ſtetit IESVS,& vocauit eos, & ait, Quid vultis vt faciam vobis? Di cunt illi, Domine, vt aperiãtur oculi noſtri. Miſertus autẽ eorũ IESVS, tetigit oculos eorum. Et cõfeſtim vi derunt: & ſecuti ſunt eum.

CAPVT XXI.

A ET cum appropinquaſſet Hieroſolymis, & veniſſet Bethphage ad mõtem oli- uarum, tunc IESVS mi- ſit duos diſcipulos, dicens eis, Ite in caſtellum quod contra vos eſt, & ſta tim inuenietis aſinam alligatam & pullum cum ea: ſoluite, & adducite mihi. & ſi quis vobis aliquid dixerit: dicite quòd dominus his opus ha- bet. & cõfeſtim dimittet eos. Hoc au tem factũ eſt, vt adimpleretur quod dictum eſt per prophetam, dicentẽ, Dicite filiæ Sion, Ecce rex tuus venit tibi manſuetus, ſedens ſuper aſinam & pullum filium ſubiugalis. Euntes autem diſcipuli, fecerunt ſicut præce pit illis IESVS. Et adduxerunt aſi-

Mar.11.a luc.19.c

Eſa.62.d zach.9.b ioan.12.b

nam & pullum: & impoſuerunt ſu/
per eos veſtimenta ſua, & eum deſu/
per ſedere fecerunt. Plurima autem
turba ſtrauerunt veſtimenta ſua in
via: alij autem cædebāt ramos de ar/
boribus, & ſternebāt in via. turbę au
tem quæ præcedebant & quæ ſeque
bantur, clamabant, dicentes, Hoſan/
na filio Dauid. benedictus qui venit
in nomine domini. hoſanna in altiſ/
Pſa.117.d ſimis. ¶Et cum intraſſet Hieroſoly B
Mar.11.b mam, commota eſt vniuerſa ciuitas
luc.19.g dicens, Quis eſt hic? Populi autē di/
cebant, Hic eſt IESVS ꝓpheta à Na
zareth Galilææ. Et ītrauit IESVS in
templum dei: & ejciebat omnes vē-
dentes & ementes in templo, & mē
ſas numulariorum & cathedras ven
dentium columbas euertit. & dixit
Eſa.56.c eis, Scriptum eſt. Domus mea, do/
Hier.7.b mus orationis vocabitur: vos autē
feciſtis illā ſpeluncam latronū. Et ac/
ceſſerunt ad eū cęci, & claudi in tem
plo: & ſanauit eos. Videntes autem
principes ſacerdotū & ſcribæ mirabi

lia quæ fecit,& pueros clamantes in
templo & dicentes,Hoſanna filio Da
uid: indignati ſunt,& dixerũt ei, Au/
dis quid iſti dicunt? IESVS auté di/
cit eis, Vtiq; nunq̃; legiſtis, Ex ore in Pſal.8.b
fantium & lactentium perfeciſti lau/ Mar.11.b
dem? ¶ Et relictis illis, abijt extra ci
uitatem in Bethaniam: ibiq; manſit.
Mane autem reuertés in ciuitatem,
eſurijt. Et videns fici arborem vnam
in via venit ad eam: & nihil inuênit
in ea niſi folia tantum,& ait illi, Ne
poſthac ex te fructus naſcatur in ſem
piternum. Et arefacta eſt continuo fi
cus. Et vidétes diſcipuli, mirati ſunt, Mar.11.c
dicentes. Quomodo continuo aruit?
Reſpondens autem IESVS, ait eis,
C Amen dico vobis, ſi habueritis fi/
dem & non hæſitaueritis, nõ ſolum
quod accidit ficui, facietis, ſed & ſi
monti huic dixeritis, Tollere & ia Supr.7.a
cta te in mare: fiet. Et omnia quæ/
cunq; petieritis in oratione creden/ Mar.11.d
tes, accipietis. ¶ Et cũ veniſſet in té/ luc.20.a
plũ, acceſſerũt ad eum docenté, prin

cipes ſacerdotum & ſeniores populi
dicentes, In qua poteſtate hęc facis?
& quis tibi dedit hanc poteſtatem?
Reſpondẽs autem IESVS, dixit eis.
Interrogabo vos & ego vnum ſer-
monem: quẽ ſi dixeritis mihi, & ego
vobis dicam in qua poteſtate hæc fa
cio: Baptiſmus Ioannis vnde erat: è
cœlo, an ex hominibus? At illi cogita
bant apud ſe, dicentes, Si dixerimus
è cœlo: dicet nobis, Quare ergo non
credidiſtis illi? Si autem dixerimus:
ex hominibus: timemus turbã. om-
Supr.14.a nes enim habent Ioannem ſicut pro
phetam. Et reſpondentes IESV, di-
xerunt, Neſcimus. Ait illis & ipſe,
Nec ego dico vobis in qua poteſtate
hæc facio. Quid autem vobis vide-
tur? Homo quidam habebat duos
filios: & accedens ad primum, dixit,
Fili, vade hodie opare in vinea mea.
Ille autem reſpondens, ait, Nolo. Po
ſtea autem pœnitentia motus, abijt.
Accedens autem ad alterum, dixit ſi
militer. At ille reſpondẽs, ait, Eo do

mine. Et nõ iuit. Quis ex duobus fe-
cit voluntatem patris? Dicunt ei, Pri
mus. Dicit illis IESVS, Amen dico
vobis, quod publicani & meretrices
præcedunt vos in regnum dei. Venit
enim ad vos Ioannes in via iuſtitię:
& non credidiſtis ei. publicani autẽ
& meretrices crediderunt ei: vos au-
tem videntes, nec pœnitentiam ha-
buiſtis poſtea, vt crederetis ei. Aliã
D parabolam audite: Homo erat pater Mar. 12. a
familiâs qui plantauit vineam, & ſe- luc. 20. b
pem circundedit ei, & fodit in ea tor e ſa. 5. a
cular, & ædificauit turrim, & locauit hiere. 2. d
eam agricolis: & peregre profectus
eſt. Cum autem tempus fructuũ ap-
propinquaſſet: miſit ſeruos ſuos ad
agricolas vt acciperent fructus eius.
Et agricolæ apprehenſis ſeruis eius,
alium cæciderunt, alium occiderũt,
alium vero lapidauerũt. Iterum mi
ſit alios ſeruos plures priorib9: & fe
cerunt illis ſimiliter. Nouiſſime autẽ
miſit ad eos filium ſuum, dicens, Ve
rebuntur filium meum. Agricolę au

tem vidẽtes filium: dixerũt inter ſe, Hic eſt hæres, venite, occidamus eũ, & habebimus hæreditatem eius. Et apprehenſum eum, eiecerũt extra vineam: & occiderũt. Cum ergo venerit dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? Aiunt illi, Malos male perdet: & vineã ſuam locabit alijs agricolis, qui reddent ei fructum temporibus ſuis. Dicit illis IESVS, Nunquam legiſtis in ſcripturis, Lapidem quem reprobauerunt ædificãtes, hic factus eſt in caput anguli? A domino factũ eſt iſtud: & eſt mirabile in oculis noſtris. Ideo dico vobis, quod auferetur à vobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit ſuper lapidem iſtum, confringetur: ſuper quem vero ceciderit, conteret eum. Et cum audiſſent principes ſacerdotũ & phariſæi parabolas eius, cognouerũt quòd de ipſis diceret. Et quærentes eum tenere, timuerũt turbas: quoniam ſicut prophetam eum habebant.

Pſa. 117. d
act. 4. b
rom. 9. g
1. pet. 2. a
Eſa. 28. d

CAPVT XXII.

ET reſpondens IESVS, di- xit iterũ in parabolis eis, dicens, Simile factum eſt regnum cœlorum homi- ni regi, qui fecit nuptias filio ſuo. Et miſit ſeruos ſuos vocare iuitatos ad nuptias, & nolebant venire. Iterum miſit alios ſeruos, dicens, Dicite inui- tatis, Ecce prandium meum paraui, tauri mei & altilia occiſa ſunt, & omnia parata: venite ad nuptias. Illi autem neglexerũt: & abierunt, alius in villam ſuam, alius vero ad nego- tiationem ſuam. Reliqui vero tenue- runt ſeruos eius, & contumeliјs af- fectos occiderunt. Rex autem cum audiſſet, iratus eſt: & miſſis exerciti- bus ſuis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum ſuccendit. Tũc ait ſeruis ſuis. Nuptiæ quidem paratæ ſunt: ſed qui inuitati erant, nõ fuerũt digni. ite ergo ad exitus viarum: & quotcunque inueneritis, vocate ad nuptias. Et egreſſi ſerui illi in vias,

Luc. 14. d
apoc. 19. b

congregauerunt omnes quotquot
inuenerunt, malos & bonos: & im-
pletæ ſunt nuptiæ diſcumbentium. B
Intrauit autem rex vt videret diſcũ
bentes: & vidit ibi hominem nõ ve-
ſtitum veſte nuptiali. Et ait illi, Ami-
ce, quomodo huc intraſti non habẽs
veſtem nuptialẽ? At ille obmutuit.
Tunc dixit rex miniſtris, Ligatis ma
nibus & pedibus eius, mittite eũ in
tenebras exteriores. ibi erit fletus &
ſtridor dẽtium. Multi enim ſunt vo-
Mar. 12. b. c cati: pauci vero electi. ¶ Tunc abeũ-
tes phariſæi, cõſilium inierunt, vt ca
Luc. 20. d. perent eum in ſermone. Et mittunt
ei diſcipulos ſuos cum herodianis,
dicentes, Magiſter, ſcimus quod ve-
rax es, & viam dei in veritate doces,
& nõ eſt tibi cura de aliquo, nõ enim
reſpicis perſonam hominum: dic er-
go nobis, quid tibi videtur, licet cen
ſum dare Cæſari, an nõ? Cognita au
tem IESVS malicia eorũ, ait, Quid C
me tentatis hypocritæ? Oſtẽdite mi-
hi numiſma cenſus. At illi obtulerũt

ei denariũ. Et ait illis IESVS, Cuius
eſt imago hæc & ſuperſcriptio? Di-
cunt ei, Cæſaris. Tunc ait illis, Red-
dite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cęſari: Rom.13.c
& quæ ſunt dei, deo. Et audiẽtes mi-
rati ſunt, & relicto eo, abierunt. ¶ Il Mar.12.b
lo die acceſſerunt ad eum ſadducęi, luc.20.d
qui dicunt non eſſe reſurrectionem: act.23.b
& interrogauerunt eũ, dicentes, Ma
giſter, Moyſes dixit, Si qs mortuus Deu.25.b
fuerit non habẽs filium, vt ducat fra
ter eius vxorem illius, & ſuſcitet ſe-
men fratri ſuo. Erant autẽ apud nos
ſeptem fratres: & primus vxore du-
cta, defunctus eſt: & non habens ſe-
men, reliquit vxorẽ ſuam fratri ſuo.
Similiter ſecundus & tertius vſque
ad ſeptimum. Nouiſſime autem om
nium, & mulier defuncta eſt. In re-
ſurrectione ergo, cuius erit de ſeptẽ,
vxor? omnes enim habuerũt eam.
Reſpondens autem IESVS, ait illis,
Erratis neſcientes ſcripturas, neque
virtutem dei. In reſurrectione enim
neq; nubunt, neq; nuptui dãtur: ſed.

ſunt ſicut angeli dei in cœlo. De reſur
rectione autem mortuorum nõ le-
giſtis quod dictum eſt à deo, dicen-
Exo.3.b te vobis, Ego ſum deus Abraham,
& deus Iſaac, & deus Iacob? Nõ eſt
deus mortuorum, ſed viuentium. Et
Mar.12.c audientes turbæ, mirabantur in do-
luc.10.c ctrina eius. ℭ Phariſæi autem audiẽ- D
tes ꝙ ſilentium impoſuiſſet ſaddu-
cæis, conuenerunt in vnum: & inter-
rogauit eũ vnus ex eis legis doctor,
tentans eum, Magiſter, quod eſt mã
datum magnum in lege? Ait illi IE-
Deu.6.a SVS, Diliges dominum deum tuũ
ex toto corde tuo, & in tota anima
tua, & in tota mẽte tua. Hoc eſt ma-
ximum & primũ mandatum. Secun
Leui.19.d dum autem ſimile eſt huic, Diliges
mar.12.c proximũ tuum ſicut teipſum. In his
duobus mãdatis, vniuerſa lex pẽdet
Mar.12.d & prophetæ. ℭ Congregatis autem
luc.20.d phariſæis, interrogauit eos IESVS,
dicẽs, Quid vobis videť de CHRI
STO? Cuius filius eſt? Dicunt ei, Da
uid. Ait illis, Quomodo ergo Dauid

in ſpiritu vocat eum dominū? dicēs,
Dixit dominus domino meo, ſede à Pſa.109.a
dextris meis, Donec ponā inimicos
tuos: ſcabellū pedū tuorū. Si ergo Da
uid vocat eū dominū: quō fili⁹ eius
eſt? Et nemo poterat ei reſpondere
verbū: neq; auſus fuit quiſquā ex illa
die eum amplius interrogare.

CAPVT XXIIII

A TVnc IESVS locutus ē ad
turbas & ad diſcipulos ſu
os dicens, Super cathedrā
Moyſi ſederunt ſcribæ &
pharisæi. Omnia ergo quęcunque di
xerint vobis, vt ſeruetis, ſeruate & fa
cite: ſecundum opera vero eorum,
nolite facere, dicunt enim, & non fa-
ciunt. Alligant autem onera grauia
& importabilia, & imponunt in hu- Luc.11.g
meros hominū: digito autē ſuo no-
lunt ea mouere. Omnia vero opera
ſua faciunt, vt videantur ab hoibus.
dilatant enim philacteria ſua, & ma
gnificāt fimbrias veſtimentorū ſuo-
rum. Amant autē primos recubitus Mar.12.d

Luc.11.f in cœnis,& primas cathedras in ſy-
&.20.g nagogis,& ſalutationes i foro,& vo
Iaco.3.a cari ab hominibus rabbi. Vos autem
nolite vocari rabbi. vnus eſt enim
magiſter veſter CHRISTVS: om-
nes autem vos,fratres eſtis. Et patrē
nolite vocare vobis ſup terrā. vnus
eſt enim pater veſter qui in cœlis eſt.
Nec vocemini magiſtri. quia magi- B
ſter veſter,vnus eſt, CHRISTVS.
Qui maior eſt veſtrum,erit miniſter
Luc.14.c veſter. Qui autem ſe exaltauerit,hu-
&.18.c miliabitur:& q̃ ſe humiliauerit,exal
tabitur. Væ autē vobis ſcribæ & pha
riſęi hypocritę: quia clauditis regnū
cœlorum ante homines. vos enim
non intratis: nec introeuntes ſinitis
Mar.12.d intrare. Væ vobis ſcribæ & phari-
luc.20.g ſæi hypocritæ: quia comedetis do-
mos viduarum,oratione longa orā-
tes. propter hoc amplius accipie-
tis iudicium. Væ vobis ſcribæ & pha
riſæi hypocritæ: quia circūitis mare
& aridam, vt faciatis vnum proſely
tum:& cum fuerit factus, facitis eū

filiũ gehennæ duplicius quàm vos.
Vę vobis duces cæci,qui dicitis, Qui
cunq; iurauerit per templum , nihil
eſt:qui autem iurauerit in auro tem
pli,debitor eſt . Stulti & cæci , quod
enim maius eſt: aurum', an templũ
quod ſanctificat aurum?Et quicunq;
iurauerit in altari,nihil eſt: quicunq;
B autem iurauerit in dono quod eſt ſu
per illud,debet. Stulti & cæci, quod
enim maius eſt:donum,an altare qđ
ſanctificat donum? Qui ergo iurat in
altari:iurat in eo & in omnibus quæ
ſuper illud ſunt.& quicũque iuraue-
rit in templo:iurat ĩ illo & in eo qui
C habitat in ipſo.& qui iurat in cœlo:
iurat in throno dei,& ĩ eo qui ſedet
ſuper eum.Væ vobis ſcribæ & phari
ſæi hypocritæ:quia decimatis men- Luc.11.f
thã & anethum & cyminum,& reliq
ſtis quæ grauiora ſunt legis , iudiciũ
& miſericordiam,& fidẽ.hæc opor-
tuit facere,& illa non omittere. Du-
ces cæci excolãtes culicem , camelũ
autem glutientes.Vę vobis ſcribę &

phariſæi hypocritæ: quia mundatis
qđ deforis eſt calicis & paropſidis,
intus autem plena ſunt rapina & im
munditia. Phariſæe cęce, munda pri
us quod intus eſt calicis & paropſi-
dis, vt fiat & id quod deforis eſt, mũ
dum. Væ vobis ſcribæ & phariſęi hy
pocritæ, quia ſimiles eſtis ſepulcris
dealbatis, quę foris quidẽ parẽt hoi-
bus ſpecioſa, intus vero plena ſunt oſ
ſibus mortuorum & omni ſpurcitia.
ſic & vos foris quidem paretis ho-
minibus iuſti: intus autẽ pleni eſtis
hypocriſi & iniquitate. væ vobis ſcri D
bæ & phariſæi hypocritę: quia ædifi
catis ſepulcra prophetarum, & orna-
tis monumenta iuſtorum, & dicitis,
Si fuiſſemus in diebus patrum no-
ſtrorum, non eſſemus ſocij eorũ in
ſanguine prophetarum. itaque teſti-
monio eſtis vobiſmetipſis quod fi-
lij eſtis eorũ qui ꝓphetas occiderũt.
Et vos implete menſuram patrũ ve-
ſtrorum. Serpentes, genimina vipe-
rarum: quomodo fugietis à iudicio

gehennæ? Ideo, Ecce ego mitto ad
vos prophetas, & ſapientes & ſcri-
bas: & ex illis occidetis & crucifige-
tis, & ex eis flagellabitis in ſynago-
gis veſtris, & perſequemini de ciuita
te in ciuitatem: vt veniat ſuper vos
omnis ſanguis iuſtus qui effuſus eſt
ſup terrã, à ſanguine Abel iuſti vſq; Gen.4.b
ad ſanguinẽ Zachariæ filij Barachię, heb.11.a
quem occidiſtis inter templum & al 2.pa.24.f
tare. Amen dico vobis: venient hæc
omnia ſuper generationem iſtã. Hie
ruſalem Hieruſalem, quæ occidis ꝓ
phetas, & lapidas eos qui ad te miſſi Luce.13.g
ſunt, quoties volui congregare filios
C tuos quemadmodum gallina cõgre 4.eſd.1.c
gat pullos ſuos ſub alas, et noluiſtis?
Ecce relinqtur vobis domus veſtra
deſerta. Dico enim vobis, non me vi
debitis amodo donec dicatis, Benedi
ctus qui venit in nomine domini.

CAPVT XXIIII.

ET egreſſus IESVS de tẽ-
plo, ibat. Et acceſſerunt di Mar.13.a
ſcipuli eius vt oſtẽderẽt ei luc.21.b

ædificationes tẽpli. Ieſus autem di-
xit illis, Videtis hæc omnia? Amẽ di
Luc.19.g co vobis, non relinquetur hæc lapis
ſuper lapidem, qui non deſtruatur.
Sedẽte autem eo ſuper montem oli
uarum, acceſſerunt ad eum diſcipu-
li ſeorſum, dicentes, Dic nobis quan
do hæc erunt. & quod ſignum aduẽ
tus tui, & conſummationis ſeculi?
Ephe.5.b Reſpondens IESVS, dixit eis, Vide
coloſ.2.d te ne quis vos ſeducat. multi enim
veniẽt in nomine meo, dicẽtes, Ego
ſum CHRISTVS: & multos ſedu
cent. Audituri autem eſtis prȩlia &
opiniones præliorum. Videte ne tur
bemini. oportet enim omnia fieri:
ſed nondum eſt finis. cõſurget enim
gens in gentem, & regnum in regnũ,
& erunt peſtilentiæ, & fames, & ter-
ræmotus per loca. hæc autẽ omnia,
Ioan.15.c initia ſunt dolorum. Tunc tradent
&.16.a vos in tribulationem, & occidẽt vos
ſupr.10.c & eritis odio omnibus gentibus pro
pter nomen meum. Et tunc ſcandali
zabuntur multi: & inuicem tradent:

& odio

& odio habebunt inuicem. Et multi
pſeudoprophetę ſurgent: & ſeducent
multos. Et quoniam abundabit ini-
quitas: refrigeſcet charitas multorũ.
B qui autem perſeuerauerit vſque in fi-
nem, hic ſaluus erit. Et prædicabitur
hoc euangelium regni in vniuerſo or
be: in teſtimonium omnibus genti-
bus: & tunc veniet conſummatio.
¶ Cum ergo videritis abominatio- Mar.13.b
nem deſolationis, quæ dicta eſt à Da- Luc.21.d
niele propheta, ſtantẽ in loco ſancto Dañ.9.g
(qui legit intelligat) tunc qui in Iu-
dæa ſunt, fugiant ad mõtes. & qui in
tecto: non deſcendat tollere aliquid
de domo ſua. & qui in agro: nõ reuer
tatur tollere veſtimenta ſua. Væ autẽ
prægnantibus & nutrientibus in illis
diebus. Orate autem vt non fiat fuga
veſtra in hyeme vel ſabbato. erit enim
tũc tribulatio magna, qualis non fuit
ab initio mundi vſque modo, neque
fiet. Et niſi breuiati fuiſſent dies illi;
non fieret ſalua omnis caro: ſed pro-
pter electos breuiabuntur dies illi.

Mar. 13. c ¶ Tūc ſi quis vobis dixerit, Ecce hic
Luc. 17. e eſt CHRISTVS, aut illic: nolite cre
dere. ſurgent enim pſeudochriſti &
pſeudoprophetę. & dabūt ſigna ma-
gna & prodigia, ita vt in errorem in-
ducantur (ſi fieri poteſt) etiam electi.
Ecce prædixi vobis. Si ergo dixerint
vobis, Ecce in deſerto eſt, nolite exi-
re. ecce in penetralibus: nolite crede-
re. Sicut enim fulgur exit ab oriente,
& paret vſq; in occidētem: ita erit & C
aduentus filij hominis. Vbicūq; enim
fuerit corpus, illuc cōgregabuntur &
Mar. 13. c aquilę. Statim autem poſt tribulatio-
Luc. 21. e nem dierum illorum, ſol obſcurabi-
Eze. 32. b tur, & luna non dabit lumē ſuum, &
Eſa. 13. b ſtellæ cadent de cœlo, & virtutes cœ
Ioel. 3. c lorum commouebuntur: & tunc pa-
rebit ſignum filij hominis in cœlo. &
Apoc. 1. b tunc plangent omnes tribus terræ: &
videbunt filium hominis venientem
in nubib⁹ cœli cum virtute multa &
maieſtate. Et mittet angelos ſuos cū
tubę voce magna: & congregabūt ele
ctos eius à quatuor ventis, à ſummis

cœlorum, vſq; ad terminos eorum.
Ab arbore autem fici, diſcite parabo-
lam. cum iam ramus eius tener fue-
rit & folia nata, ſcitis quòd prope eſt
æſtas, ita & vos, cũ videritis hæc om
nia, ſcitote quòd prope eſt in ianuis,
Amen dico vobis: quòd non præteri
bit generatio hæc, donec hæc omnia
fiant. Cœlũ & terra tranſibunt: verba
autem mea non præteribunt. De die
C autẽ illa & hora nemo ſcit, neq; ange Mar. 13. d
D li cœlorum, niſi ſolus pater. Sicut au-
tem in diebus Noe: ita erit & aduen-
tus filij hominis. ſicut enim erant in Luc. 17. f
diebus ante diluuium comedẽtes &
bibentes, nubentes & nuptui traden- Geñ. 7. b
tes, vſque ad eum diem quo intrauit
Noe in arcam, & non cognouerũt do
nec vênit diluuium, & tulit omnes:
ita erit & aduẽtus filij hominis. Tunc Luc. 17. g
duo erũt in agro: vnus aſſumitur, &
vnus relinquitur. duæ molentes in
mola: vna aſſumitur, & vna relinqui-
tur. Vigilate ergo: quia neſcitis qua Mar. 13. d
hora domin⁹ veſter venturus ſit. Illud

Luc.12.c autem ſcitote: quòd ſi ſciſſet paterfa-
miliâs qua hora fur venturus eſſet, vi
gilaſſet vtiq;, & non ſiuiſſet perfodi
domum ſuam. Ideo & vos eſtote pa
rati: quia qua neſcitis hora filius ho-
Luc.11.c minis venturus eſt. ¶ Quiſputas eſt
fidelis ſeruus & prudens, quem con-
ſtituit dominus ſuus ſuper familiam
ſuam, vt det illis cibum in tempore?
Beatus ille ſeruus, quem, cum venerit
dominus eius, inuenerit ſic facietem.
Apo.16.c amen dico vobis: quod ſuper omnia
bona ſua cóſtituet eum. Si auté dixe-
rit malus ſeruus ille in corde ſuo. Mo
ram facit domin⁹ meus venire: & cœ
perit percutere conſeruos, manducet
autem & bibat cũ ebrioſis: veniet do
minus ſerui illius in die qua non ſpe
rat, & hora qua ignorat, & diuidet eũ,
partemq; eius ponet cũ hypocritis. il
lic erit fletus & ſtridor dentium.

CAPVT XXV.

Tunc ſimile erit regnum cœ A
lorum decem virginibus:
quæ accipientes lampades

ſuas, exierunt obuiam ſpõſo. Quinq;
autem ex eis, erant fatuæ: & quinque
prudentes: ſed quinq; fatuæ: acceptis
lampadibus, non ſumpſerunt oleum
ſecũ. Prudentes vero acceperunt oleũ
in vaſis ſuis cum lampadibus. Morã
autem faciente ſponſo: dormitauerũt
omnes ac dormierunt. Media autem
nocte clamor factus eſt, Ecce ſponſus
venit, exite obuiam ei. Tunc ſurrexe-
runt omnes virgines illæ: & ornaue-
runt lampades ſuas. Fatuę autem ſa-
pientibus dixerũt, Date nobis de oleo
veſtro: quia lampades noſtræ extin-
guuntur. Reſponderũt prudentes, di-
centes, Ne forte non ſufficiat nobis &
vobis: ite potius ad vẽdentes, & emi
te vobis. Dum autem irent emere, vẽ
nit ſponſus: & quæ paratę erant, in-
trauerunt cum eo ad nuptias, & clau
ſa eſt ianua. Nouiſſime veniunt & re-
liquæ virgines, dicentes, Domine, do
mine, aperi nobis. At ille reſpõdens,
ait, Amen dico vobis, neſcio vos. Vi-
gilate itaq;: quia neſcitis diem neque

horam in qua filius hominis veniet.
Luc.19.b ¶ Sicut enim homo peregre profici- B
ſcens, vocauit ſeruos ſuos, & tradidit
illis bona ſua. Et vni dedit quinque
talenta, alij autem duo, alij vero vnũ,
vnicuiq; ſecundum propriam virtu-
tem: & profectus eſt ſtatim. Abijt au
tem qui quinque talenta acceperat: &
operatus eſt in eis, & lucratus eſt alia
quinq;. Similiter & qui duo accepe-
rat, lucratus eſt alia duo. Qui autem
vnum acceperat: abiens, fodit in ter-
ram, & abſcondit pecuniam domini
ſui. Poſt multum vero temporis, ve-
nit dominus ſeruorũ illorum, & po-
ſuit rationem cum eis. Et accedẽs qui
quinq; talenta acceperat, obtulit alia
quinq; talenta, dicens, Domine, quin
que talenta tradidiſti mihi: ecce alia
quinq; ſuperlucratus ſum. Ait illi do
minus eius, Euge ſerue bone & fide-
lis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſu-
per multa te conſtituam, intra in gau
dium domini tui. Acceſſit autem &
qui duo talenta acceperat, & ait, Do-

mine, duo talenta tradidiſti mihi: ec-
ce alia duo ſuperlucratus ſum. Ait illi
B dominus eius, Euge ſerue bone & fi-
delis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis,
ſuper multa te conſtituã, intra in gau-
C dium domini tui. Accedens autem &
qui vnum talẽtum accęperat, ait, Do-
mine, ſcio quòd homo durus es: me-
tis vbi non ſeminaſti, & congregas
vbi nõ ſparſiſti, & timens abij, & ab-
ſcondi talentũ tuum in terra: ecce ha-
bes quod tuum eſt. Reſpondens autẽ
dominus eius, dixit ei, Serue male &
piger, ſciebas quòd meto vbi non ſe-
minaui, & congrego vbi non ſparſi:
oportuit ergo te committere pecuni-
am meam numularijs, & veniẽs ego
recępiſſem vtiq; quod meũ eſt cum
vſura. Tollite itaque ab eo talentum,
& date ei qui habet decẽ talenta. om- Supr. 13. b
ni enim habenti, dabitur & abunda- Mar. 4. c
bit: ei autem qui non habet, & quod Luc. 8. c
habet, auferetur ab eo. Et inutilẽ ſer- & 19. d
uum eijcite in tenebras exteriores.
illic erit fletus & ſtridor dentium.

Cum autem venerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes angeli cũ eo: tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eos ab inuicem, ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis. & ſtatuet oues quidem à dextris ſuis: hœdos autẽ à ſiniſtris. Tũc dicet rex his qui à dextris eius erunt, Venite benedicti patris mei, poſſidete paratũ vobis regnum à conſtitutione

Iſa.58.b mundi. eſuriui enim: & dediſtis mihi

Eze.18. b manducare. ſitiui: & dediſtis mihi bibere. hoſpes eram: & collegiſtis me. nudus: & operuiſtis me. infirmus: & D viſitaſtis me. in carcere eram: & veniſtis ad me. Tunc reſpondebũt ei iuſti, dicentes, Domine, quando te vidimus eſurientem, & pauimus: ſitientem, & dedimus tibi potum? quando autem te vidimus hoſpitem, & collegimus te: aut nudũ, & cooperuimus te? aut quãdo te vidimus infirmum, aut in carcere: & venimus ad te? Et reſpondens rex, dicet illis, Amen dico

vobis: quandiu feciſtis vni de his fra-
tribus meis minimis, mihi feciſtis.
Tunc dicet & his qui à ſiniſtris erũt,
Diſcedite à me maledicti, in ignem Pſal. 6. e
æternum, qui paratus eſt diabolo & Supra. 7. d
angelis eius. eſuriui enim: & non de- Luc. 13. f
diſtis mihi manducare. ſitiui: & non
dediſtis mihi potum. hoſpes eram: &
non collegiſtis me. nudus: & nõ ope
ruiſtis me. infirmus, & in carcere: &
non viſitaſtis me. Tunc reſpondebũt
ei & ipſi, dicentes, Domine, quãdo te
vidimus eſurientem, aut ſitientẽ, aut
hoſpitem, aut nudum, aut infirmum,
aut in carcere: & non miniſtrauimus
tibi? Tunc reſpondebit illis, dicens,
Amen dico vobis: quandiu non feci-
ſtis vni de minoribus his, nec mihi fe-
ciſtis. Et ibunt hi in ſupplicium æter- Ioan. 5. e
num: iuſti autẽ, in vitam æternam.

CAPVT XXVI.

A ET factum eſt: cum conſũm Mar. 14. a
maſſet IESVS ſermones Luc. 22. a
hos omnes, dixit diſcipu-
lis ſuis, Scitis ꝙ poſt biduũ

paſcha fit, & filius hominis traditur
vt crucifigatur? Tunc cõgregati ſunt
principes ſacerdotum & ſcribæ & ſe-
niores populi in atrium principis ſa-
cerdotum, qui dicebatur Caiphas:&
conſilium fecerunt vt IESVM dolo
tenerent,& occiderent. Dicebant au-
tem, Nõ in die feſto,ne tumultus fiat
Ioan.12.a in populo. ¶ Cum autem IESVS
Mar.14.a eſſet in Bethania, in domo Simônis
leproſi, acceſſit ad eum mulier habẽs
alabaſtrum vnguenti pretioſi,& effu
dit ſuper caput ipſius recũbentis. Vi-
dentes autẽ diſcipuli, indignati ſunt,
dicentes, Vt quid perditio hęc? potuit
enim iſtud vænundari multo,& dari
pauperibus. Sciens autem IESVS,
ait illis, Quid moleſti eſtis huic mu-
lieri? opus enim bonũ operata eſt in
me.nam ſemper pauperes habetis vo
biſcum: me autẽ non ſemper habetis.
Mittens enim hæc vnguẽtum hoc in
corpus meum: ad ſepeliendũ me, fe-
cit. Amen dico vobis, vbicunq; prędi
catum fuerit hoc euangelium in toto

mundo, dicetur & ꝙ hæc fecit in me-
B moriã eius. ¶ Tũc abijt vnus de duo- Mar. 14. b
decim qui dicitur Iudas Iſcariotes, Luc. 22. a
ad principes ſacerdotum: & ait illis,
Quid vultis mihi dare, & ego vobis
eum tradam? At illi conſtituerunt ei
triginta argenteos. Et exinde quære-
bat opportunitatẽ vt eum traderet.
¶ Prima autem die azymorũ acceſ- Mar. 14. b
ſerunt diſcipuli ad IESVM, dicẽtes, Luc. 22. a
Vbi vis paremus tibi comedere pa-
ſcha? At IESVS dixit, Ite in ciuitatẽ
ad quendã: & dicite ei, Magiſter dicit,
Tempus meũ prope eſt, apud te facio
paſcha cũ diſcipulis meis. Et fecerunt
diſcipuli ſicut cõſtituit illis IESVS,
& parauerunt paſcha. ¶ Veſpere autẽ Mar. 14. b
facto, diſcũbebat cum duodecim di- Luc. 22. a
ſcipulis ſuis. Et edentibus illis, dixit, Ioan. 13. b
Amen dico vobis, ꝙ vnus veſtrũ me
traditurus eſt. Et cõtriſtati valde, cœ-
perũt ſinguli dicere, Nũquid ego ſum
domine? At ipſe reſpondens, ait, Qui
intinxit mecum manum in paropſi-
de, hic me tradet. Filius quidem ho-

Pſal.40.c minis vadit, ſicut ſcriptũ eſt de illo:
væ autem homini illi per quem filius
hominis traditur. bonũ erat ei, ſi na- C
tus non fuiſſet homo ille. Reſpõdens
autem Iudas qui tradidit eum, dixit,
1.cor.11.e Nunquid ego ſum rabbi? Ait illi, Tu
dixiſti. Cœnantibus autem eis, accę-
pit IESVS panem, & benedixit, ac
fregit, deditq́ꝫ diſcipulis ſuis, & ait,
Accipite, comedite: hoc eſt corpus
meum. Et accipiens calicem, gratias
egit: & dedit illis, dicẽs. Bibite ex hoc
omnes. Hic eſt enim ſanguis meus
noui teſtamẽti, qui pro multis effun-
ditur in remiſſionem peccatorũ. Di-
co autem vobis, non bibam ammo-
do de hoc genimine vitis vſqꝫ in diẽ
illum, cum illud bibam vobiſcũ no-
Mar.14.e uum in regno patris mei. Et hymno
Luc.22.d dicto, exierunt in montem oliueti.
Ioan.18.a Tunc dicit illis IESVS, Omnes vos
Ioã.16.g ſcãdalum patiemini in me, in iſta no-
Zac.13.c cte, Scriptum eſt enim, Percutiam pa-
Mar.14.c ſtorem, & diſpergentur oues gregis.
&.16.b Poſtquam autem reſurrexero, præ-

cedam vos in Galilęam. Reſpondens
autem Petrus, ait illi, Et ſi omnes ſcã
dalizati fuerint in te, ego nunquam
D ſcandalizabor. Ait illi IESVS, Amẽ — Mar. 14. c
dico tibi: quòd in hac nocte antequã — Luc. 22. c
gallus cantet, ter me negabis. Ait illi — Ioan. 13. d
Petrus, Etiam ſi oportuerit me mori
tecum, non te negabo. Similiter &
omnes diſcipuli dixerunt. ¶ Tunc ve — Mar. 13. d
nit IESVS cum illis in villam quæ — Luc. 22. d
dicitur Gethſemani: & dixit diſcipu-
lis ſuis, Sedete hic, donec vadam il-
luc, & orem. Et aſſumpto Petro &
duobus filiis Zebedæi, cœpit contri-
ſtari & mœſtus eſſe. Tunc ait illis, Trĩ
ſtis eſt anima mea vſque ad mortem.
ſuſtinete hic, & vigilate mecum. Et
progreſſus puſillum, prócidit in fa-
ciem ſuam orans, & dicẽs, Pater mi,
ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte.
veruntamen non ſicut ego volo, ſed
ſicut tu. Et venit ad diſcipulos ſuos,
& inuenit eos dormiẽtes: & dicit Pe-
tro, Sic non potuiſtis vna hora vigi-
gilare mecum? Vigilate, & orate vt

non intretis in tentationem. ſpiritus
quidem promptus eſt, caro autem in
firma. Iterum ſecundo abijt: & ora-
uit, dicens, Pater mi, ſi non poteſt
hic calix tranſire niſi bibam illum: fi-
at voluntas tua. Et venit, & iterum
inuenit eos dormientes. erant enim
oculi eorum grauati. Et relictis illis,
iterum abijt: & orauit tertio, eundem
ſermonem dicens. Tunc venit ad di-
ſcipulos ſuos, & dicit illis, Dormi-
te iam & requieſcite. ecce appropin-
quauit hora, & filius hominis tradi-
tur in manus peccatorum. Surgite, E
eamus: ecce appropinquauit qui me
Mar.14.e tradit. ℂ Adhuc eo loquente, ecce Iu
Luc.22.e das vnus de duodecim vênit, & cum
Ioan.18.a eo turba multa cum gladijs & fuſti-
bus, miſſi à principibus ſacerdotum
& ſenioribus populi. Qui autem tra-
didit eum, dedit illis ſignum, dicens,
Quemcunq; oſculatus fuero, ipſe eſt:
tenete eum. Et confeſtim accedens ad
IESVM, dixit, Aue rabbi. Et oſcu-
latus eſt eum. Dixitq; illi IESVS,

Amice, ad quid veniſti? Tunc acceſſe-
runt, & manus iniecerũt in IESVM:
& tenuerunt eum. Et ecce vnus ex his
qui erant cum IESV, extendens ma
num, exemit gladium ſuum: & per-
cuties ſeruum principis ſacerdotum,
amputauit auriculam eius. Tunc ait
illi IESVS, Conuerte gladium tu- Geñ.9.a
um in locum ſuum. omnes enim qui Apo.13.c
accęperint gladium, gladio peribunt.
An putas quòd non poſſum modo
rogare patrem meum: & exhibebit
mihi plus quàm duodecim legiones
angelorum? Quomodo ergo imple-
buntur ſcripturæ, quòd ſic oportet Eſa.53.c
fieri? In illa hora dixit IESVS tur-
bis, Tanquã ad latronem exiſtis cum
gladijs & fuſtibus comprehendere
F me? quotidie apud vos ſedebam do-
cens in templo: & non me tenuiſtis.
Hoc autem totum factum eſt, vt
adimplerentur ſcripturæ propheta- Thrẽ.4.d
rum. Tunc diſcipuli omnes, relicto
eo fugerunt. ¶ At illi tenentes IE- Mar.14.f
SVM, duxerunt ad Caipham princi- Luc.22.f

Ioan. 18. c pem ſacerdotum, vbi ſcribæ & ſenio-
res conuenerant. Petrus autem ſeque
batur eum à longe, vſque in atrium
principis ſacerdotum. Et ingreſſus
intrò, ſedebat cum miniſtris: vt vi-
deret finem. Principes autem ſacer-
dotum & omne concilium, quære-
bant falſum teſtimonium contra IE
SVM, vt eum morti traderent: & nõ
inuenerunt, cum multi falſi teſtes ac-
ceſſiſſent. Nouiſſime autem venerũt
duo falſi teſtes: & dixerunt, Hic di-
Ioan. 2. d xit, Poſſum deſtruere templum dei,
& in triduo ædificare illud. Et ſurgẽs
princeps ſacerdotum, ait illi, Nihil re
ſpondes ad ea quæ iſti aduerſum te
teſtificantur? IESVS autem tacebat.
Et princeps ſacerdotum ait illi, Adiu-
ro te per deum viuum, vt dicas no-
bis ſi tu es CHRISTVS filius dei.
Dicit illi IESVS, Tu dixiſti. verun-
tamen dico vobis, ámmodo videbi-
tis filium hominis ſedentem à dex-
tris virtutis dei, & venientem in nu-
bibus cœli. Tunc princeps ſacerdotũ
ſcidit

ſcidit veſtimēta ſua, dicens, Blaſphe
mauit. quid adhuc egemus teſtibus?
G Ecce nunc audiſtis blaſphemiā eius,
quid vobis videtur? At illi reſpondē
tes, dixerunt, Reus eſt mortis. Tunc Eſa.50.c
expuerūt in faciem eius: & colaphis
eum cæciderunt. alij autem palmas
in faciem eius dederunt, dicentes,
Prophetiza nobis CHRISTE, q̄s
eſt qui te percuſſit? Petrus vero ſede Mar.14.g
bat foris, in atrio: & acceſſit ad eum luc.22.f
vna ancilla, dicens, Et tu cū IESV ioan.18.c
Galilæo eras. At ille negauit coram
omnibus, dicens, Neſcio quid dicas.
Exeunte autem illo ianua, vidit eū Mar.14.g
alia ancilla: & ait his qui erant ibi. luc.22.f
Et hic erat cum IESV Nazareno. Et ioan.18.c
iterum negauit cum iuramento, Nō
noui hominem. Et poſt puſillum, ac
ceſſerunt qui ſtabant: & dixerunt Pe
tro, Vere & tu ex illis es: nam & lo-
quela tua manifeſtum te facit. Tunc
cœpit deteſtari & iurare, quod non
nouiſſet hominem. Et continuo gal-
lus cātauit. Et recordatus eſt Petrus

verbi IESV q dixerat illi, Prius q̄ gallus cãtet, ter me negabis. Et egreſſus foras, fleuit amare.

CAPVT XXVII.

Mar. 15. a
Luc. 23 a.
Ioan. 18. c

MAne autem facto, conſilium inierunt omnes principes ſacerdotum & ſeniores populi aduerſus IESVM: vt eum morti traderẽt. Et vinctum adduxerunt eum: & tradiderũt Pontio Pilato præſidi. ¶ Tũc videns Iudas, qui eum tradidit, quod damnatus eſſet: pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus ſacerdotum & ſenioribus, dicens, Peccaui, tradens ſanguinem iuſtum. At illi dixerunt, Quid ad nos? tu videris. Et proiectis argenteis in templo, receſſit: & abiens, laqueo ſe ſuſpendit. Principes autem ſacerdotum acceptis argenteis, dixerunt,

Act. 1. c

Non licet eos mittere in corbanam: quia pretium ſanguinis eſt. Conſilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli, in ſepulturam peregrinorum.

Propter hoc vocatus eſt ager ille,
ager ſanguinis, vſque in hodiernum
diem. Tunc impletum eſt quod di-
ctum eſt per Hieremiam prophetam
dicentem, Et acceperunt triginta ar- Zach. 11.a
géteos, pretium appretiati quem ap
pretiauerunt à filijs Iſrael: & dede-
runt eos in agrum figuli, ſicut conſti
B tuit mihi dominus. ¶IESVS autē Mar. 15.a
ſtetit ante præſidem: & interrogauit luc. 23.a
eum preſes, dicens, Tu es rex Iudęo ioan. 18.f
rum? Dicit illi IESVS, Tu dicis. Et
cum accuſaretur à principibus ſacer
dotum & ſenioribus, nihil reſpon-
dit. Tunc dicit illi Pilatus, Nō audis
quanta aduerſum te dicunt teſtimo-
nia? Et nō reſpondit ei ad vllum ver
bum: ita vt miraretur præſes vehe-
menter. Per diem autem ſolennem
cōſueuerat preſes populo dimittere
vnum vinctum quem voluiſſent. ha
bebat autem tunc vinctum inſignē,
qui dicebatur Barabbas. Cōgregatis
ergo illis, dixit Pilatus, Quē vultis
dimittā vobis: Barabbā, an IESVM

qui dicitur CHRISTVS? Sciebat
enim ꝙ per iuidiam tradidiſſent eũ.
Sedẽte autem illo pro tribunali, miſit ad eum vxor eius, dicens, Nihil tibi & iuſto illi. multa enim paſſa ſum
hodie per viſum propter eum. Principes autem ſacerdotum & ſeniores,
perſuaſerunt turbis vt peterent Barabban, IESVM vero perderent. Reſpondens autem pręſes, ait illis, Quẽ C
vultis vobis de duobus dimitti? At
illi dixerunt, Barabban. Dicit illis Pi
Mar. 15.b latus, Quid igitur faciam IESV qui
luc. 23.b dicitur CHRISTVS? Dicunt om
ioan. 18. g nes, Crucifigatur. Ait illis præſes,
&. 19.c Quid enim mali fecit? At illi magis
clamabant, dicẽtes, Crucifigatur. Videns autem Pilatus quod nihil proficeret, ſed magis tumultus fieret: acceptą aqua, lauit manus corã populo
dicens, Innocẽs ego ſum à ſanguine
iuſti huius. vos videritis. Et reſpondens vniuerſus populus, dixit, Sanguis eius ſuper nos, & ſup filios noſtros. Tunc dimiſit illis Barabban:

IESVM autẽ flagellatum tradidit
vt crucifigeretur. ¶ Túc milites præ Mar. 15. b
ſidis ſuſcipientes IESVM in præto ioan. 18. a
rio, congregauerunt ad eum vniuer
D ſam cohortem. & exuentes eũ, chla-
mydem coccinam circũdederunt ei:
& plectentes coronam de ſpinis, po
ſuerunt ſuper caput eius, & arundi-
nem in dextera eius. & genu flexo an
te eum, illudebant ei, dicentes, Aue
rex Iudęorum. Et expuẽtes in eum,
accęperunt arundinem, & percutie-
bant caput eius. Et poſtquam illuſe-
runt ei, exuerunt eum chlamydem:
& induerunt eum veſtimentis ſuis,
& duxerunt eum vt crucifigerent.
¶ Exeuntes autem, inuenerunt ho- Mar. 15. b
minem Cyrenæum, nomine Symô luc. 23. d
nem: hunc angariauerunt vt tolleret
crucem eius. Et venerunt in locum Mar. 15. b
qui dicitur Golgotha, quod eſt Cal- luc. 23. d
uariæ locus. Et dederũt ei vinum bi- ioan. 19. d
bere cum felle mixtũ. Et cum guſtaſ-
ſet, noluit bibere. ¶ Poſtquam autẽ Mar. 15. b
crucifixerunt eum, diuiſerunt veſti-

Luc. 23. c menta eius ſortem mittentes: vt im-
Ioan. 19. d pleretur quod dictum eſt per prophe
tam dicentem, Diuiſerunt ſibi veſti-
Pſal. 21. c menta mea: & ſuper veſtem meam E
miſerunt ſortem. Et ſedentes ſerua-
bant eum. Et impoſuerunt ſupra ca-
put eius cauſam ipſius ſcriptam, Hic
eſt IESVS rex Iudæorum. Tunc
crucifixi ſunt cum eo duo latrones:
vnus à dextris, & vnus à ſiniſtris.
Prætereuntes autem blaſphemabāt
eum: mouentes capita ſua, & dicen-
Ioan. 2. d tes, Tu qui deſtruis templum dei, &
in triduo illud ædificas: ſalua temet-
ipſum. ſi filius dei es, deſcende dé
cruce. Similiter & principes ſacerdo
tum illudentes cum ſcribis & ſenio-
ribus dicebant. Alios ſaluos fecit, ſe-
Sapiē. 2. d ipſum non poteſt ſaluum facere. ſi
rex Iſrael eſt, deſcendat nunc de cru
ce, & credemus ei, confidit in deo: li-
beret nūc eū ſi vult eum. dixit enim,
Sapiē. 2. c Filius dei ſum. Idipſum autem & la
trones, qui crucifixi erant cum eo,
improperabant ei. A ſexta autem ho

ra, tenebræ factæ ſunt ſuper vniuer-
ſam terram, vſq; ad horam nonam.
Et circa horam nonam clamauit IE-
SVS voce magna, dicẽs, Eli, eli, lam Pſal. 21. a
ma azabtani: hoc eſt, Deus meus, de-
us meus, vt quid dereliquiſti me?
F Quidam autem illic ſtantes & audiẽ-
tes, dicebant, Eliam vocat iſte. Et cõ-
tinuo currens vnus ex eis, accæptam
ſpongiam impleuit aceto: & impo-
ſuit arundini, & dabat ei bibere. Cæ-
teri vero dicebant, Sine, videamus
an veniat Elias liberans eum. IE-
SVS autem iterum clamans voce
magna, emiſit ſpiritum. Et ecce ve-
lum templi ſciſſum eſt in duas par-
tes, à ſummo vſq; deorſum. & terra
mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt, & mo-
numẽta aperta ſunt: & multa corpo-
ra ſanctorum qui dormierant, ſurre-
xerunt. Et exeuntes de monumentis
poſt reſurrectionem eius, venerunt
in ſanctam ciuitatem: & apparuerũt
multis. Centurio autem, & qui cum
eo erant cuſtodientes IESVM, viſo

terrẹmotu & his quẹ fiebant, timue-
runt valde, dicentes, Vere filius dei
erat iſte. Erant autem ibi mulieres
multæ à longe, quẹ ſecutẹ erant IE
SVM à Galilẹa, miniſtrãtes ei: inter
quas erat Maria Magdalene, & Ma-
ria Iacobi, & Ioſe mater, & mater fi
Mar.15.d liorum Zebedẹi. ¶ Cũ aũt veſpera G
Luc.23.g facta eſſet, vênit qdã homo diues ab
Ioan.19.g Arimathẹa, nomine Ioſeph qui & ip
ſe diſcipulus erat IESV. hic acceſſit
ad Pilatum, & petījt corpus IESV.
Tunc Pilatus iuſſit reddi corpus. Et
accẹpto corpore, Ioſeph inuoluit il-
lud in ſindone mũda: & poſuit illud
in monumento ſuo nouo, quod ex-
ciderat in petra. Et aduoluit ſaxum
magnum ad oſtium monumenti, &
abījt. Erat autem ibi Maria Magdale
ne, & altera Maria: ſedentes cõtra ſe-
pulcrum. ¶ Altera autem die, quæ
eſt poſt paraſceuen, cõuenerunt prin
cipes ſacerdotum & phariſæi ad Pi-
latum, dicẽtes, Domine recordati ſu
mus quid ſeductor ille dixit adhuc

viuens, Poſt tres dies reſurgam. Iu‑
be ergo cuſtodiri ſepulcrum vſq; in
diem tertium: ne forte veniant diſci‑
puli eius, & furentur eum, & dicant
plebi, Surrexit à mortuis. & erit no‑
uiſſimus error peior priore. Ait illis
Pilatus, Habetis cuſtodiam. ite, cu‑
ſtodite ſicut ſcitis. Illi autem abeun‑
tes, munierunt ſepulcrum: ſignantes
lapidem cum cuſtodibus.

CAPVT XXVIII.

A VEſpera autem ſabbatorũ
quę lucefcit in primã ſab‑ Mar.16.a
batorum, vênit Maria ioan.20.c
Magdalene, & altera Ma‑
ria videre ſepulcrũ. Et ecce: terręmo‑
motus factus eſt magnus. angelus
enim domini deſcẽdit de cœlo: & ac‑
cedens, reuoluit lapidem, & ſedebat
ſuper eum. erat autem aſpectus eius
ſicut fulgur: & veſtimẽtum eius, ſi‑
cut nix. Præ timore autẽ eius, exter‑
riti ſunt cuſtodes, & facti ſunt velut
mortui. Reſpondẽs autem angelus,
dixit mulieribus. Nolite timere vos,

ſcio enim quòd IESVM qui cruci-
fixus eſt, quæritis. non eſt hic: ſurre-
xit enim, ſicut dixit. venite, videte lo B
cum, vbi poſitus erat dominus. Et ci
to euntes, dicite diſcipulis ei⁹ quod
ſurrexit: & ecce præcedit vos in Ga-
lilæam. ibi eum videbitis, ecce dixi
vobis. Et exierunt cito de monumē
to cū timore & gaudio magno, cur-
rentes nunciare diſcipulis eius. Et ec
ce IESVS occurrit illis, dicens, Aue
te. Illæ autem acceſſerunt, & tenue-
runt pedes eius, & adorauerūt eum.
Tunc ait illis IESVS, Nolite time- C
re. ite, nunciate fratribus meis vt eāt
in Galilæam, & ibi me videbūt. Quę
cum abiiſſent, ecce quidam de cuſto-
dibus venerunt in ciuitatem, & nun
ciauerunt principibus ſacerdotū om
nia quæ facta fuerant. Et congregati
cum ſenioribus, cōſilio accæpto, pe
cuniam copioſam dederunt militi-
bus, dicētes, Dicite, Diſcipuli eius no
cte venerunt, & furati ſunt eum no-
bis dormientibus. Et ſi hoc auditum

fuerit a pręſide, nos ſuadebimus ei, & ſecuros vos faciemus. At illi accę-pta pecunia, fecerunt ſicut erant edo-
D ēti. Et diuulgatum eſt verbum iſtud apud Iudęos, vſque in hodiernum diem. ℂ Vndecim aūt diſcipuli abie-runt in Galilęam, in montem vbi cō-ſtituerat illis IESVS. Et videntes eum adorauerūt, quidam autem du-bitauerunt. Et accedens IESVS, lo-cutus eſt eis dicēs, Data eſt mihi om-nis poteſtas in cœlo & in terra. Eun- Mar. 16. d
tes ergo docete omnes gentes: bapti-zantes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, docentes eos ſerua-re omnia quæcunque mandaui vo-bis. & ecce ego vobiſcum ſum om-nibus diebus, vſque ad conſumma-tionem ſeculi.

EVANGELII SECVNDVM MATTHÆVM, FINIS.

HIERONYMVS IN CATA/ LOGO SCRIPTORVM ECCLESIASTI/ CORVM.

MArcus,diſcipulus & interpres
Petri,iuxta quod Petrum re/
ferentem audierat,rogatus Romæ à
fratribus,breue ſcripſit euangelium.
Quod cum Petrus audiſſet, proba/
uit:& eccleſiæ legendum ſua autho
ritate edidit.ſicut Clemens in ſexto
hypotypoſeō libro ſcribit.Et Papias
Hieroſolymitanus epiſcopus memi
nit huius Marci.& Petrus in epiſto-
la prima,ſub nomine Babylonis, fi/
guraliter Romam ſignificans, Salu-
tat vos quę in Babylone coeleƈta,&
Marcus filius meus.Aſſumpto itaqꝫ
euangelio quod ipſe confecerat,per/
rexit Ægyptum,& primus Alexan/
driæ CHRISTVM annuncians,
conſtituit eccleſiam,tantæ doƈtrinæ
& vitæ continentia,vt omnes ſeƈta-
tores CHRISTI ad exēplum ſui

cogeret. Deniq; Philo diſertiſſimus Iudęorum, videns Alexandriæ primam eccleſiam adhuc Iudaizanté, quaſi in laudem gentis ſuæ librum ſuper eorum conuerſatione ſcripſit. & quomodo Lucas narrat Hieroſolymæ credentes omnia habuiſſe cõmunia: ſic ille quod Alexandriæ ſub Marco fieri doctore cernebat, memoriæ tradidit. Mortuus eſt autem octauo Neronis anno, & ſepultus Alexandriæ, ſuccedente ſibi Aniano.

SANCTVM IESV CHRIST I EVANGELIVM SECVNDVM MARCVM.



INitium euangelij A
IESV CHRI-
Matt.3 STI filij dei. Sicut
ſcriptum eſt in pro-
Mala.3.a phetis, Ecce mitto an
gelum meum ante fa
ciem tuam, qui præ-
Eſa.40.a parabit viam tuam
ante te, Vox claman
Luc.3.a tis in deſerto, Parate viam domini,
ioan.1.c rectas facite ſemitas eius. Fuit Ioan
nes in deſerto baptizans, & prædi-
cans baptiſmum pœnitentiæ in re-
miſſionem peccatorum. Et egredie-
Mat.3.a batur ad eum tota Iudæa regio, &
Hieroſolymitæ: & baptizabantur
omnes ab illo in Iordane flumine
confitentes peccata ſua. Et erat Ioan
nes veſtitus pilis cameli, & zona pel

licea circa lumbos ſuos: & locuſtas
B & mel ſylueſtre edebat. Et prædica- Matt. 3.e
bat, dicens, Venit fortior me poſt Luc. 3..c
me, cuius non ſum dignus procum- ioan. 1.d
bens ſoluere corrigiam calceamen-
torum. Ego quidem baptizaui vos
aqua: ille vero baptizabit vos ſpiritu
ſancto. ¶ Et factũ, eſt, in diebus illis
venit IESVS à Nazareth Galilææ: & Matt. 3.d
baptizatus eſt à Ioanne in Iordane. luc. 3.d
Et ſtatim aſcẽdens de aqua, vidit cœ
los apertos, & ſpiritum tanquam co
lumbam deſcendẽtem ſuper illum.
Et vox facta eſt de cœlis, Tu es filius
meus dilectus, in te cõplacui. ¶ Et Matt. 4. a
ſtatim ſpiritus expellit eum in deſer Luc. 4.a
tum. Et erat in deſerto quadraginta
diebus & quadraginta noctibus: &
tentabatur à ſatana. eratq; cũ beſtijs:
& angeli miniſtrabant illi. ¶ Poſt- Mat. 4.b
quã autem traditus eſt Ioãnes, venit luc. 4.c
IESVS in Galilæã, prædicans euan- ioan. 4.f
gelium regni dei, & dicens, imple-
tum eſt tempus, & appropinquauit
regnũ dei, pœnitentiã agite, & cre-

Mat. 4. c dite euangelio. Et præteriens ſecus
luc. 5. a mare Galilęę, vidit Simônem & An
dream fratrem eius, mittentes retia
in mare (erãt enim piſcatores) & di-
xit eis IESVS, Venite poſt me, & fa
ciã vos fieri piſcatores hominum. Et
protinus relictis retibus, ſecuti ſunt
eum. Et progreſſus inde puſillum,
vidit Iacôbum Zebedæi & Ioannẽ
fratrem eius, & ipſos componentes
retia in naui: & ſtatim vocauit illos.
Et relicto patre ſuo Zebedæo in na-
ui cum mercenarijs: ſecuti ſunt eũ.
❡ Et ingrediuntur Capharnaum: & C
Mat. 4. b ſtatim ſabbatis ingreſſus in ſynago-
luc. 4. c gam, docebat. Et ſtupebant ſuper do D
matt. 7. d ctrina eius. erat eñi docẽs eos quaſi
luc. 4. c poteſtatem habens, & non ſicut ſcri-
bæ. Et erat in ſynagoga eorũ homo
Luc. 4. e cum ſpiritu immundo: & exclama-
uit, dicẽs, Quid nobis & tibi IESV
Nazarene? veniſti perdere nos? ſcio
te qui ſis, ſanctus dei. Et cõminatus
eſt ei IESVS, dicens, Obmuteſce, &
exi de homine. Et diſcerpẽs eum ſpi-
ritus

ritus immundus, & exclamans voce
magna, exijt ab eo. Et mirati ſunt om-
nes: ita vt conquirerent inter ſe, dicé-
tes, Quid eſt hoc? quæ doctrina hæc
noua: quia in poteſtate ſpiritibus im-
mundis imperat, & obediunt ei? Et
proceſſit rumor eius ſtatim in totam
regioné Galilęę. ℭ Et protinus egre- Mat.8.b
dientes de ſynagoga, venerunt in dó- Luc.4.f
mum Simônis & Andreæ cum Iacô
bo & Ioanne. Decumbebat autem ſo-
crus Simônis febricitans: & ſtatim di-
cunt ei de illa. Et accedens, eleuauit
eam apprehenſa manu eius: & conti-
nuo dimiſit eam febris, & miniſtra-
D uit eis. Veſpere autem facto, cum oc-
cidiſſet ſol, afferebant ad eum omnes
male habentes, & dæmonia haben-
tes: & erat tota ciuitas congregata ad
ianuam. Et curauit multos qui vexa-
bantur varijs languoribus: & dæmo
nia multa ejciebat: & non ſinebat ea
loqui, quod noſſent eum. Et dilucu-
lo valde ſurgens, egreſſus abijt in de-
ſertum locum, ibiq; orabat. Et proſe-

cutus eſt eum Simon, & qui cum illo
erant. Et cum inueniſſent eum, dixe-
runt ei, Omnes quærũt te. Et ait illis,
Eamus in proximos vicos & ciuita-
tes: vt & ibi prædicem. ad hoc enim
vêni. Et erat prædicans in ſynagogis
eorum, in tota Galilæa: & dæmonia
Mat. 8. a ejciens. ℂ Et venit ad eum leproſus
Luc. 5. c deprecans eum: & genu flexo, dicit,
Si vis, potes me mũdare. IESVS au-
tem miſertus eius, extendit manum
ſuam: & tangens eum, ait illi, Volo.
Mundare. Et cum dixiſſet, ſtatim di-
ſceſſit ab eo lepra, & mundatus eſt. Et
comminatus eſt ei, ſtatimq́ꝫ eiecit il-
lum: & dicit ei, Vide nemini dixeris:
ſed vade, oſtende te principi ſacerdo-
tum, & offer pro emundatione tua
Leui. 14. a quæ præcępit Moyſes in teſtimoniũ
Luc. 4. g illis. At ille egreſſus cœpit prædicare
multa & diffamare ſermonem: ita,
vt iam non poſſet IESVS manifeſte
introire in ciuitatem, ſed foris in de-
ſertis locis eſſe. & cõueniebant ad eũ
vndiqꝫ.

CAPVT II.

A ETiterum intrauit Caphar- Mat.9.a
naum poſt dies aliquot: & Luc.5.d
auditũ eſt quòd in domo
eſſet, & confeſtim cõuene-
runt multi, ita vt nõ caperet neq; ad
ianuam, & loquebatur eis verbũ. Et
veniunt ad eum ferẽtes paralyticum
qui à quatuor portabatur. Et cùm nõ
poſſent appropinquare illi præ tur-
ba, nudauerũt tectum vbi erat: & pa-
tefacientes, ſubmiſerũt grabatum in
quo paralyticus iacebat. Cum autem
vidiſſet IESVS fidem illorũ, ait pa-
ralytico, Fili dimittantur tibi pecca-
ta tua. Erant autem illic quidam de
ſcribis ſedentes: & cogitantes in cor-
dibus ſuis, Quid hic ſic loquitur blaſ
phemias? Quis poteſt dimittere pec-
cata niſi ſolus deus? Quo ſtatim co-
gnito, IESVS ſpiritu ſuo quod ſic co
B gitarẽt ĩtra ſe, dixit illis, Quid iſta co
gitatis in cordibus veſtris? Quid eſt
facilius, dicere paralytico, Dimittan-
tur tibi peccata: an dicere, Surge, tolle

grabatum tuum & ambula? Vt autē
ſciatis quòd filius hominis habet po-
teſtatem in terra dimittendi peccata
(ait paralytico) tibi dico, ſurge, tolle
grabatum tuum, & vade in domum
tuam. Et ſtatim ſurrexit ille: & ſubla-
to grabato, abijt inde corā omnibus,
ita vt mirarentur omnes, & glorifica
rent deum, dicentes, Nunquàm ſic vi
Mat.9.a dimus. ¶ Et egreſſus eſt rurſus ad ma
Luc.5.f re: omniſq; turba veniebat ad eum,
& docebat eos. Et cum preteriret IE
SVS, vidit Leui Alphæi ſedentem ad
teloniū: & ait illi, Sequere me. Et ſur-
gens ſecutus eſt eum. Et factum eſt:
cum accūberet in domo illius, multi
etiā publicani & peccatores ſimul diſ
cūbebant cū IESV & diſcipulis eius,
erant enim multi qui ſequebātur eū.
Et ſcribæ & phariſæi videntes quòd
manducaret cum publicanis & pecca
toribus, dixerūt diſcipulis eius. Qua-
re cū publicanis & peccatoribus mā-
ducat & bibit magiſter veſter? Hoc au
dito, IESVS ait illis. Non neceſſe

habent ſani, medico: ſed qui male ha/ 1. Tim. 1. c
bent. nõ enim veni vocare iuſtos, ſed
peccatores. ¶ Et erant diſcipuli Ioã/ Matt. 9: b
nis & phariſæorum ieiunantes: & ve Luc. 5. f. g
niunt, & dicunt illi, Quare diſcipuli
Ioãnis & phariſæorum ieiunant: tui
autem diſcipuli non ieiunant? Et ait il
lis IESVS, Nunquid poſſunt filij nu
ptiarum, quandiu ſponſus cum illis
eſt, ieiunare? Quãto tempore habent
ſecum ſponſum, non poſſunt ieiuna/
D re, Venient autem dies cum auferetur
ab eis ſponſus: & tunc ieiunabunt in
illis diebus. Nemo aſſumentum pãni
rudis aſſuit veſtimento veteri: alio/
quin aufert ſupplementum eius no/
uum à veteri, & maior ſciſſura fit. Et
nemo mittit vinum nouum in vtres
veteres: alioquin dirũpet vinũ vtres,
& vinum effunditur, & vtres pereũt.
ſed vinum nouũ in vtres nouos mit/
ti debet. ¶ Et factũ eſt vt ſabbatis am Matt. 12. a
bularet per ſata: & diſcipuli eius cœ/ Luc. 6. a
perũt progredi & vellere ſpicas. Pha/
riſæi autem dicebant ei, Ecce, quid fa/

ciunt ſabbatis quod non licet? Et ait il-
1.Re.21.b lis, Nunquam legiſtis quid fecerit Da-
uid, quando neceſſitatē habuit & eſu-
rijt ipſe & qui cum eo erant? quomo-
do introiuit in domum dei ſub Abia-
thar principe ſacerdotū, & panes pro-
poſitionis manducauit: quos non li-
cebat manducare niſi etiam ſacerdo-
tibus, & dedit ijs qui cum eo erant? Et
dicebat eis, Sabbatum propter homi-
nem factum eſt: & nō homo propter
ſabbatū: Itaq; dominus eſt filius ho-
minis, etiam ſabbati.

CAPVT III.

Mat.12.a Luc.6.b ET introiuit iterum in ſyna- A
gogā: & erat ibi homo ha-
bens manū aridam. Et ob-
ſeruabant eū ſi ſabbatis cu-
raret eum: vt accuſarent illum. Et ait
homini habenti manum aridam, Sur-
ge in medium. Et dicit eis, Licet ſab-
batis benefacere, an male? animā ſal-
uā facere, an perdere? At illi tacebant.
Et circunſpiciens eos cum ira, contri-
ſtatus ſuper cæcitate cordis eorum, di-

cit homini, Extēde manum tuam. Et extendit: & reſtituta eſt manus illius ſana vt altera. Exeuntes autem phariſæi, ſtatim cum herodianis cōſilium faciebāt aduerſus eum, quomodo eū

C perderent. IESVS autē cum diſcipulis ſuis ſeceſſit ad mare: & multa turba à Galilęa & Iudęa ſecuta eſt eum, & ab Hieroſolymis & ab Idumęa & trans Iordanē. & qui circa Tyrum & Sidônem habitabant, multitudo magna, audientes quæ faciebat, venerūt ad eū. Et dixit IESVS diſcipulis ſuis vt nauicula ſibi deſeruiret ꝑpter tur

B bam, ne cōprimerēt eum. multos enī ſanabat, ita vt irruerēt in eum vt illū tangerent quotquot habebāt plagas. Et ſpiritus īmundi cum illū videbāt, procidebant ei: & clamabant dicētes, Tu es filius dei. Et vehementer cōminabatur eis, ne manifeſtarent illum.

¶ Et aſcendens in montē, vocauit ad ſe quos voluit ipſe: & venerūt ad eū. Mat. 10. a Luc. 6. b. c

Et fecit vt eſſent duodecim cum illo: & vt mitteret eos prædicare. Et de

dit illis poteſtatem curandi infirmi-
tates,& eijciendi dæmonia. Et impo-
ſuit Simôni nomen Petrus. & Iacô-
bum Zebedæi & Ioannem fratrẽ Ia
côbi: & impoſuit eis nomina Boaner
ges, quod eſt filij tonitrui. & Andreã C
& Philippum & Bartholomæum &
Matthæum & Thomam & Iacôbũ
Alphæi & Thaddæum & Simônem
Cananæum & Iudam Iſcariotẽ, qui
Mat.9.d & tradidit illum. ℂ Et veniunt ad do
&.12.b mum: & cõuenit iterum turba, ita vt
Luc.11.b non poſſent neq; panem mãducare.
Et cum audiſſent ſui, exierunt tenere
eum. dicebant enim, In furorem ver
ſus eſt. Et ſcribæ qui ab Hieroſolymis
deſcenderant, dicebant, Beelzebub ha
bet. & in principe dęmoniorum eijcit
dæmonia. Et conuocatis eis, in para-
bolis dicebat illis, Quomodo poteſt
ſatanas ſatanam eijcere? Et ſi regnum
in ſe diuidatur, non poteſt regnum il-
lud ſtare. Et ſi domus ſuper ſemetip-
ſam diſpertiatur: non poteſt domus
illa ſtare. Et ſi ſatanas conſurrexerit

in ſemetipſum & diſpertitus eſt: non
D poterit ſtare, ſed finem habet. Nemo
poteſt vaſa fortis, ingreſſus in domũ,
diripere, niſi prius fortem alliget: &
tunc domum eius diripiet. Amen di- Mat. 12. c
co vobis, quòd omnia dimittentur fi- Luc. 12. b
lijs hominum peccata & blaſphemiæ
quibus blaſphemauerint. qui autem
blaſphemauerit in ſpiritum ſanctum,
non habet remiſſioné in ęternum: ſed
reus eſt æterni delicti: quoniam dice-
bant, Spiritum immundũ habet. ¶ Et Mat. 12. d
veniunt mater eius & fratres: & fo- Luc. 8. c
ris ſtantes miſerunt ad eum vocãtes
eum. Et ſedebat circa eum turba: & di
cunt ei, Ecce mater tua & fratres tui
foris quęrũt te. Et reſpõdens eis ait,
Quæ eſt mater mea & fratres mei? Et
circũſpiciens eos qui in circuitu eius
ſedebant, ait, Ecce mater mea & fra-
tres mei. Qui enim fecerit volunta-
tem dei: hic, frater meus & ſoror mea
& mater eſt.

CAPVT IIII.

Mat.13.a
Luc.8.a

ET iterum cœpit docere ad A
mare: & congregata eſt ad
eum turba multa, ita vt na
uim aſcendens ſederet in
mari, & tota turba iuxta mare in ter-
ra erat: & docebat eos in parabolis
multa, & dicebat illis in doctrina ſua,
Audite. Ecce exijt ſeminans ad ſemi-
nandum. Et dum ſeminat: aliud ceci-
dit circa viam, & venerunt volucres
cœli, & comederūt illud. Aliud vero
cecidit ſuper petroſa, vbi non habuit
terram multā: & ſtatim exortum eſt,
quoniā non habebat altitudinē terrę,
& quādo exortus eſt ſol, exuſtum eſt,
& eo ꝙ non habebat radicē, exaruit.
Et aliud cecidit in ſpinas: & aſcende-
runt ſpinæ & ſuffocauerunt illud, &
fructum non dedit. Et aliud cecidit in
terram bonā: & dabat fructum aſcen-
dentem & creſcentē: & afferebat vnū
trigeſimū, & vnum ſexageſimum, &
vnum centeſimū. Et dicebat. Qui ha-
bet aures audiendi, audiat. Et cū eſſet B

ſingularis, interrogauerunt eū hi qui
cum eo erant duodecim, parabolā. Et
dicebat eis, Vobis datū eſt noſſe my-
ſterium regni dei: illis autē qui foris
ſunt, in parabolis omnia fiunt, vt vi- Eſa.6.c
dentes videant & non videant, & au Mat.13.b
dientes audiant & nō intelligant, ne- Luc.8.b
quando cōuertantur, & dimittantur Ioan.12.f
eis peccata. Et ait illis, Neſcitis parabo Act.28.f
lam hāc? & quomodo omnes parabo Ro.11.b
las cognoſcetis? Qui ſeminat: verbū
ſeminat. Hi autē ſunt qui circa viam,
vbi ſeminatur verbū, & cū audierint,
confeſtim venit ſatanas, & aufert ver
bum quod ſeminatum eſt in cordibꝰ
eorū. Et hi ſunt ſimiliter qui ſuper pe
troſa ſeminātur: qui cū audierint ver-
bum, ſtatim cū gaudio accipiūt illud:
& non habent radicē in ſe, ſed tempo
rales ſunt: deinde orta tribulatione
vel perſecutione propter verbum, cō
feſtim ſcādalizātur. Et alij ſunt qui in
ſpinis ſeminātur: hi ſunt qui verbum
audiūt, & ęrūnę ſeculi & decęptio di
uitiarū, & circa reliqua cōcupiſcentiæ

introeuntes ſuffocāt verbum, & ſine
fructu efficitur. Et hi ſunt qui ſuper C
terram bonam ſeminati ſunt, qui au-
diunt verbū & ſuſcipiunt, & fructifi-
cant, vnum triceſimū, vnum ſexageſi-
Mat.5.b mum, & vnum centeſimū. Et dicebat
Luc.8.c illis, Nūquid venit lucerna vt ſub mo
&.11.e dio ponatur aut ſub lecto? Nonne vt
Mat.10.e ſuper candelabrum ponatur? Non eſt
Luc.8.c enim aliquid abſconditum, quod nō
manifeſtetur: nec factum eſt occultū,
quod nō veniat in palám. Si quis ha-
bet aures audiendi, audiat. Et dicebat
Mat.7.a illis, Videte quid audiatis, In qua mē
Luc.6.f ſura menſi fueritis, remetietur vobis.
Mat.13.b Qui enī habet, dabitur illi: & qui non
&.25.c habet, etiam quod habet auferetur ab
Luc.8.c eo. Et dicebat, Sic eſt regnū dei, quē-
&.13.d admodum ſi homo iaciat ſementem
in terram, & dormiat & exurgat no-
cte & die, & ſemen germinet & incre
ſcat dum neſcit ille. Vltro enim terra
fructificat, primum herbam, deinde
ſpicam, deinde plenum frumentum
in ſpica. Et cum ex ſe produxerit fru-

ctus: ſtatim mittit falcem, quoniam
adeſt meſſis. Et dicebat, Cui aſſimila- Mat.13.e
bimus regnum dei? aut cui parabolæ Luc.13.d
D comparabimus illud? Eſt ſicut granũ
ſinapis, quod cum ſeminatum fuerit
in terra, minus eſt omnibus ſeminibꝰ
quæ ſunt in terra: & cum ſeminatum
fuerit, aſcendit, & fit maius omnibus
oleribus: & facit ramos magnos, ita
E vt poſſint ſub vmbra eius aues cœli
habitare. Et talibus multis parabolis
loquebatur eis verbum, prout pote-
rant audire. ſine parabola autem non
loquebatur eis. ſeorſum autem, diſci-
pulis diſſerebat omnia. ¶ Et ait illis Mat.8.c
in illa die, cũ facta eſſet veſpera, Tran Luc.8.d
ſeamus contra. Et dimittentes turbã;
aſſumũt eum, ita vt erat in naui. Sed
& aliæ nauiculæ erant cum illo. Et fa-
cta eſt procella magna venti: & flu-
ctus mittebat in nauim, ita vt imple-
retur nauis. Et erat ipſe in puppi ſu-
per ceruical dormiens: & excitant eũ,
& dicunt illi, Magiſter, nõ ad te per-
tinet quod perimus? Et exurgens cõ-

minatus ẽ vẽto, & dixit mari, Tace, obmuteſce. Et ceſſauit ventus: & facta eſt tranquillitas magna. Et ait illis, Quid timidi eſtis ſic? necdum habetis fidem? Et timuerunt timore magno: & dicebant ad alterutrũ. Quiſputas eſt iſte, quia & ventus & mare obediunt ei?

CAPVT V.

Mat. 8. d
Luc. 8. d

A ET venerunt trans fretũ maris in regionem Gadarenorum. Et exeunti ei de naui, ſtatim occurrit de monumentis homo cum ſpiritu immũdo, qui domiciliũ habebat in monumentis. & neq; catenis iam quiſq; poterat eum ligare: quum ſæpe cõpedibus & catenis vinctus, dirupiſſet catenas, & compedes cõminuiſſet: & nemo poterat eum domare. & ſemper die ac nocte in monumẽtis & in montibus erat, clamans & concidens ſe lapidibus. Videns autem IESVM à longe, cucurrit & adorauit eum: & clamans voce magna dixit, Quid mihi & tibi

IESV fili dei altiſſimi? adiuro te per
deum ne me torqueas. Dicebat enim
illi, Exi ſpiritus immunde ab homine
iſto. Et interrogabat eũ, Quod tibi no
men eſt? Et dicit ei, Legio mihi nomẽ
B eſt: quia multi ſumus. Et deprecaba-
tur eum multũ, ne ſe expelleret extra
regionem. Erat autẽ ibi circa mõtem
grex porcorũ magnus, paſcens. Et de
precabãtur eũ ſpiritus, dicẽtes, Mitte
nos in porcos, vt in eos introeamus.
Et cõceſſit eis ſtatim IESVS. Et exe
untes ſpiritus immũdi, introierũt in
porcos. & magno impetu grex præci
pitatus eſt in mare, Erant autem ferè
duo millia, & ſuffocati ſunt in mari.
Qui autẽ paſcebant eos fugerunt, &
nuntiauerunt in ciuitatẽ & in agros.
Et egreſſi ſunt videre quid eſſet factũ:
& veniunt ad IESVM. & vident illũ
qui à dęmonio vexabatur, ſedentẽ ve
ſtitum, & sanę mẽtis qui habuerat le-
gionẽ: & timuerunt. Et narrauerũt il-
lis, qui viderant, qualiter factũ eſſet ei
qui dæmoniũ habuerat: & de porcis.

Et rogare cœperunt eum vt diſcede-
ret de finibus eorum. Cumq́ꝫ aſcẽde-
ret nauim, cœpit illum deprecari qui
à dęmonio vexatus fuerat vt eſſet cũ
illo: & non admiſit eũ, ſed ait illi, Va-
de in domũ tuam ad tuos, & annun-
tia illis quanta tibi dominus fecerit,
& miſertꝰ ſit tui. Et abijt, & cœpit prę
Mat. 9. c dicare in Decapoli quanta ſibi feciſſet
Luc. 8. f IESVS: & omnes mirabantur. ¶ Et
cum traieciſſet IESVS naui rurſum
trans fretum, conuẽnit turba multa
ad eum, & erat circa mare. Et ecce ve-
nit quidam de archiſynagogis nomi-
ne Iairus: & videns eum, prócidit ad
pedes eius, & deprecabatur eum mul
tum, dicens, Filiola mea in extremis
eſt, Veni, impone manum tuam ſu-
per eam, vt ſalua ſit, & viuet. Et abijt C
cum illo: & ſequebatur eũ turba mul
ta, & comprimebant eum. Et mulier
quę erat in profluuio ſanguinis annis
duodecim, & fuerat multa perpeſſa à
compluribus medicis, & erogauerat
omnia ſua, nec quicq̃ꝫ profecerat, ſed
magis

magis deterius habebat: cumq́ꝫ au-
diſſet de IESV, venit i turba retro,
& tetigit veſtimentum eius. dicebat
enim, Si vel veſtimētum eius tetige-
ro, ſalua ero. Et cōfeſtim ſiccatus eſt
fons ſanguinis ei⁹: & ſenſit corpore
ꝙ ſanata eſſet à plaga. Et ſtatim IE-
SVS in ſemetipſo cognoſcens virtu
tem quæ exierat de ſe, conuerſus ad
turbam aiebat, Quis tetigit veſtimē-
ta mea? Et dicebant ei diſcipuli ſui. Vi
des turbam comprimentem te? & di
cis, Quis me tetigit? Et circunſpicie-
bat videre eam quæ hoc fecerat. Mu
lier vero timens & tremens, ſciens
quod factum eſſet in ſe: venit & pro
cidit ante eum, & dixit ei omnē ve-
D ritatem. Ille autem dixit ei, Filia, fi-
des tua te ſaluam fecit: vade in pace,
& eſto ſana à plaga tua. Adhuc eo lo
A quente, veniunt ab archiſynagogo,
dicētes, filia tua mortua eſt: quid vl-
tra vexas magiſtrum? IESVS autē
audito verbo quod dicebatur, ait ar-
chiſynagogo, Noli timere: tantum-

modo crede. Et non permiſit quen-
quam ſe ſequi, niſi Petrum & Iacô-
bum & Ioannem fratrem Iacôbi. Et
venit in domū archiſynagogi: & vi-
det tumultum, & flētes, & eiulantes
multū. Et īgreſſus ait illis, Quid tur
bamini et ploratis? puella nō eſt mor
tua, ſed dormit. Et irridebāt eū. Ipſe
vero eiectis omnibus, aſſumit patrē
& matrē puellę, & qui ſecū erant, &
ingrediūtur vbi puella erat iacēs. Et
tenēs manum puellę, ait illi, Talitha
cumi, quod eſt īterpretatum, Puella
(tibi dico) ſurge. Et cōfeſtim ſurrexit
puella: & ambulabat. erat autem an-
norum duodecim. Et obſtupuerunt
ſtupore magno. Et præcępit illis ve-
hementer, vt nemo id ſciret: & iuſſit
dari illi manducare.

CAPVT VI.

Matt.13.g luc.4.c ioan.4.f ET egreſſus inde, abijt in pa- A
triam ſuam: & ſequebant
eum diſcipuli ſui. Et facto
ſabbato, cœpit in ſynago-
ga docere: & multi audientes, admi-

rabantur in doctrina eius, dicentes,
Vnde huic hęc omnia? & quę eſt ſapi
entia quæ data eſt illi, & virtutes ta-
les quæ per manus eius efficiuntur?
Nónne hic eſt faber filius MARIÆ,
frater Iacôbi & Ioſe & Iudæ & Si-
mônis? Nónne & ſorores ei⁹ hic no-
biſcum ſunt? Et ſcandalizabantur in
illo. Et dicebat illis IESVS, Non eſt
ꝓpheta ſine honore, niſi ĩ patria ſua,
& in domo ſua, & ĩ cognatione ſua.
Et nõ poterat ibi virtutem vllam fa-
cere, niſi quod paucos infirmos, im-
poſitis manibus, curauit: & miraba-
tur propter incredulitatem eorũ. Et
perãbulabat caſtella in circuitu, do-
cens. Et vocauit duodecim: & cœpit Mat. 10. a
eos mittere binos, & dabat illis pote luc. 9. a
B ſtatẽ in ſpũs ĩmundos. Et p̃cępit eos
ne quid tollerent in via, niſi virgã tã
tum: non peram, nõ panem, neq; in
zona æs, ſed calciarẽtur ſandalijs, &
ne ĩduerent duabus tunicis. Et dice-
bat eis, Quocunq; introieritis in do
mũ, illic manete donec exeatis inde:

& quicunq; non receperint vos, nec
Act.13.g audierint: exeũtes inde, excutite pul
uerem de pedibus veſtris in teſtimo
nium illis. Amen dico vobis, tolera
bilius erit Sodomis aut Gomorris
in die iudicij, quã ciuitati illi. Et exe-
untes prædicabãt vt pœnitentiã age
rent: & dæmonia multa eijciebãt, &
vngebant oleo multos ægros, & ſa-
Mat.14.a nabant. ¶ Et audiuit rex Herodes
luc.9.a (manifeſtum enim factũ eſt nomen
eius) & dicebat, Ioannes Baptiſta re
ſurrexit à mortuis: & propterea vir-
tutes operãtur in illo. Alij autem di
cebant, Elias eſt. Alij vero dicebant,
ꝓpheta eſt, aut quaſi vnus ex prophe
tis. Quo audito, Herodes ait, Quem C
Mar.14.a ego decollaui, Ioannes hic eſt. ipſe à
luc.3.d mortuis reſurrexit. Ipſe enim Hero
des miſit ac tenuit Ioannem, & vin
xit eum in carcere propter Herodia-
dem vxorẽ Philippi fratris ſui, quia
duxerat eam. Dicebat enim Ioannes
Herodi, Non licet tibi habere vxorẽ
fratris tui. Herodias autem inſidia-

batur illi: & volebat occidere eum,
nec poterat. Herodes enim metue-
bat Ioannem, ſciens eum virum iu-
ſtum & ſanctum: & obſeruabat eũ,
& audito eo, multa faciebat: & liben
ter eum audiebat. Et cũ dies oppor-
tunus accidiſſet: cum Herodes nata-
lis ſui cœnam faceret principibus &
tribunis & primis Galilææ: Cumq́;
introiſſet filia ipſius Herodiadis, &
ſaltaſſet, & placuiſſet Herodi, ſimúl-
que recumbentibus: rex ait puellæ,
Pete à me quod vis: & dabo tibi. &
iurauit illi, Quicquid petieris dabo
D tibi, licet dimidium regni mei. Quæ
cũ exiſſet: dixit matri ſuæ, Quid pe-
tam? At illa dixit, Caput Ioannis Ba
ptiſtæ. Cumq́; introiſſet, ſtatim cum
feſtinatione ad regẽ, petiuit, dicens,
Volo vt protinus des mihi in diſco
caput Ioannis Baptiſtæ. Et contriſta
tus rex, propter iuſiurãdum & pro-
pter ſimul diſcũbẽtes, noluit eam
contriſtare. Et cõfeſtim rex miſſo ſpi
culatore præcepit afferri caput eius.

At ille abijt, & decollauit eum in car
cere: & attulit caput eius in diſco: &
dedit illud puellæ, & puella dedit
matri ſuę. Quo audito, diſcipuli eius
venerunt & tulerunt corpus eius: &
Mar.14.b poſuerunt illud in monuméto. ℭ Et
luc.9.b conuenientes apoſtoli ad IESVM,
renunciauerunt ei omnia quę egerāt
& docuerāt. Et ait illis, Venite vos ip
ſi ſeorſum in deſertum locū, & reqe-
ſcite puſillū. Erāt enim qui veniebāt
& redibāt multi: & nec ſpatiū mādu-
candi habebant. Et aſcendentes in na E
uim, abierunt in deſertū locum ſeor
ſum. Et viderūt eos abeūtes turbę, &
cognouerūt eū multi: & pedeſtres de
oībus ciuitatibus cucurrerūt illuc, &
ꝑuenerunt eos, cōuenerūtq́ ad illū.
Mat. 9.d Et exiēs, vidit turbā multā IESVS:
& miſertus eſt ſuper eos, quia erant
ſicut oues nō habētes paſtoré, et cœ
Mal.14.b pit illos docere multa. Et cū iam ho-
luc.9.b ra multa fieret, acceſſerunt diſcipuli
ioan.6.a eius, dicentes, Deſertus eſt locus hic,
& iam hora præterijt: dimitte illos,

vt euntes in ꝓximas villas & vicos, emant ſibi cibos quos mãducent. Et reſpõdens ait illis, Date illis vos mã ducare. Et dixerũt ei. Eũtes emamus ducẽtis denarijs panes: & demus illis manducare. Et dixit eis, Quot panes habetis? ite & videte. Et cum cognouiſſent, dicunt. Quinq;: & duos
F piſces. Et pcępit illis vt accũbere facerẽt oẽs ſecundũ cõtubernia ſuper viride fœnũ. Et diſcubuerũt in partes; per centenos & quinquagenos; Et acceptis qnq; panibus, & duobus piſcibus; intuẽs in cœlũ benedixit & fregit panes, & dedit diſcipulis ſuis vt ponerẽt ante eos: & duos piſces diuiſit oĩbus. Et manducauerũt omnes, & ſaturati ſunt. Et ſuſtulerunt fragmentorũ duodecim cophinos plenos, & de piſcibus. Erant aũt qui mãducauerũt circiter qnq; millia virorũ. Et ſtatim coegit diſcipulos ſuos aſcẽdere nauim, vt pręcederẽt trans Mat. 14. c ioan. 6. b
G fretũ ad Bethſaidã, dum ipſe dimitteret populũ. ℂ Et cum dimiſiſſet eos,

abijt in montem orare. Et cum veſpe
ra eſſet, erat nauis in medio mari, &
ipſe ſolus in terra. Et vidit eos labo-
rantes in remigando: erat enim ven-
tus contrarius eis. & circa quartam
vigiliam noctis venit ad eos ambu-
lans ſupra mare: & volebat præteri-
re eos. At illi vt viderũt eum ambu-
lantem ſupra mare, putauerunt phã
taſma eſſe: & exclamauerũt. Omnes
enim viderunt eum: & conturbati
ſunt. Et ſtatim locutus eſt cum eis: &
dixit eis, Confidite, ego ſum: nolite
timere. Et aſcẽdit ad illos in nauim:
& ceſſauit vẽtus. Et magis ac magis
intra ſe ſtupebant. nõ enim intellexe
rant de panibus: erat enim cor eorũ
Mat. 14.d obcæcatum. ¶ Et cum transfretaſ-
ſent, venerunt in terram Geneſareth
& applicuerũt. Cumq; egreſſi eſſent
de naui, continuo cognouerunt eũ:
& percurrentes vniuerſam regionẽ
illam, cœperunt in grabatis eos qui
ſe male habebant circũferre cum au-
diſſent eum illic eſſe. Et quocunq;

introibat, in vicos vel in villas aut ciuitates, in plateis ponebant ĩfirmos, & deprecabatur eum vt vel fimbriã veſtiméti eius tangerẽt. & quotquot tangebãt eum, ſalui fiebant.

CAPVT VII.

A ET cõueniunt ad eum phariſæi & quidam de ſcribis venientes ab Hieroſolymis. Et cũ vidiſſent quoſdam ex diſcipulis eius cõmunibus manibus, id eſt non lotis, manducare panes: vituperauerunt. Phariſæi enim & omnes Iudæi, niſi crebro lauerint manus, non manducãt tenentes traditiones ſeniorum: & à foro venientes, niſi baptizentur, non cõmedunt: & alia multa ſunt, quæ tradita ſunt illis ſeruare, baptiſmata calicum & vrceorum & æramentorũ & lectorum. Et interrogãt eum phariſęi & ſcribę, Quare diſcipuli tui nõ ambulant iuxta traditionem ſeniorũ, ſed cõmunibus manibus mãducant panem? At ille reſpondẽs, dixit

Mat. 15. a

eis, Bene prophetauit Eſaias de vo- B
Eſa.29.d bis hypocritis, ſicut ſcriptum eſt, Po
pulus hic, labijs me honorat, cor au-
tē eorum, lōge eſt à me. in vanū aūt
mē colūt, docentes doctrinas, præce
pta hominū. Relinquentes enim mā
datum dei, tenetis traditiones homi A
num, baptiſmata vrceorum & calicū
& alia ſimilia his facitis multa. Et di
Exo.20.c cebat illis, Bene irritū facitis præce-
deut.5.b ptū dei, vt traditionē veſtram ſerue-
ephe.6.a tis. Moyſes enim dixit, Honora pa-
Exo.21.e trē tuū & matrem tuam. &, Qui ma
leui.20.b ledixerit patri vel matri, morte mo-
prou.20.c riatur: Vos autem dicitis, Si dixerit
homo patri vel matri, Corbā, quod
eſt, donū, quodcunq́; ex me, tibi pro
fuerit: & vltra non dimittitis eum
quicq̃ facere patri ſuo aut matri, re-
ſcindentes verbū dei per traditionē
veſtrā quam tradidiſtis. Et ſimilia hu C
Mat.15.b iuſmodi multa facitis. ¶ Et aduocās
iterū totā turbā, dicebat illis, Audite
me oēs, & intelligite. Nihil eſt extra
hominē introiens in eū, quod poſſit

eum coinqnare. ſed quæ de homine
procedunt, illa ſunt quæ cõmunicãt
hoiem. Si quis habet aures audiendi
audiat. Et cũ introiſſet in domũ à tur
ba, interrogabãt eũ diſcipuli eius pa/
rabolã. Et ait illis. Ita ne vos quoq;
ſine intelligentia eſtis? Non intelligi
tis quod omne extrinſecus introiens
in hominem, non poteſt eũ cõmuni/
care: quia nõ intrat in cor eius, ſed in
ventrẽ vadit, & in ſeceſſum exit, pur
gans omnes eſcas? Dicebat autẽ quæ
de homine exeunt, illa inquinant ho
minem. Abintus enim de corde ho-
minum malæ cogitationes ꝓcedũt,
adulteria, fornicationes, homicidia,
furta, auaritiæ, nequitiæ, dolus, im/
pudicitiæ, oculus malus, blaſphe/
mia, ſuperbia, ſtultitia. Omnia hæc
mala abintus procedunt: & inqui/
nant hominem. ¶ Et inde ſurgens, Mat. 15. c
abijt in fines Tyri & Sydõnis, & in/
greſſus domum, neminẽ voluit ſci/
re, & non potuit latere. Mulier enim
ſtatim vt audiuit de eo, cuius filia ha

bebat ſpiritum immũdum, intrauit
& procidit ad pedes eius. Erat enim
mulier gentilis, Syrophœniſſa gene
re. Et rogabat eũ vt dæmonium eij-
ceret de filia eius. Qui dixit illi, Sine D
prius ſaturari filios: non eſt enim bo
num ſumere panem filiorum, & mit
tere canibus. Et illa reſpondit, & di-
cit illi, Vtiq; domine: nam & catelli
comedunt ſub menſa de micis pue-
rorum. Et ait illi, Propter hũc ſermo
nem, vade, exijt dæmonium à filia
tua. Et cum abijſſet domum, inuenit
puellam iacentẽ ſupra lectum, & dæ
Mat. 15. à. monium exijſſe. ❡Et iterum exiẽs
de finibus Tyri, venit per Sidônem
ad mare Galilææ inter medios fines
Decapoleos. & adducunt ei ſurdum
& mutum: & deprecãtur eum vt im
ponat illi manum. Et apprehendens
eum de turba ſeorſum: miſit digitos
ſuos in auriculas eius. & expuens, te
tigit linguam eius: & ſuſpiciẽs in cœ
lum, ingemuit: & ait illi, Ephetha,
quod eſt, adaperire. Et ſtatim apertæ

ſunt aures eius: & ſolutum eſt vincu
lum linguæ eius, & loquebatur re-
ĉte. Et præcępit illis ne cui dicerent.
Quanto autem eis præcipiebat, tan-
to magis plus prædicabāt, & eo am-
plius admirabantur, dicentes, Bene Gene.1.d
omnia fecit. & ſurdos facit audire, & eccl.39.c
mutos loqui.

CAPVT. VIII.

A IN diebus illis iterum cum Mat.15.d
turba multa eſſet, nec ha-
berent quod manducarēt
conuocatis diſcipulis, ait
illis, Miſereor ſuper turbam: quia ec
ce iam triduo manent apud me, nec
habent quod manducent. & ſi dimi-
ſero eos ieiunos in domum ſuam,
deficient in via. quidam enim ex eis
de longe venerunt. Et reſponderunt
ei diſcipuli ſui, Vnde iſtos quis pote-
rit hic ſaturare panibus ī ſolitudine?
Et interrogauit eos. Quot panes ha-
betis? Qui dixerunt, Septem. Et præ
cępit turbę diſcumbere ſuper terrā.
Et accipiens ſeptem panes, gratias

agens,fregit:& dabat diſcipulis ſuis
vt apponerét,& appoſuerunt turbę.
Et habebãt piſciculos paucos: & ip/
ſos benedixit,& iuſſit apponi. Et mã
ducauerũt & ſaturati ſunt. & ſuſtule/
runt quod ſuperauerat de fragmẽtis
ſeptem ſportas. Erant autẽ qui man B
ducauerant quaſi quatuor millia: &
Mat.16.a dimiſit eos. ℭEt ſtatim aſcedens na
luc.12.g uim cum diſcipulis ſuis,vênit in par
tes Dalmanutha. Et exierunt phari/
ſęi,& cœperunt conquirere cum eo,
quærentes ab illo ſignum de cœlo, C
tentantes eum. Et ingemiſcens ſpi
ritu ſuo ait. Quid generatio iſta ſi/
gnum quęrit? Amen dico vobis, ſi
dabitur generationi iſti ſignũ. ℭEt
Mât.16.a dimittens eos,aſcendit iterũ nauim:
& abijt trans fretum. Et obliti ſunt
panem ſumere: & niſi vnum panem
nõ habebant ſecum in naui. Et præ/
cipiebat eis, dicens, Videte,cauete à
fermento phariſæorum, & fermen/
to Herodis.Et cogitabant ad alteru
trum dicentes,panes nõ habemus.

Quo cognito, ait illis IESVS, Quid
cogitatis quod panes non habetis?
nondum cognoſcitis nec itelligitis?
adhuc cęcatũ habetis cor veſtrũ? ocu-
los habẽtes non videtis? & aures ha-
bentes nõ auditis? Nec recordamini Ioan. 6. b
quãdo quinq; panes fregi in quinq;
millia, & quot cophinos fragmento-
rum plenos ſuſtuliſtis? Dicũt ei. Duo-
decim. Quando & ſeptem panes in
quatuor millia, quot ſportas frag-
mentorum tuliſtis? Et dicunt ei, Se-
C ptem. Et dicebat eis. Quomodo nõ-
dum intelligitis? Et venit Bethſaidã:
& adducunt ei cæcum, & rogabant
eum, vt illum tangeret. Et appre-
hẽſa manu cæci, eduxit eum extra vi-
cum: & expuens in oculos eius, ĩpo-
ſitis manibus ſuis, interrogauit eum
ſi quid videret. Et aſpiciẽs ait, Video
homines velut arbores, ambulãtes.
Deinde iterum impoſuit manus ſu-
per oculos ei⁹. & cœpit videre, & re-
ſtitutus eſt, ita vt clare videret oẽs.
Et miſit illum in domum ſuam di-

cens, Si in vicum introieris, nemini
dixeris in vico. ℭEt egreſſus eſt IE-
Mát.16.b SVS & diſcipuli eius in caſtella Cæ
luc.9.c ſareæ Philippi: & in via iterrogabát
diſcipulos ſuos, dicens eis, Qué me
dicunt eſſe homines? Qui reſponde-
runt illi, dicentes, Ioannem Bapti-
ſtam, alij Eliam, alij vero vnum de
prophetis. Tũc dicit illis, Vos vero,
quem me eſſe dicitis? Reſpondés Pe
trus ait ei, Tu es CHRISTVS. Et
comminatus eſt eis ne cui diceret de
illo. Et cœpit docere eos quod opor
tet filium hominis pati multa, & re-
probari à ſenioribus & à ſummis ſa-
cerdotib⁹ & ſcribis, & occidi: & poſt
tres dies reſurgere. Et palam verbũ
loquebatur. Et apprehendés eum Pe-
trus, cœpit increpare eum. Qui con-
uerſus & videns diſcipulos ſuos, có
minatus eſt Petro, dicés, Vade retro
Mát.16.d me ſatana, quoniam non ſapis quæ
&.10.d dei ſunt, ſed quæ ſunt hominum.
luc.6.e ℭEt conuocata turba cum diſcipu-
14.f.17.g lis ſuis, dixit eis, Si qs vult me ſequi,
deneget

deneget ſemetipſum: & tollat crucē
ſuam, & ſequatur me. Qui enim vo- Ioā. 12.d
luerit animā ſuam ſaluam facere, per
det eam: qui autem perdiderit animā
ſuam propter me & euangelium, ſal-
uam faciet eam. Quid enim proderit
homini, ſi lucretur mundum totum,
& detrimentū animæ ſuæ faciat? Aut
quid dabit homo cōmutationis pro
anima ſua? Quēcūq;.n. puduerit mei Mat. 10.d
a c meorū ſermonū in generatiōe hac Luc. 9.c
adultera & peccatrice, pudebit illius
& filium hominis, vbi venerit in
gloria patris ſui cū angelis ſanctis.

CAPVT IX

A ET dicebat illis, Amen dico Mat. 16.d
vobis quòd ſunt quidam Luc. 9.c
de hic ſtantibus qui nō gu
ſtabunt mortem, donec vi
deant regnum dei veniens in virtute. Mat. 17.a
Et poſt dies ſex aſſumit IESVS Pe- Luc. 9.d
trum & Iacôbum & Ioānem: & du-
cit illos in mōtem excelſum ſeorſum
ſolos, & tranſfiguratus eſt corā ipſis.
Et veſtimenta eius facta ſunt ſplēden

tia & candida nimis velut nix, qualia
fullo non poteſt ſuper terram candi-
da facere. Et apparuit illis Elias cum
Moyſe: & erāt loquentes cū IESV.
Et reſpōdens Petrus, ait IESV, Rab-
bi, bonum eſt nos hic eſſe: & faciam⁹
tria tabernacula, tibi vnum, & Moyſi
vnum, & Eliȩ vnū. Non enim ſciebat
quid diceret. erāt enim timore exter-
riti. Et facta eſt nubes obūbrans eos:
& venit vox de nube, dicēs, Hic eſt fi- B
lius meus chariſſimus: audite illū. Et
ſtatim circūſpicientes, neminem am-
Mat. 17. b plius viderunt, niſi IESVM tātum
ſecū. ¶ Et deſcendentibus illis de mō
te, prȩcȩpit illis ne cuiquā quod vidiſ-
ſent, narrarent: niſi cum filius homi-
nis à mortuis reſurrexerit. Et verbū
continuerunt apud ſe: conquirentes
quid eſſet, Cum à mortuis reſurrexe
rit. Et interrogabant eum, dicentes,
Quid ergo dicunt phariſæi & ſcribæ
Mala. 4. b ꝙ Eliā oporteat venire primum? Qui
reſpōdens, ait illis, Elias cum venerit
Eſa. 53. b primo, reſtituit omnia: & quomodo

ſcriptum eſt in filiũ hominis, vt mul/
ta patiatur & contemnatur. Sed dico
vobis quòd Elias vênit (& fecerũt illi
quęcunq; voluerunt) ſicut ſcriptũ eſt
de eo. ¶Et veniens ad diſcipulos ſu/ Mala.4.b
os, vidit turbam magnã circa eos, & Mat.17.c
C ſcribas cõquirentes cum illis. Et cõfe/ Luc.19.c
ſtim omnis populus vidẽs IESVM,
ſtupefactus eſt: & accurrentes, ſaluta/
bant eum. Et interrogauit eos, Quid
inter vos conquiritis? Et reſpondens
vnus de turba, dixit, Magiſter, attuli
filium meum ad te habentẽ ſpiritum
mutum: qui vbicunq; eum apprehen
derit, allidit illum, & ſpumat, & ſtri/
det dentibus, & areſcit. & dixi diſcipu
lis tuis vt eijcerent illum: & non po/
tuerunt. Qui reſpondens eis dixit, O
generatio incredula, quandiu apud
vos ero? quãdiu vos patiar? afferte il/
lum ad me. Et attulerũt eum. Et cum
vidiſſet eũ, ſtatim ſpiritus conturba/
uit illũ: & prolapſus in terrã, voluta/
batur ſpumans. Et interrogauit patrẽ
eius, Quantum temporis eſt, ex quo

ei hoc accidit? At ille ait, Ab infantiā,
& frequēter eum in ignē & in aquas
miſit vt eum perderet. ſed ſi quid po D
tes, adiuua nos, miſertus noſtri. IE-
SVS autem ait illi, Si potes credere,
omnia poſſibilia ſunt credenti. Et cō
tinuo exclamans pater pueri, cum la-
chrymis aiebat, Credo domine: adiu
ua incredulitatem meam. Et cum vi-
diſſet IESVS concurrētem turbam,
cōminatus eſt ſpiritui immundo, di-
cens illi. Surde & mute ſpiritus, ego
præcipio tibi, exi ab eo, & amplius ne
introeas in eū. Et exclamans & mul-
tum diſcerpens eum, exijt ab eo: & fa
ctus eſt ſicut mortuus, ita vt multi di
cerent, mortuus eſt. IESVS autem
tenens manum eius, eleuauit eum: &
ſurrexit. Et cum introiſſet in domū,
diſcipuli eius ſecreto interrogabant
eum, Quare nos nō potuimus eijce-
re eū? Et dixit illis, Hoc genus in nul-
lo poteſt exire, niſi in oratione & ieiu
Mat. 17. d nio. ¶ Et inde profecti prætergredie-
Luc. 9. e bantur Galilæam: nec volebat quenq̃

ſcire. Docebat autẽ diſcipulos ſuos: &
dicebat illis, Filius hominis traditur
in manus hominũ, & occident eum:
& occiſus, tertia die reſurget. At illi
ignorabant verbum: & timebant in-
C terrogare eum. ¶ Et venerũt Caphar Mar.18.a
naum. Qui cũ domi eſſet, interroga- Luc.9.f.
bat eos, Quid in via tractabatis? at illi
tacebant. ſiquidẽ in via inter ſe diſpu-
tauerant quis eorũ maior eſſet. Et reſi
dens vocauit duodecim: & ait illis, Si
quis vult primus eſſe, erit omniũ no
uiſſimus, & omnium miniſter. Et acci
piens puerum, ſtatuit eum in medio
eorum. quem cum complexus eſſet,
ait illis, Quiſquis vnum ex huiuſmo
di pueris recęperit in nomine meo:
me recipit. & quicũq; me ſuſcęperit:
non me ſuſcipit, ſed eũ qui miſit me.
Reſpondit illi Ioãnes, dicens, Magi-
ſter, vidimus quẽdam in nomine tuo
eijcientem dæmonia, qui nõ ſequitur
nos: & prohibuimus eũ quia non ſe-
quitur nos. IESVS autẽ ait, Nolite 1.cor.12.a
prohibere eum: nemo eſt enim qui fa

ciat virtutē in nomine meo,& poſſit
cito male loqui de me.qui enim non
Mat.10.d eſt aduerſum nos,pro nobis eſt. Quiſ-
quis enim potū dederit nobis calicē
aquæ in nomine meo quia CHRI-
STI eſtis:amen dico vobis non per-
Mat.18.a det mercedē ſuam.¶Et quiſquis ſcan-
Luc.17.a dalizauerit vnum ex his puſillis cre-
dētibus in me:bonum eſſet ei magis
ſi circūdaret mola aſinaria collo ei⁹,
Mat.18.b & in mare mitteretur. Et ſi ſcandali-
zauerit te manus tua,abſcinde illam. G
bonum eſt tibi debilem introire in vi
tam, magis q̄ duas manus habētem
ire in gehēnam,in ignem inextingui-
bilem,vbi vermis eorum non mori-
Eſa,66.g tur,& ignis non extinguitur.Et ſi pes
tuus te ſcādalizat, amputa illum.bo
num eſt tibi claudum introire in vitā
æternam,magis q̄ duos pedes habē-
tem mitti in gehēnam ignis inextin-
guibilis,vbi vermis eorum non mo-
ritur:& ignis nō extinguitur. Quòd
ſi oculus tuus ſcandalizat te,erue eū.
bonum eſt tibi luſcum introire in re-

gnum dei, magis q̃ duos oculos ha-
bentem, mitti in gehẽnam ignis, vbi
vermis eorum non moritur, & ignis
non extinguitur. Omnis enim igne ſa
lietur: & omnis victima ſale ſalietur.
Bonum eſt ſal. q̃ ſi ſal inſulſum fue- Mat. 5. b
rit: in quo illud condietis? Habete in Luc. 14. g
vobis ſal, & pacẽ habete inter vos.

CAPVT X.

A ET inde exurgens, vênit in Mat. 19. a
fines Iudææ vltra Iorda-
nem: & cõueniunt iterum
turbæ ad eũ. & ſicut cõſue-
uerat, iterum docebat illos. Et accedẽ
tes phariſæi, interrogabant eũ. Si licet
viro vxorẽ dimittere? tentãtes eum.
At ille reſpõdens, dixit eis, Quid vo-
bis præcepit Moyſes? Qui dixerunt,
Moyſes permiſit libellũ repudij ſcri- Deu. 24. a
bere, & dimittere. Quibus reſpõdens,
IESVS, ait, Ad duritiam cordis ve-
ſtri ſcripſit vobis præcæptum iſtud.
ab initio autẽ creaturæ maſculum &
fœminã fecit eos deus. Propter hoc, Geñ. 1. d
relinquet homo patrem ſuum, & ma- Geñ. 2. d

1.cor.6.d trem, & adhęrebit vxori ſuę. & erunt
Ephe.5.g duo in carnem vnam. Itaq; iam non
ſunt duo, ſed vna caro. Quod ergo de
us cōiunxit, homo non ſeparet. Et in B
domo iterũ diſcipuli eius de eodem
1.cor.7.b interrogauerũt eum. Et ait illis, Qui-
cunq; dimiſerit vxorẽ ſuam, & aliam
duxerit: adulterium committit ſuper
eam. Et ſi vxor dimiſerit virũ ſuum,
Mat.19.b & alij nupſerit: mœchatur. ¶ Et offe
Luc.18.b rebant illi paruulos, vt tãgeret illos.
Diſcipuli autem cõminabantur offe-
rentibus. Quos cũ videret IESVS:
indigne tulit, & ait illis, Sinite paruu
los venire ad me: ne ꝓhibueritis eos.
talium enim eſt regnum dei. Amẽ di
co vobis: quiſquis non recęperit re-
gnum dei velut paruulus, non intra-
bit in illud. Et complexans eos, & im
ponens manus ſuper illos, benedice-
bat eos. ¶ Et cũ egreſſus eſſet in viã,
Mat.19.b accurrẽs quidam genu flexo ante eũ,
Luc.18.d rogabat eum dicens, Magiſter bone,
quid faciam vt vitam æternam perci
piam? IESVS autẽ dixit ei, Quid me C

dicis bonū? Nemo bonus, niſi vnus,
deus. Præcępta noſti. Ne adulteres, Exo.20.c
Ne occidas, Ne fureris, Ne falſum te-
ſtimonium dixeris, Ne fraudem fece-
ris, Honora patrē tuum & matrē. At
ille reſpondens, ait illi, Magiſter, hæc
omnia obſeruaui à iuuētute mea. I E-
S V S autē intuitus eum: dilexit eum,
& dixit ei, Vnū tibi deeſt. vade, quæ-
cunq; habes vende, & da pauperibus,
& habebis theſaurū in cœlo: & veni
ſequere me ſublata cruce. Qui contri-
ſtatus in verbo: abijt mœrēs. erat enī
habens multas poſſeſſiones. Et circū-
ſpiciens I E S V S, ait diſcipulis ſuis,
Quàm difficile qui pecunias habent,
in regnum dei introibūt. Diſcipuli au-
tem obſtupeſcebāt in verbis eius. At
I E S V S rurſus reſpondens, ait illis,
Filij, quàm difficile eſt confidentes in
pecunijs, in regnum dei introire. Fa-
cilius eſt camelum per foramen acus
tranſire, quàm diuitem intrare in re-
D gnum dei. Qui magis admirabantur:
dicentes ad ſemetipſos, Et quis poteſt

ſaluus fieri? Et intuẽs illos IESVS,
ait, Apud homines ĩpoſſibile eſt: ſed
non apud deum. omnia enim poſſibi
lia ſunt apud deum. Et poſt hæc, cœ-
Mat.19.d pit ei Petrus dicere, Ecce, nos dimiſi-
mus omnia, & ſecuti ſumus te. Reſpõ
dens IESVS, ait, Amen dico vobis:
nemo eſt qui reliquerit domum, aut
fratres, aut ſorores, aut patrẽ, aut ma-
trem, aut filios, aut agros propter me
& propter euangelium: qui non acci
piat centies tantum nunc in tempore
hoc, domos, & fratres, & ſorores, &
matres, & filios, & agros cum perſe-
cutionibus, & in ſeculo futuro vitam
Mat.19.d æternam. Multi autẽ primi, erunt no
uiſſimi, & nouiſſimi primi. ¶ Erãt au E
Mat.20.b tem in via aſcẽdentes Hieroſolymã:
Luc.18.e & præcedebat illos IESVS. & ſtupe
bant: & ſequentes timebant. Et aſſu-
mens iterũ duodecim, cœpit illis di-
cere quæ eſſent ei ventura. Ecce aſcen
dimus Hieroſolymã, & filius homi-
nis tradetur principibus ſacerdotum,
& ſcribis & ſenioribus, & damnabũt

eum morte, & tradent eum gẽtibus,
& illudent ei, & cõſpuent eum, & fla
gellabunt eum,& interficient eum,&
tertia die reſurget. Et accedũt ad eum Mat. 20.c
Iacôbus & Ioãnes filij Zebedæi, di
centes, Magiſter, volumus vt quod-
cunq; petierimus facias nobis. At ille
dixit eis, Quid vultis vt faciã vobis?
Et dixerunt, Da nobis vt vnus ad de-
xteram tuam & alius ad ſiniſtrã tuam
ſedeamus in gloria tua. IESVS autẽ
ait eis, Neſcitis quid petatis. poteſtis
bibere calicem quem ego bibo: & ba-
ptiſmo quo ego baptizor, baptizari?
F At illi dixerũt ei, Poſſumus. IESVS
autem ait eis, Calicem quidem quẽ
ego bibo bibetis, & baptiſmo quo
ego baptizor, baptizabimini: ſedere
autem ad dexterã meam vel ad ſini-
ſtram, non eſt meum dare, ſed quibus
paratum eſt. Et audientes decẽ, indi-
gnati ſunt de Iacôbo & Ioanne. IE-
SVS autẽ vocans eos, ait illis, Scitis Luc. 22.c
ꝙ hi qui vident̃ principari gentibus,
dominantur eis: & principes earum

poteſtatem habent in illas. Non ſic au
tem erit in vobis: ſed quicunq; volue
rit fieri maior inter vos, erit veſter mi
niſter: & quicunq; voluerit in vobis
primus eſſe, erit omniū ſeruus. Nam G
& filius hominis non venit vt mini-
ſtraretur ei, ſed vt miniſtraret, & da-
ret animam ſuam redemptionē pro
Mat. 20.d multis. ¶ Et veniunt Iericho, & pro-
Luc. 18.f g ficiſcente eo de Iericho, & diſcipulis
eius & plurima multitudine, filius Ti
mæi Bartimæus cæcus, ſedebat iuxta
viam mẽdicans. Qui cum audiſſet ꝙ
IESVS Nazarenus eſſet: cœpit cla-
mare & dicere, IESVS fili Dauid, mi I
ſerere mei. Et cōminabantur ei multi,
vt taceret. At ille multo magis clama
bat, Fili Dauid, miſerere mei. Et ſtans
IESVS, præcępit illū vocari. Et vo-
cant cæcum dicẽtes ei, Animæquior
eſto, ſurge, vocat te. Qui proiecto ve-
ſtimento ſuo, exiliens, venit ad eū. Et
reſpondens IESVS, dixit illi, Quid
tibi vis faciam? Cęcus autem dixit ei,
Rabboni vt videam. IESVS ait illi,

Vade, fides tua te ſaluũ fecit. Et confe
ſtim vidit, & ſequebatur eum in via.

CAPVT XI.

A E T cũ appropinquarent Hie Mat. 21.a
roſolymæ ad Betphage & Luc. 19.e
Bethaniam, ad monté oli-
uarũ, mittit duos ex diſci-
pulis ſuis, & ait illis, Ite in caſtellum
quod cõtra vos eſt. & ſtatim introeũ
tes illuc, inuenietis pullum ligatũ, ſu
per qué nemo adhuc hominũ ſedit:
ſoluite illũ, & adducite. Et ſi quis vo-
bis dixerit, Quid facitis? dicite ꝙ do-
mino neceſſarius eſt: & continuo illũ
dimittet huc. Et abeuntes, inuenerunt
pullum ligatum ante ianuam foris in
biuio: & ſoluũt eum. Et quidá de illic
ſtantibus, dicebant illis, Quid facitis
ſoluentes pullũ? Qui dixerunt eis ſi-
cut præceperat illis IESVS: & dimi- Ioan. 12.b
ſerunt eos. Et duxerũt pullum ad IE
SVM: & imponũt illi veſtiméta ſua,
B & ſedit ſuper eum. Multi auté veſti-
menta ſua ſtrauerũt in via. alij autem
frondes cædebát de arboribus: & ſter

nebant in via. Et qui præibant & qui
ſequebantur clamabant dicentes, Ho
ſanna, benedictus qui venit in nomi/
ne domini. Benedictũ quod venit re/
gnũ in nomine domini, patris noſtri
Mat. 21.b Dauid. hoſanna in excelſis. ¶ Et intro
Luc. 19.g iuit Hieroſolymã in templum: & cir
cunſpectis omnibus cũ iam veſperæ
eſſet hora, exijt in Bethaniã cum duo
Mat. 21.b decim. ¶ Et poſtero die cum exirẽt à
Bethania, eſuriit. Cumq; vidiſſet à lõ
ge ficum habentẽ folia, vênit, ſi quid
inueniret in ea. Et cum veniſſet ad eã:
nihil inuênit præter folia. non enim
erat tẽpus ficorum. Et reſpondens, di
xit ei, Iam non amplius in æternũ ex
te fructum quiſq̃; manducet. Et audie
bant diſcipuli eius. Et veniunt Hiero
ſolymã. Et cum introiſſet in tẽplum,
cœpit eijcere vẽdentes & ementes in
tẽplo, & menſas numulariorũ & ca/
thedras vendentium colũbas euertit.
& nõ ſinebat vt quiſq̃; tranſferret vas
per templum: & docebat, dicens eis,
Nónne ſcriptum eſt, Domus mea, do C

mus orationis vocabiť omnibus gē-
tibus? Vos autē feciſtis eam ſpeluncā Hier.7.b
latronū. Quo audito, principes ſacer
dotū & ſcribę quęrebāt quomodo eū
perderent, timebant enim eū: quoniā
vniuerſa turba admirabatur ſuper do
ctrina eius. Et cū veſpera facta eſſet,
egrediebať de ciuitate. ¶ Et cū mane Mat.21.c
trāſirent viderunt ficū aridam factam
à radicibus. Et recordatus Petrus di-
xit ei, Rabbi, ecce ficus cui maledixi-
ſti, aruit. Et reſpondens IESVS, ait il
lis, Habete fidē dei. amen dico vobis
ꝙ quicūq; dixerit huic mōti, Tollere
& mittere in mare, & nō hæſitauerit
in corde ſuo, ſed crediderit ꝙ quod-
cunque dixerit, fiat: fiet ei. Propterea Mat.7.a
dico vobis, omnia quęcunq; orantes &.22.c
petitis, credite quòd accipietis, & eue Luc.11.b
niēt vobis. Et cū ſtabitis ad orādum, Mat.6.b
dimittite ſi quid habetis aduerſus ali- Eccl.28.a
quē: vt & pater veſter qui in cœlis eſt
D dimittat vobis peccata veſtra. Quòd
ſi vos nō dimiſeritis: nec pater veſter
qui in cœlis eſt, dimittet vobis pecca-

Mat. 21. c ta veſtra. ¶ Et veniunt rurſus Hiero
Luc. 20, a ſolymam. Et cum ambularet in tem-
plo, accedũt ad eum ſummi ſacerdo-
tes & ſcribæ & ſeniores, & dicunt ei,
In qua poteſtate hæc facis? & quis de
dit tibi hãc poteſtatem vt iſta facias?
IESVS autem reſpondens, ait illis,
Interrogabo vos & ego vnum ver-
bum, & reſpondete mihi: & dicã vo-
bis in qua poteſtate hæc faciam. Ba-
ptiſmus Ioannis, de cœlo erat an ex
hominibus? Reſpondete mihi. At illi
cogitabant ſecum, dicentes, Si dixeri-
mus de cœlo, dicet nobis, Quare er-
go nõ credidiſtis ei? Si dixerimus ex
hominibus, timemus populum. om
nes enim habebant Ioannem ꝙ verè
propheta eſſet. Et reſpõdentes, dicũt
IESV, Neſcimus. Et reſpondens IE
SVS, ait illis, Neq; ego dico vobis,
in qua poteſtate hæc faciam.

CAPVT XII.

ET cœpit illis ĩ parabolis lo A
qui. Vineam paſtinauit ho-
mo, & circũdedit ſepem, &
fodit

fodit lacum, & ædificauit turrim, & Hiere. 2. d
locauit eam agricolis: & peregre pro-
fectus eſt. Et miſit ad agricolas in tém-
pore ſeruum: vt ab agricolis accipe-
ret de fructu vineę. Qui apprehen-
ſum eum cæciderunt: & dimiſerunt
vacuum. Et iterũ miſit ad illos aliũ
ſeruum: & illum lapidibus in capite
vulnerauerunt, & contumelijs affe-
cerunt. Et rurſum alium miſit, & illũ
occiderunt: & plures alios quoſdam
cædentes, alios vero occidentes. Ad-
huc ergo vnum habens filium charíſ-
ſimum: & illum miſit ad eos nouiſſi-
mum, dicens. Reuerebuntur filium
meum. Coloni autem dixerunt adin-
uicem, Hic eſt hæres. venite occida-
mus eum: & noſtra erit hęreditas. Et
apprehendentes eum, occiderunt: &
eiecerunt extra vineam. Quid ergo
faciet dominus vineæ? Veniet, & per-
det colonos: & dabit vineam alijs.
Nec ſcripturam hanc legiſtis, Lapis Pſa. 117. d
quem reprobauerunt ædificãtes: hic eſa. 28. d
factus eſt in caput anguli. A domino act. 4. b

rom.9.g factũ eſt iſtud:& eſt mirabile in ocu/
1.pet.2.a lis noſtris?Et quærebāt eum tenere,
& timuerunt turbam . cognouerunt
Mat. 22. b enim quòd in eos parabolam hanc
luc.20.d dixerat. ❡Et relicto eo abierunt. Et
mittunt ad eum quoſdā ex phariſęis,
& herodianis: vt eũ caperent in ver/
bo. Qui venientes, dicunt ei, Magi/ B
ſter, ſcimus quòd verax es, & non cu
ras quenq̃;. nec enim vides in faciem
hominum: ſed in veritate viam dei
doces, Licet dare tributũ Cæſari: an
non? Dabimus an nō dabimus? Qui
ſciens verſutiā illorũ, ait illis, Quid
me tentatis? Afferte mihi denarium
vt videam. At illi obtulerũt ei. Et ait
illis, Cuius eſt imago hæc, & inſcri/
ptio? Dicunt ei, Cęſaris. Reſpondens
Rom.13.c autē IESVS, dixit illis, Reddite igi/
tur quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quę
ſunt dei, deo. Et mirabātur ſuper eo.
Matt.22.c ❡Et veniunt ad eum ſadducęi qui
luc.20.d dicunt reſurrectionē nō eſſe: & inter
rogabant eũ dicētes, Magiſter, Moy
Deut.25.b ſes nobis ſcripſit, vt ſi cuius frater

mortuus fuerit & dimiſerit vxoré,
& filios non reliquerit, accipiat fra-
ter eius vxoré ipſius, & reſuſcitet ſe-
men fratri ſuo. Septem ergo fratres
erát: et primus accępit vxoré, et mor-
tu9 eſt nõ relicto ſemine. Et ſecũdus
accępit eã, & mortuus eſt: & nec iſte
reliquit ſemen. Et tertius ſimiliter. Et
accęperunt eam ſimiliter ſeptem: &
non reliquerũt ſemé. Nouiſſima om-
niũ, defuncta eſt & mulier. In reſur-
rectione ergo cum reſurrexerint, cu-
ius de his erit vxor? ſeptem enim ha-
buerunt eam vxorem. Et reſpondés
IESVS, ait illis, Nónne ideo erratis
non ſcientes ſcripturas neq; virtuté
dei? Cum enim à mortuis reſurrexe
rint: neq; nubũt neq; nuptui dant,
C ſed ſunt ſicut angeli dei in cœlis. De
mortuis aũt ꝙ reſurgãt, non legiſtis
in libro Moyſi, ſuper rubum quõ di
xerit illi deus, inquiés, Ego ſum de-
us Abraham, & deus Iſaac, & deus
Iacob? Nõ eſt deus mortuorũ, ſed vi
uorũ. Vos ergo multũ erratis. ¶ Et

Mat.22.d accessit vnus de ſcribis qui audierat
luc.10.c illos conquirentes, & videns quod
bene illis reſponderit, interrogauit
eum quod eſſet primum omniũ mã
datum. IESVS autem reſpondit ei A
primum omnium mãdatum eſt, Au
Deut.6.a di Iſrael, Dominus deus tuus, deus
vnus eſt. Et diliges dominum deum
tuũ ex toto corde tuo, & ex tota ani
ma tua, & ex tota mẽte tua, & ex to
ta virtute tua. Hoc eſt primum man
datum. Secundum autem ſimile eſt
Leui.19.d illi, Diliges proximum tuum tan
mat.22.d quam teipſum. Maius his aliud mã
rom.13.c datum non eſt. Et ait illi ſcriba,
galat.5.c Bene magiſter, in veritate dixiſti,
iacob.2.b quod vnus eſt deus, & non eſt alius
præter eum. Et vt diligatur ex to
to corde, & ex toto intellectu, & ex
tota anima, & ex tota fortitudine. &
diligere proximum tanq̃ ſeipſum:
maius eſt omnibus holocauſtomati
bus & ſacrificiis. IESVS autem vi
dens quòd ſapienter reſpondiſſet, di
xit illi, Non es longe à regno dei. Et

nemo iam audebat eum interroga-
re. ¶ Et reſpondés IESVS dicebat, Mat. 22.d
D docens in templo, Quomodo dicũt luc. 20.g
ſcribæ CHRISTVM filiũ eſſe Da-
uid? Ipſe enim Dauid dicit in ſpiritu Pſa. 109.a
ſancto, Dixit Domin⁹ domino meo,
ſede à dextris meis, Donec ponã ini-
micos tuos, ſcabellum pedũm tuo-
rũ? Ipſe ergo Dauid dicit eum domi
num: & vnde eſt filius eius? Et multa
turba eum libenter audiuit. ¶ Et di- Mat. 23.a
cebat eis ĩ doctrina ſua, Cauete à ſcri luc. 11.f
bis, qui volunt in ſtolis ambulare, & & 20.g
ſalutari in foro, & in primis cathe-
dris ſedere ĩ ſynagogis, & primos di
ſcubitus in cœnis. qui deuorant do-
mos viduarum ſub obtentu prolixę
orationis: hi accipient prolixius iudi
cium. ¶ Et ſedẽs IESVS contra ga Luc. 21.a
zophylaciũ, aſpiciebat quomodo tur
ba iactaret æs in gazophylacium, &
multi diuites iactabãt multa. Cũ ve
niſſet autẽ vidua vna pauper: miſit
duo minuta, quod eſt quadrãs. Et ad
uocãs diſcipulos ſuos, ait illis, Amẽ

dico vobis, quod vidua hęc pauper,
plus omnibus miſit: qui miſerũt in
gazophylaciũ. Omnes enim ex eo
quod abũdabat illis, miſerãt: hæc ve
ro de penuria ſua, õmnia quę habuit
miſit, totum victum ſuum.

CAPVT XIII.

Mat. 24. a
Luc. 21. b
ET cum egrederetur de tẽ- A
plo: ait illi vnus ex diſci-
pulis ſuis: Magiſter, aſpi-
ce quales lapides, & qua-
les ſtructuræ. Et reſpondẽs IESVS
ait illi, Vides has magnas ædificatio
Luce. 19. g
nes? Nõ relinquetur lapis ſuper lapi
dẽ qui nõ deſtruatur. Et cum ſederet
in monte oliuarũ contra tẽplum, in
terrogabãt eum ſeparatim Petrus &
Iacobus & Ioãnes & Andreas; Dic
nobis: quando iſta fient? & quod ſi-
gnũ erit quando hæc omnia incipiẽt
cõſummari? Et reſpondẽs IESVS,
cœpit dicere illis, Videte ne qs vos
ſeducat, multi enim venient in noie
meo dicentes Ego ſum: & multos ſe
ducẽt. Cũ audieritis aũt bella & opi-

niones bellorũ:ne timueritis. opor-
tet enim hæc fieri:ſed nondum finis.
B Exurget enim gens contra gentem,
& regnum contra regnum: & erunt
terræmotus per loca,& fames & tur
bationes. Initia dolorũ,hęc. Videte
autẽ voſmetipſos. Tradẽt enim vos
in cõcilijs,& in ſynagogis vapulabi
tis,& ante præſides & reges ſtabitis
propter me in teſtimoniũ illis. Et in
omnes gẽtes primũ oportet prędica
ri euangeliũ. Et cũ duxerint vos tra
dẽtes:nolite præcogitare qd loquami-
mini:ſed quod datũ vobis fuerit in Mat.10.b
illa hora,id loquamini.non enĩ vos
eſtis loquẽtes:ſed ſpũs ſanctus. Tra-
det aũt frater fratrẽ in mortẽ, & pa-
ter filiũ:& cõſurgent filij in parẽtes,
& morte afficient eos. Et eritis odio
omnibus,ꝑpter nomẽ meũ. Qui au
tẽ ſuſtinuerit in finẽ: hic ſaluus erit.
¶ Cum aũt videritis abominationẽ Mat.24.b
deſolationis quę dicta eſt a Daniele luc.21.d
propheta ſtantem vbi nõ debet (qui danie.9.g
legit,intelligat) tunc qui in Iudæa

ſunt, fugiant in montes: & qui ſuper
tectum, ne deſcēdat in domum, nec
ītroeat vt tollat quid de domo ſua.
& qui in agro erit, non reuertatur re
tro tollere veſtimētum ſuum. Væ au
tem prægnantibus & nutriētibus in
illis diebus. Orate vero vt fuga ve- C
ſtra hyeme non fiat. Erūt enim dies
illi tribulatio talis, qualis nō fuit ab
initio creaturæ quam condidit deus
vſq; nunc, neq; fiet. Et niſi breuiaſſet
dominus dies: non fuiſſet ſalua om-
nis caro. ſed ꝑpter electos quos ele-
Mat. 24. b git: breuiauit dies. ¶ Et tunc ſi quis
luc. 21. b c vobis dixerit, Ecce hæc eſt CHRI-
STVS, ecce illic, ne credideritis. Ex-
urgēt enim pſeudochriſti & pſeudo-
prophetæ: & dabunt ſigna & porten
ta ad ſeducēdos, ſi fieri poteſt, etiam
electos. Vos ergo videte. ecce prædi
Eze. 32. b xi vobis omnia. Sed in illis diebus
eſa. 13. b poſt tribulationem illam ſol conte-
ioel. 3. c nebrabitur, & luna non dabit ſplen-
dorem ſuum, & ſtellę cœli erunt de-
cidētes, & virtutes quę in cœlis ſunt

mouebuntur. Et tunc videbunt filiũ hominis veniẽtem in nubibus cum virtute multa & gloria. Et tunc mittet angelos ſuos, & congregabit electos ſuos à quatuor vẽtis, à ſummo terræ vſq; ad ſummum cœli. A ficu autem diſcite parabolam. Cum iam ramus eius tener fuerit, & nata fuerint folia: cognoſcitis quod in proximo ſit æſtas. ſic & vos cum videritis hæc fieri: ſcitote ꝙ in proximo ſit in

D oſtijs. Amen dico vobis, quod non trãſibit generatio hæc, donec omnia iſta fiant. Cœlum & terra trãſibunt: verba autem mea non trãſibunt. De die autem illo vel hora, nemo ſcit neque angeli in cœlo, neq; filius, niſi pater. Videte, vigilate, & orate: neſcitis enim quãdo tempus ſit. ¶ Sicut homo qui peregre ꝓfectus reliquit domum ſuã: & dedit ſeruis ſuis poteſtatem & vnicuiq; opus ſuũ, & ianitori præcepit vt vigilet. Vigilate ergo. neſcitis enim quando dominus domus veniat; ſero, an media nocte, Mát. 24. d

an galli cantu, an mane. ne cum venerit repente, inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico, Vigilate.

CAPVT XIIII.

Mat.26.a Lu c.22.a ERat autē paſcha & azyma poſt biduum: & quærebāt ſūmi ſacerdotes & ſcribæ quomodo eum dolo tenerēt & occiderent. Dicebant aūt, Non in die feſto: ne tumult⁹ fiat i populo. A

Mat.26.a ioan.12.a Et cum eſſet Bethaniæ in domo Simōnis Leproſi, & recumberēt, vēnit mulier habens alabaſtrum vnguenti nardi piſticę pretioſæ & fracto alabaſtro, effūdit ſup caput eius. Erant autem quidam indigne ferentes intra ſemetipſos, & dicentes, Vt quid perditio iſta vnguenti facta eſt? Poterat enim vnguentum iſtud vænundari plus q̃ trecentis denarijs, & dari pauperibus. Et fremebant in eam. IESVS autem dixit, Sinite eam. quid illi moleſti eſtis? Bonum opus operata eſt in me. ſemper enim

pauperes habetis vobiſcum, & cum
voluieritis poteſtis illis benefacere,
me autē non ſemper habetis. Quod
habuit, hæc fecit: præuenit vngerē
corpus meum in ſepulturā. Amē di-
co vobis, vbicunq; prædicatum fue-
rit euangeliū iſtud in vniuerſo mun
do, & quod fecit hæc, narrabitur in
B memoriā eius. ¶ Et Iudas Iſcario- Mat. 26.b
tes vnus de duodecim abijt ad ſum- luc. 22.a
mos ſacerdotes, vt proderet eum il-
lis. Qui audiētes gauiſi ſunt: & pro-
miſerunt ei pecuniam ſe daturos. Et
quærebat quomodo illū opportune
traderet. ¶ Et primo die azymorū, Matt. 26.b
quando paſcha imolabant, dicunt ei luc. 22.2
diſcipuli, Quò vis eamus & parem⁹
tibi vt manduces paſcha? Et mittit
duos ex diſcipulis ſuis: & dicit eis,
Ite in ciuitatē: & occurret vobis ho-
mo lagenā aquæ baiulās, ſequimini
eū: & quocunq; introierit, dicite do-
mino domus, magiſter dicit, Vbi
eſt diuerſorium, vbi paſcha cum di-
ſcipulis meis manducem? Et ipſe vo

bis demonſtrabit cœnaculum grãde
ſtratum:& illic parate nobis. Et abie
runt diſcipuli eius,& venerunt in ci/
uitatem:& inuenerunt ſicut dixerat
Mát.26.b illis,& parauerunt paſcha. ¶ Veſpe/
luc.22.b re autẽ facto, venit cum duodecim.
ioan.13.c Et diſcumbentibus eis & manducan
tibus,ait IESVS,Amen dico vobis,
quod vnus ex vobis tradet me qui
manducat mecum.At illi cœperunt
cõtriſtari,& dicere ei ſingulatim.Nũ
quid ego? Qui ait illis, Vnus ex duo
decim,qui itingit mecum in catino.
Pſal.40.c & filius quidem hominis vadit,ſicut
ſcriptum eſt de eo: væ autem homi/
ni illi per quem filius hominis tradi
tur.bonum erat ei:ſi non eſſet natus
homo ille.Et manducãtibus illis,ac/
1.cor.11.e cępit IESVS panem:& benedicens
fregit,& dedit eis,& ait illis, Sumite
comedite,hoc eſt corpus meum. Et
accępto calice, gratias agens dedit
eis:& biberunt ex illo omnes. Et ait
illis.Hic eſt ſanguis meus noui teſta
mẽti,qui ꝑ multis effunditur. Amẽ

dico vobis quod iam non bibam de
genimine vitis, vſq; in diem illum
cum illud bibam nouũ in regno dei.
Et hymno dicto, exierunt in montẽ Mat. 26.c
oliuarum. Et ait eis IESVS, Omnes luc. 22.d
ſcãdalizabimini in me in nocte iſta: ioan. 18.a
quia ſcriptum eſt, Percutiam paſto- Zac. 13.c
rem: & diſpergentur oues. Sed poſt-
quam reſurrexero, præcedam vos in
Galilæam. Petrus autem ait illi, Et ſi
omnes ſcandalizati fuerint: ſed non
ego. Et ait illi IESVS, Amen dico ti-
bi, quod tu hodie in nocte hac, priuſ-
quam gallus vocem bis dederit, ter
me es negaturus. At ille amplius lo-
D quebatur, Imo ſi oportuerit me cõ-
mori tibi, non te negabo. Similiter
autem & omnes dicebant. Et veniũt Mat. 26.d
in prædium cui nomẽ Gethſemani. luc. 22.d
Et ait diſcipulis ſuis, Sedete hic, do-
nec orem. Et aſſumit Petrum & Ia-
cobum & Ioãnem ſecum: & cœpit
pauere & tædere. Et ait illis, Triſtis
eſt anima mea vſq; ad mortem. ſuſti-
nete hic, & vigilate. Et cum proceſ-

ſiſſet paululũ, pcidit ſuper terram:
& orabat, vt ſi fieri poſſet tráſiret ab
eo hora, & dixit, Abba pater, oía ti-
bi poſſibilia ſunt; tráſfer calicẽ hunc
à me. ſed nõ quod ego volo, ſed qđ
tu. Et venit: & inuenit eos dormien
tes. Et ait Petro. Simon, dormis? nõ
potuiſti vna hora vigilare? Vigilate,
& orate, vt non intretis in tẽtationẽ.
ſpũs quidẽ prõptus eſt: caro vero, in
firma. Et iterũ abiẽs orauit, eundem
ſermonẽ dicens. Et reuerſus, denuo
inuenit eos dormientes (erãt enim
oculi eorum grauati) & ignorabant
quid reſpõderent ei. Et venit tertio, E
& ait illis, Dormite iam, & requieſci
te. Sufficit, venit hora, ecce filius ho-
minis traditur in manus peccatorũ.
Surgite, eamus: ecce qui me tradit,
Mat. 26. c prope eſt. ¶ Et cõtinuo adhuc eo lo-
luc. 22. e quẽte, venit Iudas Iſcariotes vnus
ioan. 18. a de duodecim, & cum eo turba mul-
ta cum gladijs & lignis, à ſummis ſa-
cerdotibus & ſcribis & ſenioribus.
Dederat aũt traditor eius ſignũ eis,

dicens, Quemcunqꝫ oſculatus fuero
ipſe eſt: tenete eum, & ducite caute.
Et cũ veniſſet: ſtatim accedẽs ad eũ,
ait, Rabbi. & oſculatus eſt eum. At il-
li, manus iniecerunt in IESVM: &
tenuerũt eum. Vnus autẽ quidam de
ſtantibus, educens gladium, percuſ-
ſit ſeruum ſummi ſacerdotis: & am-
putauit illi auriculam. Et reſpondẽs
IESVS, ait illis, Tanquam ad latro
nem exiſtis cum gladijs & lignis cõ
prehẽdere me? Quotidie eram apud
vos in templo docens: & non me te
nuiſtis, Sed vt impleantur ſcripturę.
Tunc diſcipuli eius relinquentes eũ, Thrẽ.4.d
omnes fugerunt. Adoleſcens autem
quidam ſequebatur eum amictus ſin
done ſuper nudo: & tenuerunt eum.
At ille reiecta ſindone, nudus profu-
F git ab eis. ¶Et adduxerunt IE- Mar. 26.f
SVM ad ſummũ ſacerdotem: & con luc. 22.f
ueniunt ad eum omnes ſacerdotes ioan. 18. e
& ſcribę & ſeniores. Petrus autem à
longe ſecutus eſt eum vſqꝫ intro in
atriũ ſũmi ſacerdotis: & ſedebat cũ

miniſtris ad ignem, & calefaciebat
ſe. Summi vero ſacerdotes & omne
concilium, quærebant aduerſum IE
SVM teſtimonium, vt eum morti
traderent: nec inueniebát. Multi ení
teſtimonium falſum dicebant aduer
ſus eum: & conuenientia teſtimonia
non erant. Et quidam ſurgentes, fal-
ſum teſtimonium ferebant aduerſus
Ioan. 2. d eum dicentes, Nos audiuimus eum
dicentem, Ego diſſoluam templum
hoc manufactũ, & per triduũ aliud
non manufactum ędificabo. Et ne ſic
quidem erat conueniens teſtimoniũ
illorum. Et exurgens ſummus ſacer
dos in medium: interrogauit IE-
SVM, dicens, Non reſpondes quic-
quam ad ea quæ tibi obijciuntur ab
his? Ille autem tacebat: & nihil re-
ſpondit. Rurſum ſummus ſacerdos
interrogabat eum: & dixit ei. Tu es
CHRISTVS filius dei benedicti?
IESVS autem dixit illi, Ego ſum:
& videbitis filium hominis ſedentē
à dextris virtutis, & veniētem cum
nubibus

G nubibus cœli. Summus autem ſacer/
dos, ſcindens veſtiméta ſua, ait, Quid
adhuc deſideramus teſtes? Audiſtis
blaſphemiã. quid vobis videtur? Qui
A omnes cõdemnauerunt eum eſſe reũ
mortis. Et cœperunt quidã conſpue/
re eum, & velare faciem eius, & cola/
phis eum cædere & dicere ei, Prophe
tizã. & miniſtri alapis eum cędebant.
Et cũ eſſet Petrus in atrio deorſum, Mat. 26. g
venit vna ex ancillis ſummi ſacerdo/ Luc. 22. f
tis. & cũm vidiſſet Petrum calefacien Ioan. 18. c
tem ſe, aſpiciens illum, ait, Et tu cum
IESV Nazareno eras. At ille nega/
uit, dicens, Neq; ſcio, neq; noui quid
dicas. Et exiit foras ante atriũ: & gal/
lus cantauit. Rurſus autem cum vidiſ
ſet illum ancilla, cœpit dicere circun- Mat. 26. g
ſtantibus, Hic ex illis eſt. At ille iterũ Lu. 22. f g
negauit. Et poſt puſillum, rurſus qui Ioan. 18. e
aſtabant, dicebant Petro, Vere ex illis
es: nam & Galilęus es. Ille autem cœ
pit anathematizare & iurare, Neſcio
hominem iſtum quẽ dicitis. Et ſtatim
gallus iterum cantauit. Et recordatus

eſt Petrus verbi quod dixerat ei IE-
SVS, Prius quàm gallus cantet bis,
ter me negabis. Et cœpit flere.

CAPVT XV.

Mat. 27. a Luc. 22. g Ioan. 18. e

A ET confeſtim, mane conſiliũ
facientes ſummi ſacerdotes
cum ſenioribus & ſcribis,
& vniuerſo cõſilio, vincien
tes IESVM, duxerũt & tradiderũt
Pilato. Et interrogauit eum Pilatus,
Tu es rex Iudæorum? At ille reſpon

Matt. 27. b Luc. 23. a Ioan. 18. f

dens, ait illi, Tu dicis. Et accuſabant
eum ſummi ſacerdotes in multis. Pi-
latus autẽ rurſum interrogauit eum,
dicens, Non reſpondes quicquã? vide
in quãtis te accuſant. IESVS autem
amplius nihil reſpondit: ita vt mira-
retur Pilatus. Per diem autẽ feſtum
ſolebat dimittere illis vnũ ex vinctis
quẽcunq; petiſſent. Erat autem qui di
cebatur Barabbas, qui cum ſeditioſis
erat vinctus, qui in ſeditione fecerat
homicidiũ. Et cum aſcendiſſet turba,
cœpit rogare, vt faceret ſicut ſemper
faciebat illis. Pilatus autem reſpõdit

eis,& dixit, Vultis dimittã vobis re/
gem Iudæorum? Sciebat enim ꝙ per
inuidiam tradidiſſent eum ſummi ſa
cerdotes. Pontifices autem cõcitaue/
runt turbam, vt magis Barabbam di
mitteret eis. Pilatus autem iterum re Mat. 27. c
B ſpõdens, ait illis, Quid ergo vultis fa Luc. 23. b
ciam regi Iudæorum? At illi iterũ cla Ioan. 18. g
mauerunt, Crucifige eũ. Pilatus vero &. 19. c.
dicebat illis, Quid enim mali fecit? At
illi magis clamabant, Crucifige eũ. Pi
latus autẽ volens populo ſatiſfacere,
dimiſit illis Barabban: & tradidit IE
SVM flagellis cæſum vt crucifigere/
tur. ¶ Milites autẽ duxerunt eum in Mat. 27. c
atrium prætorij, & conuocant totam Ioan. 19. a
cohortẽ: & induunt eum purpura, &
imponunt ei plectentes ſpineã coro/
nam. Et cœperunt ſalutare eum, Aue
rex Iudæorũ. Et percutiebant caput
eius arundine: & cõſpuebant eum. &
ponentes genua, adorabant eum. Et
poſtquã illuſerunt ei, exuerunt illum
purpura, & induerũt eum veſtimẽtis
ſuis: & educunt illum vt crucifigerẽt

Mat. 27.d eum. ¶ Et angariauerũt pretereuntẽ
Luc. 23.d quędam Simonem Cyrenæũ venien
tem de villa, patrẽ Alexandri & Rufi:
Mat. 27.d vt tolleret crucem eius. Et perducunt
Luc. 23.d illum in Golgotha locũ: quod eſt in-
Ioan. 19.d terpretatũ, Caluarię locus. Et dabant
ei bibere myrrhatũ vinum: & nõ ac-
Mat. 27.d cępit. ¶ Et crucifigentes eum, diuiſe-
Luc. 23.c runt veſtimenta eius: mittentes ſortẽ
Ioan. 19.d ſuper eis, quis quid tolleret. Erat autẽ C
hora tertia: & crucifixerunt eũ. Et erat
titulus cauſæ eius inſcriptus, Rex Iu-
dęorum. Et cum eo crucifigunt duos
latrones: vnum à dextris, & alium à
ſiniſtris eius. Et impleta eſt ſcriptura D
Eſa. 53.d quæ dicit, Et cũ iniquis reputatus eſt.
Et prætereuntes, blaſphemabãt eum,
Ioan. 2.d mouentes capita ſua, & dicentes, Vah
qui deſtruis tẽplum, & in tribus die-
bus ædificas: ſaluum fac temetipſum
deſcẽdens de cruce. Similiter & ſum-
mi ſacerdotes illudẽtes, ad alterutrũ
cum ſcribis dicebant. Alios ſaluos fe-
cit, ſeipſum nõ poteſt ſaluum facere.
CHRISTVS rex Iſrael deſcendat

nunc de cruce: vt videamus & creda-
mus. Et qui cum eo crucifixi erant, cō-
uitiabantur ei. Et facta hora ſexta, te-
nebræ factæ ſunt ſuper totam terram
vſq; in horam nonā. Et hora nona, ex
clamauit IESVS voce magna, dicēs, Pſal. 21. a
Eloi, Eloi, lámaazabtani? quod eſt in-
terpretatū, Deus meus, deus meus,
vt quid dereliquiſti me? Et quidā de
circunſtantibus audientes, dicebant.
Ecce, Eliam vocat. Currēs autē vnus,
& implens ſpongiā aceto, circūmpo-
nens'q; calamo, potū dabat ei, dicēs,
Sinite: videamus ſi veniat Elias ad de
D ponēdum eum. IESVS autē emiſſa
voce magna, expirauit. Et velum tē-
pli ſciſſum eſt in duo, à ſummo vſq;
deorſum. Vidēs autem Centurio qui
ex aduerſo ſtabat, ꝙ ſic clamans expi
raſſet: ait, Vere hic homo, filiꝰ dei erat.
Erant autē & mulieres de longe aſpi-
cientes: inter quas erat Maria Mag-
dalene, & Maria Iacôbi minoris &
Ioſe mater, & Salome, quæ etiā cum
eſſet in Galilæa, ſequebantur eum, &

miniſtrabant ei, & aliæ multæ quę ſi-
mul cum eo aſcenderant Hieroſoly-
Mat.27.g mam. ¶ Et cũ iam eſſet veſpera (quia
Luc.23.g erat paraſceue quod eſt ante ſabba-
Ioan.19.g tum) venit Ioſeph ab Arimathęa no
bilis decurio, qui & ipſe erat expectãs
regnum dei. Et audacter introiuit ad
Pilatum, & petijt corpus IESV. Pi-
latus autẽ mirabatur ſi iam obijſſet.
Et accerſito Centurione, interrogauit
eum ſi iam mortuus eſſet. Et cum co
gnouiſſet à Centurione: donauit cor
pus, Ioſeph. Ioſeph autem mercatus
ſindonẽ, & deponens eum, inuoluit
ſindone, & poſuit eũ in monumento ¶
quod erat exciſum de petra, & aduol
uit lapidem ad oſtium monumenti.
Maria autem Magdalene, & Maria
Ioſe, aſpiciebant vbi poneretur.

CAPVT XVI.

Luc.24.a ET cum trãſiſſet ſabbatum
Ioan.20.a Maria Magdalene & Ma- A
ria Iacôbi & Salome, eme
runt aromata, vt veniẽtes
vngerẽt IESVM. Et valde mane vna

ſabbatorũ, veniunt ad monumentũ,
orto iam ſole. Et dicebãt adinuicem,
Quis reuoluet nobis lapidẽ ab oſtio
monuméti? Et reſpicientes, vident re
uolutum lapidẽ. Erat quippe magnꝰ
B valde. ¶ Et introeũtes in monumen- Mat. 28. a
tum, viderũt iuuenem ſedentẽ in de- Ioan. 20. c
xtris, coopertũ ſtola candida: & ob-
ſtupuerunt. Qui dicit illis, Nolite ex-
paueſcere. IESVM quęritis Nazare-
num, crucifixum: ſurrexit, nõ eſt hic.
ecce locus vbi poſuerunt eũ. Sed ite,
dicite diſcipulis eius & Petro, ꝙ præ-
cedet vos in Galilæã. ibi eum videbi- Mat. 26. c
tis, ſicut dixit vobis. At illę exeuntes, Supr. 14. c
fugerunt de monumento: inuaſerat
enim eas tremor & pauor: & nemini
C quicꝗ dixerunt. timebant enim. Sur-
gens autẽ IESVS mane prima ſabba
ti, apparuit priꝰ Mariæ Magdalenæ,
de qua eiecerat ſeptem dęmonia. Illa
vadens, nũtiauit his qui cũ eo fuerãt,
lugẽtibus & flentibus. Et illi audiẽtes
ꝙ viueret & viſus eſſet ab ea: non cre
diderũt. ¶ Poſt hęc autẽ duobꝰ ex his

ambulantibus oſtenſus eſt in alia effi
gie, euntibus in villam. & illi euntes
nuntiauerunt cæteris: nec illis credi-
Luc. 24. f derunt. ¶ Poſtea recumbentibus illis
Ioan. 20. e vndecim apparuit: & exprobrauit in-
credulitatē eorum & duritiā cordis,
quia his qui viderant eū reſurrexiſſe,
Mat. 28. d non crediderunt. Et dixit eis, Euntes D
in mundū vniuerſum, prædicate euā
geliū omni creaturæ. Qui crediderit
& baptizatus fuerit: ſaluus erit. qui ve
ro nō crediderit: condemnabitur. Si-
gna autē eos qui crediderint, hæc ſe-
quētur, In nomine meo dæmonia eij
cient, Linguis loquētur nouis, Serpē
tes tollent, Et ſi mortiferū quid bibe-
rint, nō eis nocebit, Super ægros ma-
Luc. 24. g nus imponent: & bene habebūt. ¶ Et
dominus quidem poſtq̄ locutus eſt
eis, aſſumptus eſt in cœlū: & ſedit à
dextris dei. Illi autē profecti, prædi-
cauerūt vbiq;: dn̄o cooperāte & ſer-
monē confirmāte ſequētibus ſignis.

EVANGELII SECVNDVM
MARCVM, FINIS.

HIERONYMVS IN CA-talogo ſcriptorum eccle-ſiaſticorum.

LVcas medicus Antiochenſis, vt eius ſcripta indicat, Græci ſermonis nō ignarus fuit: ſectator apoſtoli Pauli, & omnis peregrinationis eius comes: ſcripſit euangeliū, de quo idē Paulus, Miſimus, inquit, cum illo fratrem; cuius laus eſt in euangelio per omnes eccleſias. Et ad Coloſſenſes, Salutat vos Lucas medicus chariſſimus. Et ad Timotheū, Lucas eſt mecum ſolus. Aliud quoq; edidit volumen egregium, quod titulo πράξασ ἀποςόλων prænotatur, cuius hiſtoria vſq; ad bienium Romæ cōmorantis Pauli peruenit, id eſt, vſq; ad quartū Neronis annū. Ex quo intelligimus in eadē vrbe librum eſſe cōpoſitum. Igitur περιόδουσ Pauli, & Theclæ, & totā baptizati Leonis fabulā, inter apocryphas ſcripturas computamus. Quale enim eſt, vt indiuiduus comes

apoſtoli, inter cæteras eius res, hoc ſo
lum ignorauerit? Sed & Tertullia-
nus vicinus eorũ temporũ, refert pre
ſbyterũ quendam in Aſia σπουδαστὴν
apoſtoli Pauli conuictum apud Ioã-
nem, ꝙ author eſſet libri, & cõfeſſum
ſe hoc Pauli amore feciſſe, & ob id ex
cidiſſe. Quidam ſuſpicantur: quotieſ-
cunq; in epiſtolis ſuis Paulus dicit, iu
xta euangelium meũ, de Lucæ ſignifi
care volumine: & Lucã non ſolum ab
apoſtolo Paulo didiciſſe euãgelium,
qui cum domino in carne nõ fuerat,
ſed à cæteris apoſtolis: quod ipſe quo
que in principio ſui voluminis decla-
rat, dicẽs, Sicut tradiderũt nobis: qui
à principio ipſi viderunt, & miniſtri
fuerũt ſermonis. Igitur euangeliũ ſi-
cut audierat, ſcripſit. Acta vero apo-
ſtolorũ ſicut viderat, cõpoſuit. Vixit
octoginta & quatuor annos, vxorẽ
non habẽs. Sepultus eſt Cõſtantino-
poli, ad quã vrbem viceſimo Cõſtan
tij anno, oſſa eius cũ reliquijs Andreę
apoſtoli tranſlata ſunt de Achaia.

SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM.

PRÆFATIO.



QVoniam quidem multi conati ſunt ordinare narrationem earum, quæ inter nos pleniſſimę fidei ſunt rerum, ſicut tradiderũt nobis qui ab initio ipſi viderunt & miniſtri fuerunt ſermonis: viſum eſt & mihi aſſequuto omnia à principio diligenter, ex ordine tibi ſcribere optime Theophile, vt cognoſcas eorum verborum, de quibus eruditus es, veritatem.

CAPVT I.

FVit in diebus Herodis re- A
gis Iudææ, ſacerdos quidã
nomine Zacharias, de vice
Abia: & vxor illius de filia-
bus Aaron, & nomen eius Elizabeth.
Erant auté iuſti ambo ante deum, in-
cedentes in omnibus mandatis & iu
ſtificationibus domini, ſine querela.
& non erat illis proles: eo ꝙ eſſet Eli
zabeth ſterilis, & ambo proceſſiſſent
in diebus ſuis. Factum eſt auté: cum
ſacerdotio fungeret Zacharias in or-
dine vicis ſuæ ante deum, ſecundum
conſuetudinem ſacerdotij, ſorte exijt
vt incenſum poneret ingreſſus in tẽ-
Leui. 16. d plũ domini. & omnis multitudo po-
puli erat orans foris hora incenſi. Ap
paruit auté illi angelus domini, ſtans
à dextris altaris incenſi. Et Zacharias
turbatus eſt, videns: & timor irruit ſu
per eum. Ait auté ad illum angelus,
Ne timeas Zacharia, quoniam exau-
dita eſt deprecatio tua. & vxor tua
Elizabeth pariet tibi filium, & voca- B

B bis nomen eius Ioánem:& erit gau/
dium tibi & exultatio, & multi in na
tiuitate eius gaudebũt.erit enim ma/
gnus corã domino:& vinum & ſice/
ram non bibet, & ſpiritu ſancto reple
bitur adhuc ex vtero matris ſuæ: &
multos filiorum Iſrael conuertet ad Pſa.131.d
dominum deum ipſorum.& ipſe prę Mala.3.a
cedet ante illum in ſpiritu & virtute Mala.4.b
Elię: vt conuertat corda patrum in fi/
lios,& incredolos ad prudentiam iu/
ſtorum, parare domino plebẽ perfe/
ctam.Et dixit Zacharias ad angelum,
Vnde hoc ſciã? ego enim ſum ſenex,
& vxor mea proceſſit in diebus ſuis.
Et reſpondens angelus, dixit ei, Ego
ſum Gabriel qui aſto ante deũ, & miſ
ſus ſum loqui ad te, & hæc tibi euan/
gelizare.Et ecce,eris tacens, & nõ po
teris loqui vſq; in diem quo hæc fiãt:
pro eo ꝙ non credidiſti verbis meis,
quæ implebuntur in tempore ſuo.Et
erat plebs expectans Zachariã:& mi
rabantur ꝙ tardaret in templo. Egreſ
ſus autem,nõ poterat loqui ad illos:

&cognouerunt ꝙ viſionem vidiſſet in templo. Et ipſe erat innuens illis: & permanſit mutus. Et factum eſt vt C
impleti ſunt dies officij eius, abijt in domum ſuam. Poſt hos autem dies, concepit Elizabeth vxor eius: & occultabat ſe menſibus quinq;, dicens, Sic fecit mihi dominus in diebus quibus reſpexit auferre opprobriũ meũ inter homines. ℭ In menſe autem ſexto, miſſus eſt angelus Gabriel à deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazaret, ad virginem deſponſatam viro, cui nomen Ioſeph, de domo Dauid: & nomen virginis MARIA, Et ingreſſus angelus, ad eã dixit, Aue gratia plena, dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Quæ cum vidiſſet, turbata eſt in ſermone eius: & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait angelus ei, Ne timeas MARIA, inueniſti enim gratiam apud deum. ecce cõcipies in vtero & paries filium:
Eſá.7.c & vocabis nomen eius IESVM. hic
Infra.2.c erit magnus: & filius altiſſimi voca-

bitur, & dabit illi dominus deus ſedē
Dauid patris ſui: & regnabit in domo Dañ.7.d g
Iacob in æternum, & regni eius non Mich.4.c
D erit finis. Dixit autem MARIA ad
angelum; Quomodo fiet iſtud? quo-
niam virū non cognoſco. Et reſpon-
dēs angelus, dixit ei, Spiritus ſanctus
ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi
obumbrabit tibi. Ideoq; & quod na-
ſcetur ſanctum, vocabitur filius dei.
Et ecce Elizabeth cognata tua, & ipſa
cōcępit filium in ſenectute ſua. & hic
menſis ſextus eſt illi quæ vocatur ſte
rilis: quia non erit impoſſibile apud
deum omne verbum. Dixit autem
MARIA, Ecce ancilla domini, fiat
mihi ſecundum verbum tuum. Et di
ſceſſit ab illa angelus. ¶ Exurgens au
tem MARIA in diebus illis, abijt in
montana cum feſtinatione in ciuitatē
Iuda: & intrauit in domū Zachariæ,
& ſalutauit Elizabeth. Et factum eſt:
vt audiuit ſalutationem MARIÆ
Elizabeth, exultauit infrans in vtero
eius. & repleta eſt ſpiritu ſancto Eli-

zabeth: & exclamauit voce magna,
& dixit, Benedicta tu inter mulieres,
& benedictus fructus ventris tui. Et E
vnde hoc mihi, vt veniat mater do-
mini mei ad me? Ecce enĩ vt facta eſt
vox ſalutationis tuę in auribus meis,
exultauit in gaudio infans in vtero
meo. & beata quæ credidiſti: quoniã
perficiẽtur ea quę dicta ſunt tibi à do
mino. Et ait MARIA, Magnificat
anima mea dominũ. Et exultauit ſpi
ritus meꝰ in deo ſaluatore meo. Quia
reſpexit humilitatẽ ancillæ ſuæ, ecce
enim ex hoc beatã me dicent omnes
generationes. Quia fecit mihi magna
qui potẽs eſt: & ſanctũ nomẽ eius. Et
miſericordia eius à progenie in ꝓge-
nies timẽtibus eũ. Fecit potẽtiam in
brachio ſuo: diſperſit ſuperbos mẽte
cordis ſui. Depoſuit potẽtes de ſede,
& exaltauit humiles. Eſurientes im-
Eſa.41.b pleuit bonis: & diuites dimiſit inanes.
Suſcępit Iſrael puerũ ſuum, memo-
Eſa.30.d rari miſericordiæ ſuæ. Sicut locutus
&.54.b eſt ad patres noſtros, Abraham & ſe-
mini

mini eius in ſecula. Manſit autem Hie 31.a.d
MARIA cum illa quaſi menſibus pſal. 131.c
tribus: & reuerſa eſt in domum ſuã. gen. 22.c
F ¶Elizabeth autem impletum eſt tẽ
pus pariendi: & peperit filium. Et au
dierunt vicini & cognati eius, quòd
magnificauit dominus miſericordiã
ſuam cum illa, & congratulabantur
ei. Et factum eſt: in die octauo vene-
runt circuncidere puerum, & voca-
bant eum nomine patris ſui, Zacha
riam. Et reſpõdens mater eius dixit,
Nequaquam, ſed vocabitur Ioãnes.
Et dixerunt ad illam, Nemo eſt in co
gnatione tua qui vocetur hoc nomi-
ne. Innuebant autem patri eius quẽ
vellet vocari eũ. Et poſtulans pugil-
larem, ſcripſit, dicens, Ioãnes eſt no
men eius. Et mirati ſunt vniuerſi. Ap
tum eſt autem ilico os eius, et lingua
eius, & loquebatur benedicens deũ.
Et factus eſt timor ſuper omnes vici
nos eorum: & ſuper omnia monta-
na Iudææ diuulgabãtur omnia ver
ba hæc, & poſuerunt omnes qui au-

dierant in corde ſuo, dicẽtes. Quiſpu
tas puer iſte erit? Etenim manus do-
mini erat cũ illo. Et Zacharias pater
eius repletus eſt ſpiritu ſancto: & ꝓ
phetauit, dicens, Benedictus domi-
nus deus Iſrael: quia viſitauit & fe-
cit redemptionem plebis ſuæ. Et ere G
xit cornu ſalutis nobis, in domo Da
Pſal.73.c uid pueri ſui, Sicut locutus eſt per os
&.131.d ſanctorũ qui à ſeculo ſunt ꝓphetarũ
Hier.23.a eius, Salutem de inimicis noſtris, &
&.30.b de manu oĩum qui oderunt nos, Ad
faciendã miſericordiã cum patribus
noſtris: & memorari teſtamenti ſui
Hiere.31.f ſancti, Iuſiurãdum quod iurauit ad
Abraham patrem noſtrum, daturũ
Geñ.22.c ſe nobis Vt ſine timore, de manu ini
micorum noſtrorum liberati, ſeruia
mus illi In ſanctitate & iuſtitia corã
ipſo omnibus diebus noſtris. Et tu
puer, propheta altiſſimi vocaberis:
præibis enim ante faciem dñi parare
vias eius, Ad dandam ſcientiam ſalu
tis plebi eius, in remiſſionem pecca-
torum eorum Per viſcera miſericor-

diæ dei noſtri, in q̄bus viſitauit nos Mala.4.a
oriens ex alto, Illuminare eos qui Zach.3.d
in tenebris & vmbra mortis ſedent:
ad dirigẽdos pedes noſtros in viam
pacis. Puer autem creſcebat, & con-
fortabatur ſpiritu, & erat in deſertis
vſque in diem oſtenſionis ſuæ ad
Iſrael.

CAPVT II.

A FActum eſt autẽ in diebus
illis exijt edictũ à Cęſare
Auguſto, vt deſcriberetur
vniuerſus orbis. Hęc de-
ſcriptio prima: facta eſt p̄ſide Syriæ
Cyrino. Et ibant omnes vt profiterẽ
tur ſinguli in ſuam ciuitatẽ. Aſcendit
autẽ & Ioſeph à Galilæa de ciuitate
Nazaret, in Iudęá, in ciuitatẽ Dauid
quę vocatur Bethleem: eo q̄ eſſet de
domo & familia Dauid, vt profitere
tur cũ MARIA deſponſata ſibi vxo
re prægnãte. Factũ eſt aũt: cũ eſſent
ibi, impleti ſunt dies vt pareret. Et pe
perit filiũ ſuum primogenitũ: & pan
nis eũ inuoluit, & reclinauit eum in

præſepio: quia non erat eis locus in
diuerſorio. ¶ Et paſtores erant in re B
gione eadem vigilantes, & cuſtodien-
tes vigilias noctis ſuper gregem ſuũ.
Et ecce angelus domini ſtetit iuxta il
los, & claritas dei circunfulſit illos,
& timuerũt timore magno. Et dixit
illis angelus, Nolite timere. Ecce eñi
euangelizo vobis gaudium magnũ
quod erit omni populo: quia natus
eſt vobis hodie ſaluator q eſt CHRI
STVS dominus in ciuitate Dauid.
Et hoc vobis ſignum, Inuenietis in-
fantem pannis inuolutum: & poſitũ
in præſepio. Et ſubito facta eſt cũ an-
gelo multitudo militiæ cœleſtis, lau
dantium deum & dicentium, Gloria
in altiſſimis deo: & ĩ terra pax, in ho-
minibus bona voluntas. Et factum
eſt: vt diſceſſerunt ab eis angeli in cœ
lum, paſtores loquebantur adinui-
cem, Transeamus vſq; Bethleem, & C
videamus hoc verbum quod factũ
eſt, quod dominus oſtendit nobis.
Et venerunt feſtinantes: & inuene-

runt MARIAM & Ioſeph, & infan
tem poſitum in præſepio. Videntes
autem, cognouerunt de verbo quod
dictũ erat illis de puero hoc. Et om-
nes qui audierunt mirati ſunt de his
quę dicta erat à paſtoribus ad ipſos.
MARIA autem cõſeruabat omnia
verba hæc, cõferens in corde ſuo. Et
reuerſi ſunt paſtores, glorificantes &
laudantes deum in omnibus quę au
dierant & viderant: ſicut dictum eſt
ad illos. ¶ Et poſtquam cõſummati Leui. 12. a
ſunt dies octo vt circuncideret puer:
vocatum eſt nomen eius IESVS,
quod vocatum eſt ab angelo priuſq;
in vtero conciperetur. ¶ Et poſtquã Supra. 1. c
D impleti ſunt dies purgationis eius ſe mat. 1. c
cundum legem Moyſi, tulerunt illũ leui. 12. a
in Hieruſalem, vt ſiſterent eum do-
mino, ſicut ſcriptũ eſt in lege domi- Exo. 13. a
ni, Quod omne maſculinum adape- nume. 8. c
riens vuluam, ſanctum domino vo
cabitur. & vt darent hoſtiam ſecun-
dum quod dictum eſt in lege domi- Leui. 12. c
ni, par turturum, aut pullos colum-

barum. Et ecce homo erat in Hieru/
ſalẽ, cui nomen Simeõ, & homo iſte
iuſtus & timoratus, expectans con/
ſolationẽ Iſrael: & ſpiritus ſanctus
erat in eo. Et reſponſum accæperat à
ſpiritu ſancto, nõ viſurum ſe mortẽ,
niſi pri⁹ videret CHRISTVM do/
mini. Et venit in ſpiritu in templum.
Et cũ inducerẽt puerũm IESVM pa
rentes vt iacerent ſm conſuetudinẽ
legis pro eo: & ipſe accæpit eũ in vl/
nas ſuas, & benedixit deum, & dixit,
Nunc dimittis ſeruũ tuum domine,
ſecũdum verbũ tuũ in pace, Quia vi
derunt oculi mei ſalutare tuũ Quod E
paraſti ante faciẽ oĩum populorum,
Lumẽ ad reuelationẽ gentiũ, & glo/
riã plebis tuę Iſrael. Et erãt pater &
mater eius mirantes ſuper his quę di
cebantur de illo. Et benedixit illis Si
meon: & dixit ad MARIAM ma/
Eſa.8.c trem eius, Ecce poſitus eſt hic in rui/
Rom.9.g nam, & in reſurrectionẽ multorũ in
1.Pet.2.b Iſrael, & in ſignum cui cõtradicitur.
Et tuam ipſius animam pertranſibit

gladius,vt reuelentur ex multis cor
dibus cogitationes. ¶Et erat Anna
ꝓphetiſſa,filia Phanuel de tribu A
ſer.hæc proceſſerat in diebus multis,
& vixerat cum viro ſuo annis ſeptẽ
à virginitate ſua. Et hæc vidua vſq;
ad annos octogintaquatuor:quę nõ
diſcedebat de tẽplo,ieiunijs & obſe-
F crationibus ſeruiens nocte ac die. Et
hæc ipſa hora ſuperueniens,confite-
batur domino:& loquebatur de illo
omnibus qui expectabãt redemptio
nem Hieruſalem. ¶Et vt perfecerũt
omnia ſecundum legem domini, re
uerſi ſunt in Galilæam,in ciuitatem
ſuam Nazaret. Puer autẽ creſcebat,
& confortabatur ſpiritu, plenus ſa-
pientia, & gratia dei erat in illo. Et
ibant parẽtes eius per omnes annos
in Hieruſalem,in die ſolẽni paſchę.
¶Et cũ factus eſſet annorum duo-
decim,aſcendentibus illis Hieroſoly-
mam ſecundum cõſuetudinem diei
feſti,conſummatiſq; diebus cum re
dirent,remãſit puer IESVS in Hie-

ruſalem, & non cognouerunt paren
tes eius. Exiſtimantes autem illum
eſſe in comitatu, venerunt iter diei,
& requirebant eum inter cognatos,
& notos. Et non inuenientes, regreſ-
ſi ſunt in Hieruſalem: requirẽtes eũ.
Et factum eſt: poſt triduum, inuene-
runt illum in templo, ſedentẽ in me
dio doctorum, audientem illos, &
interrogantem eos. Stupebāt autem G
omnes qui eum audiebāt, ſuper pru-
dentia & reſponſis eius. Et videntes
admirati ſunt. Et dixit mater eius ad
illum, Fili, quid feciſti nobis ſic? Ec-
ce pater tuus & ego dolentes quęre
bamus te. Et ait ad illos, Quid eſt qđ
me quærebatis? neſciebatis quod in
ĩ his quę patris mei ſunt, oportet me
eſſe? Et ipſi nõ ĩtellexerunt verbũ qđ
locutus eſt ad eos. Et deſcendit cum
eis, & venit Nazaret: & erat ſubdi-
tus illis. Et mater eiꝰ cõſeruabat om
nia verba hæc in corde ſuo. Et IE-
SVS proficieba ſapientia & ætate &
gratia apud deũ & homines.

CAPVT III.

A ANno autem qntodecimo
imperij Tiberij Cæſaris,
procurante Pōtio Pilato
Iudæam, tetrarcha autem
Galilææ Herode, Philippo autē fra-
tre eius tetrarcha Ituręæ & Traconi
tidis regionis, & Lyſania Abilinæ te
trarcha, ſub principibus ſacerdotum
Anna & Caipha: factum eſt verbum
domini ſuper Ioannem Zachariæ fi
lium, in deſerto. Et venit in omnem Mat. 3.a
regionem circa Iordanem, prædi- mar. 1.a
cans baptiſmum pœnitētiæ in remiſ
ſionem peccatorum: ſicut ſcriptum
eſt in libro ſermonum Eſaiæ prophe Eſa. 40.a
tæ dicentis, Vox clamantis in deſer- ioan. 1.c
to, Parate viam domini, rectas facite
ſemitas eius. omnis vallis implebi-
tur: & omnis mōs & collis humilia-
bit̃: & erunt praua in directa: & aſpe
ra, in vias planas. & videbit omnis
B caro ſalutare dei. Dicebat ergo ad tur Mat. 3.b.c
bas quæ exibant vt baptizarentur ab
ipſo, Genimina viperarum, qs oſten

dit vobis fugere à ventura ira? Faci-
te ergo fructus dignos pœnitétię, &
ne cœperitis dicere in vobipſis, Pa-
tré habemus Abrahã. Dico enim vo-
bis quod potés eſt deus de lapidib⁹
iſtis ſuſcitare filios, Abrahę. Iam enĩ
& ſecuris ad radicé arborũ poſita eſt.
Omnis ergo arbor non faciens fru-
ctũ bonũ, exciditur, & in ignem mit-
titur. ℭEt interrogabãt eum turbæ,
dicentes, Quid ergo faciemus? Re-
ſpõdens autem, dicebat illis, Qui ha-
bet duas tunicas, det non habenti: &
qui habet eſcas, ſimiliter faciat. Vene-
runt autem & publicani vt baptiza-
rentur: & dixerunt ad illũ, Magiſter,
quid faciemus? At ille dixit ad eos,
Nihil amplius q̃ quod conſtitutum
eſt vobis, exigatis. Interrogabant au-
té eum & milites, dicentes, Quid fa-
ciemus & nos? Et ait illis, Neminem
concutiatis, neq; calumniam facia-
tis: & contenti eſtote ſtipendijs ve-
Mat.3.c ſtris. ℭExpectante autem populo &
Mar.1.b cogitantibus omnibus in cordibus

ſuis de Ioanne, nū ipſe eſſet CHRI Ioan. 1. d
STVS, reſpondit Ioannes dicens
omnibus, Ego quidem aqua bapti-
zo vos: veniet autem fortior me, cu
ius non ſum dignus ſoluere corrigiā
calceamentorum. ipſe vos baptiza-
D bit in ſpiritu ſancto & igni. cuius ven Mat. 3. c
tilabrum in manu eius, & purgabit
aream ſuam: & congregabit triticum
in horreum ſuum, paleas autem cō-
buret igni inextinguibili. Multa qui
dem & alia exhortans euangelizabat
populo. ℭ Herodes autem tetrarcha
cum corriperetur ab illo de Herodia Mat. 14. a
de vxore fratris ſui, & de omnibus Mar. 6. c
malis quæ fecit Herodes: adiecit &
hoc ſuper omnia, & incluſit Ioan-
nem in carcerem. ℭ Factum eſt autē
cum baptizaretur omnis populus, Mat. 3. d
vt & IESV baptizato & orāte, aper Mar. 1. b
tum ſit cœlū: & deſcēdit ſpiritus ſan-
ctus corporali ſpecie ſicut colūba in
ipſum, & vox de cœlo facta eſt, di-
cens, Tu es filius meus dilectus, in te
E cōplacui mihi. Et ipſe IESVS erat in

cipiēs quaſi annorum triginta vt pu
tabatur filius Ioſeph, qui fuit Heli, q̄
fuit Matthat, qui fuit Leui, qui fuit
Melchi, qui fuit Iannæ, qui fuit Io-
ſeph, qui fuit Matthathiæ, qui fuit A-
mos, qui fuit Naum, qui fuit Heſli,
qui fuit Naggæ, qui fuit Maath, qui
fuit Matthathiæ, qui fuit Semei, qui
fuit Ioſeph, qui fuit Iuda, q̄ fuit Io- F
hāna, qui fuit Reſa, qui fuit Zoroba-
bel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri,
qui fuit Melchi, q̄ fuit Addi, qui fuit
Coſan, qui fuit Helmadan, qui fuit
Her, qui fuit Ieſu, qui fuit Heliezer,
qui fuit Iorim, qui fuit Matthat, qui
fuit Leui, qui fuit Simeō, qui fuit Iu
da, qui fuit Ioſeph, qui fuit Iona, qui
fuit Heliachim, qui fuit Melcha, qui
fuit Mena, q̄ fuit Mattatha, qui fuit
Nathā, qui fuit Dauid, qui fuit Ieſſe, G
qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit
Salmō, qui fuit Naaſſon, q̄ fuit Ami
nadab, qui fuit Arā, qui fuit Eſron,
qui fuit Phares, qui fuit Iudæ, qui
fuit Iacob, q̄ fuit Iſaac, q̄ fuit Abra-

hā, qui fuit Tharæ, qui fuit Nachor,
qui fuit Saruch, qui fuit Ragau, qui
fuit Phalech, qui fuit Heber, qui fuit
Sale, qui fuit Cainan, qui fuit Arpha
xat, qui fuit Sem, qui fuit Noe, qui
fuit Lamech, qui fuit Matuſale, qui
fuit Enoch, qui fuit Iareth, qui fuit
Malaleel, qui fuit Cainan, qui fuit
Enos, qui fuit Seth, qui fuit Adam,
qui fuit Dei.

CAPVT IIII.

A IESVS autem plenus ſpi- Mat. 4. a
ritu ſancto, regreſſus eſt à marc. 1. b
Iordane: & agebatur í ſpi
ritu in deſertū diebus qua
draginta, & tentabatur à diabolo. Et
nihil manducauit in diebus illis: &
conſummatis illis, poſtea eſuriit. Di
xit autem illi diabolus, Si filius dei
es: dic lapidi huic vt panis fiat. Et re-
ſpondit ad illum IESVS, Scriptum
eſt, Nō in pane ſolo viuet homo, ſed
in omni verbo dei. Et duxit illū dia- Deu. 8. a
bolus in montem excelſum, & oſtē-
dit illi omnia regna orbis terræ in

dum conſuetudinem ſuam die ſabba Ioan.4.f
torum in ſynagogam, & ſurrexit le- Eſa.61.a
gere. Et traditus eſt illi liber Eſaię pro
phetæ. Et vt explicuit librum: inuê-
nit locum vbi ſcriptum erat, Spiritus
domini ſuper me, propter quod vn-
xit me, euangelizare pauperibus mi
ſit me, ſanare contritos corde, prædi
care captiuis remiſſionē, & cæcis vi-
ſum, dimittere confractos in remiſ-
ſionem, prędicare annū domini accę
ptum. Et cū plicuiſſet librū, reddidit
miniſtro, & ſedit. Et omnium in ſyna
goga oculi erant intēdentes in eum.
D Cœpit autem dicere ad illos, Hodie
impleta eſt hæc ſcriptura in auribus
veſtris. Et omnes teſtimoniū illi da-
bant, & mirabantur in verbis gratię,
quæ procedebant de ore ipſius, & di-
cebat. Nonne hic eſt filius Ioſeph? Et
ait illis, Vtiq; dicetis mihi hanc ſimi-
litudinē, Medice, cura teipſum: quā-
ta audiuimus facta in Capharnaum:
fac & hic in patria tua. Ait autē, Amē
dico vobis, ꝙ nemo propheta accę-

ptus eſt in patria ſua. Sed in veritate
3. reg. 17. dico vobis: multæ viduæ erant in
a.b diebus Eliæ in Iſrael quando clau-
iacobi. 5. d ſum eſt cœlum annis tribus & mẽſi-
bus ſex, cum facta eſſet fames ma-
gna in omni terra: & ad nullam illa
rum miſſus eſt Elias, niſi in Sarepta
4. rge. 5. d Sidônis, ad mulierem viduã. Et mul E
ti leproſi erant in Iſrael ſub Eliſæo
propheta: & nemo eorum munda-
tus eſt niſi Naaman Syrus. Et repleti
ſunt omnes in ſynagoga, ira: hæc au
dientes. Et ſurrexerunt, & eiecerunt
illum extra ciuitatem: & duxerunt il
lum vſq; ad ſupercilium montis ſu-
per quem ciuitas illorum erat ædifi-
cata, vt præcipitarent eum. Ipſe aũt
tranſiens per medium illorum, ibat.
Mat. 4. b ¶ Et deſcendit in Capharnaum ciui
mar. 1. c tatem Galilææ: ibique docebat illos
Mat. 7. d ſabbatis. Et ſtupebãt in doctrina ei⁹:
mar. 1. c quia in poteſtate erat ſermo ipſius.
Mar. 1. c Et in ſynagoga erat homo habens dæ
monium immundum: & exclama-
uit voce magna, dicens, Sine, quid F
nobis

nobis & tibi IESV Nazarene? veni-
ſti perdere nos? ſcio te qui ſis, ſanctus
dei. Et increpauit illum IESVS, di-
cens, Obmuteſce, & exi ab eo. Et cum
proieciſſet illum dæmonium in me-
dium, exijt ab illo, nihilq́ illi nocuit.
Et factus eſt pauor in omnibus, & col
loquebãtur adinuicẽ dicentes, Quod
eſt hoc verbum: quia in poteſtate &
virtute imperat immũdis ſpiritibus,
& exeunt? Et diuulgabatur fama de
illo in omnẽ locum finitimæ regio-
nis. ¶ Surgens autem IESVS de ſy- Mat. 9. b
nagoga, introiuit in domũ Simõnis. Mar. 1. e
Socrus autẽ Simõnis tenebatur ma-
gna febri: & rogauerũt illum pro ea.
Et aſtãs ſupra illam, imperauit febri:
G & dimiſit illam. Et continuo ſurgens
miniſtrabat illis. Cum autem ſol oc-
cidiſſet, omnes qui habebãt infirmos
varijs languoribus: ducebãt illos ad
eũ. At ille ſingulis manus imponens,
curabat eos. Exibant autem & dæmo
nia à multis clamãtia & dicentia, Tu
es filius dei. Et increpans, non ſinebat

ea loqui, ꝙ ſciebāt ipſum eſſe CHRI
Mar. 1. d STVM. Facta autē die, egreſſus ibat
in deſertum locum: & turbæ require
bant eum, & venerūt vſq; ad ipſum:
& detinebant illum ne diſcederet ab
eis. Quibus ille ait, Et alijs ciuitatib⁹
oportet me euāgelizare regnum dei:
quia ideo miſſus ſum. Et erat prædi-
cans in ſynagogis Galilææ.

CAPVT VI

Mát. 4. c Mar. 1. b FActum eſt autem: cum tur- A
ba irrueret ei vt audiret ver
bum dei: & ipſe ſtabat ſe-
cus ſtagnum Geneſareth. Et
vidit duas naues ſtātes ſecus ſtagnū:
piſcatores autem deſcenderant, & la-
uabant retia. Aſcēdens autem in vnā
nauim quæ erat Simônis, rogauit eū
vt à terra reduceret puſillum. Et ſe-
dens, docebat de naui turbas. Vt ceſſa
uit autem loqui, dixit ad Simônem,
Duc in altum, & laxate retia veſtra in
capturam. Et reſpōdens Simon, dixit B
illi, Præceptor, per totam noctem la
borantes nihil cepimus, in verbo au-

tém tuo laxabo rete. Et cum hóc feciſ
ſent: concluſerunt piſcium multitudi
nem copioſam. rumpebatur auté re-
te eorũ. Et annuerunt ſocijs qui erant
in alia naui, vt venirent & adiuuarét
ſe. Et venerunt, & impleuerũt ambas
nauiculas: ita vt mergerentur. Quod
cum videret Simôn Petrus, prócidit
ad genua IESV, dicens, Exi à me do
mine: quia homo peccator ſum. Stu-
por enim circundederat eũ & omnes
qui cum illo erãt, in captura piſcium
quam cæperant. Similiter autem Ia-
côbum & Ioannem filios Zebedæi,
C qui erant ſocij Simônis. Et ait ad Si-
mônem IESVS. Noli timere: ex hoc
iam, homines eris capiens. Et ſubdu-
ctis ad terram nauibus, relictis omni
bus ſecuti ſunt eum. ℭEt factum eſt: Mat. 8.a
cum eſſet in vna ciuitatũ, & ecce vir Mar. 1.d
plenus lepra, & videns IESVM, &
prócidés in faciem ſuam, rogauit eũ,
dicens, Domine, ſi vis, potes me mũ-
dare. Et extẽdens manũ, tetigit eum,
dicens, Volo. Mundare. Et confeſtim

lepra diſceſſit ab illo. Et ipſe præcępit
illi vt nemini diceret: ſed, Vade inqt,
oſtende te ſacerdoti, & offer pro emū
datione tua ſicut prȩcȩpit Moyſes in
Leui.14.a teſtimonium illis. Perambulabat au-
tem magis ſermo de illo: & conue-
niebant turbæ multæ vt audirent, &
curarētur ab infirmitatibus ſuis. Ipſe
autem ſecedebat in deſertum, & ora-
Mat.9.a bat. ¶ Et factum eſt in vna dierum, & D
Mar.2.a ipſe erat docens. Et erant phariſæi ſe-
dentes & legis doctores qui venerāt
ex omni caſtello Galilȩȩ & Iudȩȩ &
Hieruſalem: & virtus domini erat ad
ſanandum eos. Et ecce viri portantes
in lecto hominē qui erat paralyticus:
& quærebant eum inferre, & ponere
ante eū. Et non inuenientes qua parte
illum inferrent præ turba: aſcenderūt
ſupra tectum, & per tegulas ſubmiſe
runt eum cum lecto in medium ante
IESVM. Quorum fidem vt vidit, di
xit, Homo, remittantur tibi peccata
tua. Et cœperūt cogitare ſcribȩ & pha
riſȩi, dicentes, Quis eſt hic qui loqui-

tur blaſphemias? quis poteſt dimitte
re peccata, niſi ſolus deus? Vt cogno-
uit autem IESVS cogitationes eo-
rum, reſpondens dixit ad illos, Quid
cogitatis in cordibus veſtris? Quid
E eſt facilius, dicere, Dimittantur tibi
peccata: an dicere, Surge, & ambula?
Vt autem ſciatis ꝙ filius hominis ha-
bet poteſtatẽ in terra dimittendi pec-
cata (ait paralytico) Tibi dico ſurge,
tolle lectum tuum, & vade in domũ
tuam. Et confeſtim cõſurgens coram
illis, tulit lectum in quo iacebat: &
abijt in domũ ſuam glorificãs deum.
Et ſtupor apprehendit omnes, & glo
rificabant deum. Et repleti ſunt timo
F re, dicẽtes, Vidimus mirabilia hodie.
¶ Et poſt hæc exijt, & vidit publica-
num nomine Leui ſedentem ad telo Mat. 9. a
nium, & ait illi, Sequere me. Et reli- Mar. 2. b
ctis omnibus, ſurgens ſecutus eſt eũ.
& fecit ei conuiuium magnum Leui
in domo ſua: & erat turba multa pu-
blicanorum & aliorum qui cum illis
erant diſcumbentes. Et murmurabãt

pharisæi & ſcribę eorum, dicentes ad
diſcipulos eius, Quare cum publica-
nis & peccatoribus manducatis & bi
bitis? Et reſpõdens IESVS dixit ad
illos, Non eget qui ſani ſunt, medico:
ſed qui male habent. Non veni voca-
re iuſtos: ſed peccatores ad pœniten-
tiam. ℭAt illi dixerunt ad eũ, Quare
Mat.9.b diſcipuli Ioãnis ieiunant frequenter,
Mar.2.c & obſecrationes faciunt, ſimiliter &
pharisęorum: tui autem, edunt & bi-
bunt? Quibus ipſe ait, Nunquid pote G
ſtis filios ſponſi, dum cũ illis eſt ſpon
ſus, facere ieiunare? Veniet autẽ dies:
& cum ablatus fuerit ab illis ſpõſus,
tunc ieiunabunt in illis diebus. Dice-
bat autem & ſimilitudinem ad illos.
Nemo cõmiſſuram à veſtimento no
uo immittit in veſtimentum vetus:
alioquin & nouum rumpit, & veteri
non conuenit commiſſura à nouo. Et
nemo mittit vinum nouum in vtres
veteres, alioquin rumpet vinum no-
uum vtres, & vinum effundetur &
vtres peribunt. ſed vinum nouum in

vtres nouos mittendum eſt: & vtra-
que conſeruatur. Et nemo bibens ve-
tus, ſtatim vult nouum: dicit enim,
Vetus melius eſt.

CAPVT VI.

A Factum eſt autem in ſabba- Mat. 12.a
to ſecũdo primo, cum tran- Mar. 1.d
ſiret per ſata, vellebãt diſci-
puli eius ſpicas, & mãduca-
bant confricantes manibus. Quidam
autem phariſęorũ dicebãt illis, Quid
facitis quod non licet facere in ſabba-
tis? Et reſpondens IESVS ad eos di-
xit, Nec hoc legiſtis quod fecit Da- 1.Re.21.g
uid, cum eſuriſſet ipſe & qui cum illo
erant: quomodo intrauit in domum
dei, & panes propoſitionis ſumpſit &
manducauit. & dedit etiam his qui
cum ipſo erant, quos non licet man-
ducare niſi tantum ſacerdotibus? Et
dicebat illis, Dominus eſt filius homi-
B nis etiam ſabbati. ¶ Factum eſt au- Mat.12.a
tem & in alio ſabbato vt intraret in Mar.3.a
ſynagogam, & doceret. Et erat ibi hõ
mo, & manus eius dextera erat arida.

Obſeruabant autẽ ſcribę & pharisęi ſi
in ſabbato curaret: vt inuenirẽt vnde
accuſarent eum. Ipſe vero ſciebat co/
gitationes eorũ: & ait homini qui ha
bebat manum aridam, Surge, & ſta in
medio. Et ſurgens, ſtetit. Ait ergo ad
illos IESVS, Interrogabo vos, ſi li/
cet ſabbatis benefacere an male, ani/
mam ſaluam facere, an perdere? Et cir
cunſpectis omnibus illis, dixit homi/
ni, Extende manum tuã. Et extendit:
& reſtituta eſt manus eius ſana ſicut
altera. Ipſi autẽ repleti ſunt inſipien/
tia: & colloquebantur adinuicẽ quid
nam facerent IESV. Factum eſt autẽ
in illis diebus, exijt in montẽ orare,
& erat pernoctans in oratione dei. Et
Mat. 10. a cum dies factus eſſet, vocauit diſcipu
Mar. 3. b los ſuos: & elegit duodecim ex ipſis,
quos & apoſtolos nominauit, Simõ
nem quem & nominauit Petrum &
Andream fratrem eius, Iacôbum & C
Ioãnem, Philippũ & Bartholomęũ,
Matthæum & Thomã, Iacôbum Al
phęi & Simônem qui vocatur Zelo/

tes,& Iudam Iacôbi,& Iudam Iſca
riotem qui & fuit proditor. ¶Et de/
ſcendens cum illis,ſtetit in loco cāpe
ſtri,& turba diſcipulorũ eius, & mul
titudo copioſa plebis ab omni Iudęa
& Hieruſalem:& à maritima Tyro &
Sidône:qui venerant vt audirent eũ,
& ſanarent̃ à languoribus ſuis.Et qui
vexabantur à ſpiritibus immũdis,cu
rabātur. Et omnis turba quærebat eũ
tangere:quia virtus de illo exibat,&
ſanabat omnes. ¶Et ipſe eleuatis ocu Mat.5.a
D lis in diſcipulos ſuos, dicebat, Bea/
ti pauperes:quia veſtrum eſt regnum
dei.Beati qui nunc eſuritis:quia ſatu/
rabimini.Beati qui nunc fletis:quia ri
debitis. Beati eritis cum vos oderint
homines,& cum ſeparauerint vos,&
exprobrauerint & eiecerint nomẽ vẽ
ſtrum tanquā malum propter filium
hominis. Gaudete in illa die & exul/
tate,ecce enĩ merces veſtra multa eſt
in cœlo.ſecundum hæc enim faciebāt
prophetis patres eorum. Verũtamen Amos.6.a
væ vobis diuitibus, qui habetis con/ Eccl.31.a

ſolationem veſtrã. Væ vobis qui ſatu-
rati eſtis: quia eſurietis. Væ vobis qui
ridetis nũc: quia lugebitis & flebitis.
Væ vobis cũ benedixerint vobis om
nes homines. ſecundum hæc enim fa
ciebãt pſeudoprophetis patres eorũ.
Mat. 5.g ¶ Sed vobis dico qui auditis, Diligi-
te inimicos veſtros: benefacite his qui
vos oderunt. Benedicite maledicẽti-
bus vobis: & orate pro calumnianti-
Mat.5.f bus vos. Et qui te percutit in maxillã E
vnã, præbe illi & alterã. Et ab eo qui
aufert tibi veſtimẽtum, etiam tunicã
noli prohibere. Omni autẽ petenti te
tribue. & qui aufert quæ tua ſunt, ne
Mar.7.b repetas. Et ꝓut vultis vt faciãt vobis
Tob. 4.c homines, & vos facite illis ſimiliter.
Mat.5.g ¶ Et ſi diligitis eos qui vos diligunt:
quę vobis eſt gratia? nam & peccato-
res, diligentes ſe, diligunt. Et ſi bene-
feceritis his qui vobis benefaciũt, quę
vobis eſt gratia? ſiquidẽ & peccatores
hoc faciunt. Et ſi mutuũ dederitis his
à quibus ſperatis recipere: quæ gratia
eſt vobis? nam & peccatores peccato-

ribus mutuũ dant, vt recipiant æqua-
lia. Veruntamen diligite inimicos ve Mat.5.g
ſtros: benefacite & mutuũ date nihil Deu.15.b
inde ſperantes: & erit merces veſtra
multa, & eritis filij altiſſimi: quia ipſe
benign⁹ eſt ſuper ingratos & malos.
F Eſtote ergo miſericordes ſicut & pa-
ter veſter miſericors eſt. Nolite iudi- Mat.7.a
care: & non iudicabimini. nolite con-
demnare: & non condẽnabimini. Di-
mittite: & dimittetur vobis. Date, &
dabitur vobis. Menſurã bonam & cõ
fertam & coagitatã & ſupereffluentẽ
dabũt in ſinum veſtrũ. Eadem quippe Mat.7.a
menſura qua menſi fueritis, remetie- Mar.4.c
tur vobis. Dicebat autem illis & ſimi Mar.15.b
litudinẽ. Nunquid poteſt cæcus cæcũ
ducere? nónne ambo in foueã cadũt?
Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum.
perfectus autem omnis erit, ſicut ma Mat.10.c
giſter eius. Quid autem vides feſtucã Ioan.13.c
in oculo fratris tui: trabem autẽ quæ
in oculo tuo eſt, non conſideras? Aut Mat.7.a
quomodo potes dicere fratri tuo, Fra
ter, ſine eijciam feſtucã de oculo tuo:

ipſe in oculo tuo trabem non vides?
Hypocrita, eijce primum trabem de
oculo tuo: & tunc perſpicies vt edu-
Mat.7.c cas feſtucam de oculo fratris tui. Nõ
eſt enim arbor bona, quæ facit fructũ
malum: neq; arbor mala, faciens fru-
Mat.12.a ctum bonum. Vnaquęq; enim arbor, G
de fructu ſuo cognoſcitur. Neq; enim
de ſpinis colligũt ficus: neq; de rubo
vindemiant vuam. Bonus homo de
bono theſauro cordis ſui profert bo-
num: & malus homo de malo the-
ſauro profert malum. Ex abundantia
enim cordis os eius loquitur. Quid
autẽ vocatis me, Domine dñe: & non
facitis quæ dico? Omnis qui venit ad
Mat.7.d me, & audit ſermones meos & facit
Rom.2.b eos: oſtendam vobis cui ſimilis ſit. ſi-
Iaco.1.d milis eſt homini ædificanti domum,
qui fodit in altũ, & poſuit fundamen
tum ſuper petram. inundatione autẽ
facta, illiſum eſt flumẽ domui illi: &
non potuit eã mouere. fundata enim
erat ſuper petram. Qui autem audit
& non facit: ſimilis eſt homini ædifi-

canti domum ſuam ſuper terram ſine
fundaméto. in quã illiſus eſt fluuius:
& continuo cecidit: & facta eſt ruina
domus illius, magna.

CAPVT VII.

A CVm autem impleuiſſet om nia verba ſua in aures ple- bis, intrauit Capharnaum. Centurionis autem cuiuſdã ſeruus male habens, erat moriturus: qui illi erat precioſus. Et cum audiſ- ſet de IESV, miſit ad eũ ſeniores Iu- dæorum, rogans eum vt veniret, & ſaluaret ſeruum eius. At illi cum ve- niſſent ad IESVM, rogabãt eum ſo- licite dicentes, Dignus eſt vt hoc illi præſtes: diligit enim gentem noſtrã: & ſynagogam ipſe ædificauit nobis. IESVS autem ibat cum illis. Et cum iam nõ longe eſſet à domo, miſit ad eum Centurio amicos, dicens, Domi ne, noli vexari. Nõ enim ſum dignus vt ſub tectum meum intres. propter quod & meipſum non ſum dignum arbitratus vt venirẽ ad te: ſed dic ver Mat. 8. a

bo & ſanabitur puer meus. nã & ego
homo ſum ſub poteſtate cõſtitutus,
habens ſub me milites. & dico huic,
vade, & vadit: & alij, veni, & venit: &
ſeruo meo, fac hoc, & facit. Quo au-
dito, IESVS miratus eſt, & conuer-
ſus, ſequenti ſe turbæ dixit. Amen di-
co vobis, nec in Iſrael tantam fidem
inueni. Et reuerſi qui miſſi fuerãt, do-
mum: inuenerũt ſeruum qui langue-
rat, ſanum. ¶ Et factum eſt deinceps:
ibat IESVS in ciuitatẽ quæ vocatur
Naim: & ibant cum eo diſcipuli eius
multi & turba copioſa. Cum autẽ ap
propinquaret portę ciuitatis, ecce de-
functus efferebatur filius vnicus ma-
tris ſuæ. Et hęc, vidua erat: & turba ci
uitatis multa cum illa. Quã cum vi-
diſſet dominus, miſericordia motus
ſuper eam, dixit illi, Noli flere. Et ac- C
ceſſit, & tetigit loculũ. Hi autem qui
portabant, ſteterũt. Et ait, Adoleſcẽs,
tibi dico, ſurge. Et reſedit qui erat mor
tuus, & cœpit loqui. Et dedit illũ ma
tri ſuę. Accępit autem omnes timor:

& glorificabant deum, dicentes, Pro-
pheta magnus ſurrexit in nobis: &
deus viſitauit plebẽ ſuam. ¶Et exiit
hic ſermo in vniuerſam Iudæam de
eo, & in omnem circa regionẽ. Et nũ-
tiauerunt Ioãni diſcipuli eius de om
nibus his. Et aduocauit duos de diſci
pulis ſuis Ioannes: & miſit ad IE- Mat. 11. a
SVM, dicens, Tu es qui vẽturus eſt:
an alium expectamus? Cum autẽ ve-
niſſent ad eum viri, dixerunt, Ioan-
nes Baptiſta miſit nos ad te, dicens,
Tu es qui vẽturus eſt: an alium expe
ctamus? In ipſa autem hora multos
curauit à languoribus ſuis & plagis,
& ſpiritibus malis: & cęcis multis do
nauit viſum. Et reſpondens, dixit il-
lis, Euntes renuntiate Ioãni quæ au-
D diſtis & vidiſtis, Quòd cæci vident,
claudi ambulant, leproſi mũdantur,
ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pau
peres euãgelizãtur: & beatus eſt qui-
cunque non fuerit ſcãdalizatus in me.
Et cũ diſceſſiſſent nuntij Ioannis, cœ
pit de Ioanne dicere ad turbas, Quid

exiſtis in deſertum videre?arundinē
vento agitatā? Sed quid exiſtis vide/
re?hominē mollibus veſtimentis in/
dutū? Ecce qui in veſte precioſa ſunt
& delitijs,in domibus regū ſunt. Sed
quid exiſtis videre?prophetā? Vtique
dico vobis & plus q̄ prophetam. hic
Mala.3.a eſt de quo ſcriptū eſt, Ecce mitto an•
gelum meū ante faciem tuā,qui præ/
parabit viam tuā ante te. Dico enim
vobis, maior inter natos mulierum
propheta Ioanne Baptiſta nemo eſt. E
qui autē minor eſt in regno dei, ma/
ior eſt illo.Et omnis populus audiēs
& publicani iuſtificauerunt deum,ba
ptizati baptiſmo Ioānis. Phariſæi au
tem & legis periti,cōſilium dei ſpre
uerunt in ſemetipſos,nō baptizati ab
Mat.11.b eo. Ait autē dominus, Cui ergo ſimi/
les dicā homines generatiōis huius:
& cui ſimiles ſunt? Similes ſunt pue/
ris ſedentibus in foro, & loquētibus
adinuicē,& dicentibus, Cantauimus
vobis tibijs,& nō ſaltaſtis:lamentati
ſumus vobis, & non ploraſtis. Vênit
enim

enim Ioannes Baptiſta neqꝫ mandu-
cans panē, neqꝫ bibens vinū, & dici-
tis, Dæmoniū habet. Vênit filius ho-
minis manducans & bibens: & dici-
tis, Ecce homo deuorator & bibens
vinum, amicus publicanorū & pec-
catorum. Et iuſtificata eſt ſapiētia ab
omnibus filijs ſuis. ¶ Rogabat autē
illum quidam de phariſæis vt man-
ducaret cum illo. Et ingreſſus domū
F phariſæi, diſcubuit. Et ecce mulier
quæ erat in ciuitate peccatrix, vt co-
gnouit quòd IESVS accubuit in do
mo phariſæi, attulit alabaſtrum vn-
guenti: & ſtans retro, ſecus pedes
eius, lachrymis cœpit rigare pedes
eius, & capillis capitis ſui tergebat,
& oſculabatur pedes eius, & vnguē-
to vngebat. Videns autem phariſęus
qui vocauerat eū, ait intra ſe, dicens,
Hic ſi eſſet propheta, ſciret vtiqꝫ quę
& qualis eſt mulier quę tangit eum,
quia peccatrix eſt. Et reſpondens IE
SVS, dixit ad illum, Simon, habeo
tibi aliquid dicere. At ille ait, Magi-

ſter, dic. Duo debitores erãt cuidam
ſœneratori: vnus debebat denarios
quingentos, & alius quinquaginta.
Non habentibus illis vnde redderẽt:
donauit vtriſque. Horum igitur dic,
vter eum plus diliget? Et reſpõdens
Simon, dixit, Exiſtimo ꝙ is cui plus
donauit. At ille dixit ei, Recte iudica-
ſti. Et conuerſus ad mulierem, dixit G
Simôni, Vides hanc mulierẽ? Intra-
ui in domum tuam. aquam pedibus
meis non dediſti: hæc autem lachry-
mis rigauit pedes meos, & capillis
ſuis terſit. Oſculum mihi nõ dediſti:
hæc autẽ ex quo intrauit, non ceſſa-
uit oſculari pedes meos. Oleo caput
meum non vnxiſti: hæc autẽ vnguẽ
to vnxit pedes meos. Propter quod
dico tibi, Remittũtur ei peccata mul
ta: quoniam dilexit multum. Cui au
tem parum dimittitur, parũ diligit.
Dixit autem ad illam, Remittuntur
tibi peccata. Et cœperunt qui ſimul
accumbebãt, dicere intra ſe, Quis eſt
hic qui etiam peccata dimittit? Dixit

autem ad mulierem. Fides tua te ſal/
uam fecit, vade in pace.

CAPVT VIII.

A E T factum eſt deinceps, & ipſe iter faciebat per ciui/ tates & caſtella, prædicās & euangelizans regnum dei: & duodecim cum illo, & mulie res aliquæ quæ erant curatæ à ſpiri/ tibus malignis & infirmitatibus, Ma ria quæ vocabatur Magdalene, de qua ſeptem dæmonia exierant, & Io anna vxor Chuſæ procuratoris He/ rodis, & Suſanna, & aliæ multę, quę miniſtrabant ei de facultatibus ſuis. Cum autem turba plurima conue/
niret, & de ſingulis ciuitatibus pro/ Mar. 13. a
perarent ad eum: dixit per ſimilitu/ Mar. 4. a
dinem, Exijt qui ſeminat ſeminare ſe men ſuum. & dum ſeminat, aliud ce cidit ſecus viam, & cōculcatum eſt, & volucres cœli comederūt illud. Et aliud cecidit ſuper petram: & natum aruit, quia nō habebat humorem. Et aliud cecidit inter ſpinas: & ſimul ex

ortæ ſpinæ ſuffocauerunt illud. Et
aliud cecidit in terram bonam:& or
tum fecit fructum centuplum. Hæc
dicens clamabat, Qui habet aures au B
diendi, audiat. Interrogabant autem
eum diſcipuli eius quæ eſſet hæc pa/
rabola. Quibus ipſe dixit, Vobis da/
tum eſt noſſe myſterium regni dei,
cæteris autem in parabolis, vt viden
Eſa.6.e tes, non videant, & audientes non in
mat.13.b telligant. Eſt autem hæc parabola. Se
mar.4.b men: eſt verbum dei. Qui autem ſe/
Ioan.12. cus viam: hi ſunt qui audiunt, deide
Act.20.f venit diabolus & tollit verbũ de cor
rom.11.b de eorum, ne credentes ſalui fiant.
Nã qui ſuper petram: hi ſunt qui cũ
audierint, cum gaudio ſuſcipiũt ver/
bum. & hi radices nõ habent: qui ad
tempus credunt, & in tempore ten/
tationis recedunt. Quod autẽ in ſpi/
nas cecidit: hi ſunt qui audierũt, & à
ſolicitudinibus & diuitijs & volu/
ptatibus vitæ euntes ſuffocantur, &
non referunt fructum. Quod autem C
in bonam terram: hi ſunt qui in cor

de bono & optimo audientes verbũ
retinent, & fructum afferunt in pa-
tientia. ❡ Nemo autẽ lucernam ac- Mat.5.b
cendens, operit eam vaſe, aut ſubter mar.4.c
lectum ponit: ſed ſupra candelabrũ
ponit, vt intrantes videant lumen.
Non eſt enim occultum, quod non Mat.10.e
manifeſtetur: nec abſcõditum, quod mar.4.c
nõ cognoſcatur & in palàm veniat.
Videte ergo quomodo audiatis. Qui Mat.13.b
cũq; enim habet, dabitur illi: & qui- &.25.c
cunq; non habet, etiam quod putat mar.4.c
ſe habere, auferetur ab illo. ❡ Vene- Mat.12.d
rũt autem ad illum mater & fratres mar.3.d
eius: & non poterant adire eum præ
turba. Et nunciatum eſt illi, Mater
tua & fratres tui ſtant foris, volẽtes
te videre. Qui reſpondens dixit ad
eos, Mater mea & fratres mei: hi ſũt
qui verbum dei audiunt & faciunt.
❡ Factum eſt autem in vna dierũ: Mat.8.c
D & ipſe aſcendit in nauim, & diſcipu- mar.4.d
li eius: & ait ad illos. Tranſeamus vl
tra ſtagnum. Et aſcenderunt. Et naui-
gantibus illis, obdormiuit: & deſcen

dit procella venti in ſtagnum, & cõ-
plebantur & periclitabantur. Acce-
dentes autem, ſuſcitauerunt eum, di
centes, Præceptor, perimus. At ille
ſurgens, increpauit ventum & tem-
peſtatem aquę: & ceſſauit, & facta eſt
trãquillitas. Dixit autem illis, Vbi eſt
fides veſtra? Qui timentes, mirati
ſunt, adinuicem dicentes, Quiſputas
hic eſt? quia & ventis & mari impe-
Mat. 8.d rat, & obediunt ei. ¶Et nauigauerũt
Mar. 5.a ad regionem Gadarenorum, quæ eſt
contra Galilæam. Et cum de naui e-
greſſus eſſet ad terram: occurrit illi
vir quidã e ciuitate qui habebat dæ-
monia iam tẽporibus multis, & ve-
ſtimento nõ induebatur, neq; in do-
mo manebat, ſed in monumẽtis. Is
vt vidit IESVM, procidit ante il-
lum. & exclamans voce magna, di-
xit, Quid mihi & tibi eſt IESV fili
dei altiſſimi? obſecro te, ne me tor-
queas. Præcipiebat enim ſpiritui im
mundo, vt exiret ab homine. Mul-
tis enim temporibus corripuerat il-

lum,& vinciebatur catenis,& cõpe-
dibus cuſtodiebatur:& ruptis vincu
lis agebetur à dæmonio in deſerta.
E Interrogauit autẽ illum IESVS:di
cens, Quod tibi nomen eſt? At ille di
xit, Legio. quia intrauerãt dæmonia
multa in eũ. Et rogauerunt illum ne
imperaret illis vt in abyſſum irent;
Erat autem ibi grex porcorũ multo-
rum paſcentiũ in monte: & rogabãt
eum vt permitteret eis in illos ingre
di. Et permiſit illis. Exierũt ergo dæ-
monia ab homine, & intrauerunt in
porcos:& impetu abijt grex per præ
ceps in ſtagnũ,& ſuffocatꝰ eſt. Quod
vt viderunt factũ qui paſcebãt, fuge-
runt:& nuntiauerũt in ciuitatẽ & in
villas. Exierunt autẽ videre quod fa-
ctum eſt:& venerunt ad IESVM.&
inuenerunt hominẽ ſedentem à quo
dęmonia exierãt, veſtitũ, ac ſana mẽ
te ad pedes eius,& timuerũt. Nũtia-
uerunt autẽ illis & qui viderãt, quo-
modo ſanꝰfactus fuiſſet à legione. Et
rogauerunt illũ omnis multitudo rę

gionis Gadarenorum vt diſcederet
ab ipſis: quia magno timore tenebã-
tur, Ipſe autem aſcendens nauim, re F
uerſus eſt. Et rogauit illum vir à quo
dęmonia exierant, vt cum eo eſſet.
Dimiſit autem eum IESVS, dicẽs,
Redi in domum tuam, & narra quã
ta tibi fecit deus. Et abijt per vniuer-
ſam ciuitatem, prędicans quanta illi
feciſſet IESVS. ℭ Factum eſt autẽ:
Mat. 9.c cum rediſſet IESVS, excępit illum
mar.5.b turba. erant autem omnes expectan
tes eum. Et ecce venit vir, cui nomẽ
Iairus, et ipſe prĩceps ſynagogę erat
& cecidit ad pedes IESV, rogans eũ
vt intraret in domum eius, quia vni
ca filia erat ei ferè annorum duode-
cim, & hæc moriebatur. Dum autẽ
iret, à turbis comprimebatur. Et mu
lier quę erat in fluxu ſanguinis ab an
nis duodecim, quæ in medicos ero-
gauerat omnem ſubſtantiam ſuam,
nec ab vllo potuit curari, acceſſit re-
tro & tetigit fimbriã veſtimẽti eius:
& confeſtim ſtetit fluxus ſanguinis

eius. Et ait IESVS, Quis eſt qui me
tetigit? Negãtibus autem omnibus:
dixit Petrus, & qui cum illo erant,
Pręcęptor, turbæ te comprimunt &
affligunt: & dicis, Quis me tetigit?
G Et dixit IESVS, Tetigit me aliquis,
nam ego noui virtutem de me exiiſ-
ſe. Videns autem mulier quod nõ la
tuit: tremens venit, & procidit ante
pedes eius, & ob quam cauſam teti-
giſſet eum, indicauit corã omni po-
pulo, & quemadmodum confeſtim
ſanata ſit. At ipſe dixit ei, Confide fi-
lia: fides tua ſaluã te fecit. Vade in pa
ce. Adhuc illo loquente: venit quidã
à principe ſynagogæ, dicens ei, Mor
tua eſt filia tua, noli vexare magi-
ſtrum. IESVS autẽ, audito hoc ver-
bo: reſpondit patri puellæ, Noli ti-
mere: crede tantum: & ſalua erit. Et
cum veniſſet domum, non permiſit
intrare ſecum quenquam, niſi Petrũ
& Iacôbum & Ioannem & patrem
& matrem puellæ. Flebant autẽ om
nes & plangebant illam. At ille di-

xit, Nolite flere, non eſt mortua puel
la, ſed dormit. Et deridebant eũ, ſcien
tes quòd mortua eſſet. Ipſe autẽ eie
ctis foras omnibus: tenens manum
eius, clamauit dicens, Puella, ſurge.
Et reuerſus eſt ſpiritus eius: & ſurre-
xit continuo. Et iuſſit illi dari quod
manducaret. Et ſtupuerunt parentes
eius: quibus præcępit ne alicui dice-
rent quod factum erat.

CAPVT IX.

Conuocatis autem IESVS A
Mat. 10. a duodecim apoſtolis, dedit
Mar. 3. b illis virtutem & poteſtatẽ
ſuper omnia dæmonia, &
vt languores curarent. Et miſit illos
prædicare regnum dei: & ſanare in-
firmos. Et ait ad illos, Nihil tuleritis
Mat. 10. a in viam: neq; virgam: neque peram,
Mar. 6. b a neque panem, neq; pecuniam: neq;
duas tunicas habeatis. Et in quácũq;
domum intraueritis, ibi manete: &
inde exeatis. Et quicunq; non recę-
perint vos, exeuntes de ciuitate illa,
Act. 13. g etiam puluerem pedum veſtrorum

excutite in teſtimonium ſuper illos.
Egreſſi autem circuibant per caſtel-
la: euangelizantes & curantes vbiq;.
¶ Audiuit autem Herodes tetrarcha Matt.14.a
omnia quæ fiebant ab eo: & hæſita- Mar.6.b
bat eo quòd diceretur à quibuſdam,
Quòd Ioannes ſurrexit à mortuis. à
quibuſdam vero, Quod Elias appa-
ruit. ab alijs autem, Quod propheta
vnus de antiquis ſurrexit. Et ait He- Mat.14.b
rodes, Ioannem ego decollaui. quis Mar.6.d e
eſt autē iſte de quo ego talia audio?
B Et quærebat videre eum. ¶ Et reuer-
ſi apoſtoli, narrauerunt illis quæcun-
que fecerunt: & aſſumptis illis, ſeceſ-
ſit ſeorſum in locum deſertū, qui eſt
Bethſaidæ. Quod cum cognouiſſent
turbæ, ſecutæ ſunt illum: & excepit
eos, & loquebatur illis de regno dei:
& eos qui curatione indigebant, ſa-
nabat. Dies autē cœperat declinare.
Et accedētes duodecim, dixerūt illi,
Dimitte turbas, vt euntes in caſtella Ioan.6.a
villasq́; quæ circa ſunt diuertant, &
inueniant eſcas: quia hic in loco deſer-

to ſumus. Ait autem ad illos, Vos da
te illis manducare. At illi dixerunt,
Non ſunt nobis plus quàm quinque
panes & duo piſces: niſi nos eamus
& emamus in omnem hanc turbam
eſcas. Erãt autem ferè viri quinquies
mille. Ait autem ad diſcipulos ſuos.
Facite illos diſcumbere per cõuiuia
quinquagenos. Et ita fecerunt. Et di-
ſcubuerunt omnes. Acceptis autem
quinq; panibus & duobus piſcibus,
ſuſpexit in cœlum & bendixit illis:
& fregit & diſtribuit diſcipulis ſuis
vt ponerent ante turbas. Et mandu-
cauerunt omnes: & ſaturati ſunt. Et
ſublatũ eſt quod ſuperfuit illis, frag- C
Mat.19.b mentorum cophini duodecim. ¶ Et
mar.8.c factum eſt: cũ ſolus eſſet orans, erãt
cum illo & diſcipuli, & interrogauit
illos: dicens, Quem me dicunt eſſe
turbæ? At illi reſponderunt & dixe-
runt, Ioannem Baptiſtam, alij autẽ
Eliam, alij vero quod vnus prophe-
ta de prioribus ſurrexit. Dixit autem
illis, Vos autem quem me eſſe dici-

tis? Reſpondēs Simon Petrus, dixit, CHRISTVM dei. At ille itermina/tus illis, præcępit ne cui diceret hoc: dicens, Quod oportet filium homi/nis multa pati, & reprobari à ſeniori bus & pricipibus ſacerdotum & ſcri bis, & occidi, & tertia die reſurgere. Dicebat autē ad omnes, Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum & tollat crucem ſuam quotidie, & ſe quatur me. Qui enim voluerit ani/mam ſuam ſaluam facere: perdet il/lam. qui autem perdiderit animam ſuam propter me: ſaluam faciet illā. quid enim proficit homo, ſi lucretur vniuerſum mundum, ſeipſum autē perdat & detrimentum ſui faciat? Nā qui me erubuerit et meos ſermones, hunc filius hominis erubeſcet cum venerit in maieſtate ſua & patris & ſanctorum angelorum. Dico autem vobis verè, ſunt aliqui hic ſtantes, q non guſtabunt mortē donec videāt
D regnum dei. ¶ Factum eſt autē poſt hæc verba ferè diebus octo, & aſſūm

Mat. 17.d mar. 8.c

Mat. 10.d, &. 16.d mar. 8.d infr, 14.f &. 17.g. ioan. 12.d

Mat. 10.d mar. 8.d

Mat. 16. d mar. 9.a

Matt. 17.a mar. 9.a

pſit Petrũ & Iacôbum & Ioãnem,
& aſcendit in montem vt oraret. Et
facta eſt dum oraret, ſpecies vultus
eius, altera: & veſtitus eius, albus &
refulgens. Et ecce duo viri loqueban
tur cum illo. erant autem Moyſes &
Elias, viſi in gloria, & dicebant exceſ
ſum eius, quem completurus erat in
Hieruſalem. Petrus vero & qui cum
illo erant, grauati erãt ſomno. Et eui
gilantes, viderunt maieſtatem eius:
& duos viros qui ſtabãt cum illo. Et
factum eſt: cum deſcenderet ab illo,
ait Petrus ad IESVM, Præceptor,
bonum eſt nos hic eſſe: & faciamus
tria tabernacula, vnum tibi, & vnũ
Moyſi, & vnum Eliæ, neſciens quid
diceret. Hæc auté illo loquéte, facta
eſt nubes, & obũbrauit eos: & timue
runt intrãtibus illis in nubé. Et vox
facta eſt de nube, dicens, Hic eſt filius
meus dilectus: ipſum audite. Et dum
fieret vox, inuentus eſt IESVS ſo-
lus. Et ipſi tacuerunt, & nemini dixe
runt in illis diebus quicquam ex his

B quæ viderant. ¶ Factum eſt autem: Mat. 17.d
in ſequenti die, deſcnedentibus illis Mar.9.c
de monte, occurrit illi turba multa.
Et ecce vir de turba exclamauit di-
cens, Magiſter, obſecro te, reſpice in
filium meũ quia vnicus eſt mihi. &
ecce ſpiritus apprehendit eum, & ſu-
bito clamat, & diſſipat eum cum ſpu
ma, & vix diſcedit ab eo, dilanians
eum. & rogaui diſcipulos tuos vt eĳ
cerent illud: & nõ potuerunt. Reſpõ
dens autem IESVS, dixit, O gene-
ratio infidelis & peruerſa, vſquequo
ero apud vos & patiar vos? Adduc
huc filium tuũ. Et cum accederet, eli
ſit illum dęmonium & diſſipauit. Et
increpauit IESVS ſpiritum immũ-
dum, & ſanauit puerũ: & reddidit il-
lum patri eius. Stupebant autẽ om-
nes in magnificẽtia dei: omnibusq;
mirãtibus in omnibus quę faciebat,
dixit ad diſcipulos ſuos, Ponite vos
in auribus veſtris ſermones iſtos, Fi
lius enĩ hominis futurũ eſt vt tradã-
tur in manus hominũ. At illi ignorã

ſter, dic. Duo debitores erāt cuidam
fœneratori: vnus debebat denarios
quingentos, & alius quinquaginta.
Non habentibus illis vnde redderēt:
donauit vtriſque. Horum igitur dic,
vter eum plus diliget? Et reſpōdens
Simon, dixit, Exiſtimo ꝙ is cui plus
donauit. At ille dixit ei, Recte iudica-
ſti. Et conuerſus ad mulierem, dixit G
Simôni, Vides hanc mulierē? Intra-
ui in domum tuam. aquam pedibus
meis non dediſti: hæc autem lachry-
mis rigauit pedes meos, & capillis
ſuis terſit. Oſculum mihi nō dediſti:
hæc autē ex quo intrauit, non ceſſa-
uit oſculari pedes meos. Oleo caput
meum non vnxiſti: hæc autē vnguē
to vnxit pedes meos. Propter quod
dico tibi, Remittūtur ei peccata mul
ta: quoniam dilexit multum. Cui au
tem parum dimittitur, parū diligit.
Dixit autem ad illam, Remittuntur
tibi peccata. Et cœperunt qui ſimul
accumbebāt, dicere intra ſe, Quis eſt
hic qui etiam peccata dimittit? Dixit

autem ad mulierem. Fides tua te ſal/
uam fecit, vade in pace.

CAPVT VIII.

A ET factum eſt deinceps, &
ipſe iter faciebat per ciui/
ta tes & caſtella, prædicãs
& euangeli zans regnum
dei: & duodecim cum illo, & mulie
res aliquæ quæ erant curatæ à ſpiri/
tibus malignis & infirmitatibus, Ma
ria quæ vocabatur Magdalene, de
qua ſeptem dæmonia exierant, & Io
anna vxor Chuſæ procuratoris He/
rodis, & Suſanna, & aliæ multę, quę
miniſtrabant ei de facultatibus ſuis.
Cum autem turba plurima conue/
niret, & de ſingulis ciuitatibus pro/ Mar.13.a
perarent ad eum: dixit per ſimilitu/ Mar.4.a
dinem, Exijt qui ſeminat ſeminare ſe
men ſuum. & dum ſeminat, aliud ce
cidit ſecus viam, & cõculcatum eſt,
& volucres cœli comederũt illud. Et
aliud cecidit ſuper petram: & natum
aruit, quia nõ habebat humorem. Et
aliud cecidit inter ſpinas: & ſimul ex

ortæ ſpinæ ſuffocauerunt illud. Et
aliud cecidit in terram bonam:& or
tum fecit fructum centuplum. Hæc
dicens clamabat, Qui habet aures au B
diendi, audiat. Interrogabant autem
eum diſcipuli eius quæ eſſet hæc pa-
rabola. Quibus ipſe dixit, Vobis da-
tum eſt noſſe myſterium regni dei,
cæteris autem in parabolis, vt viden
Eſa.6.c tes, non videant, & audientes non in
mat.13.b telligant. Eſt autem hæc parabola. Se
mar.4.b men: eſt verbum dei. Qui autem ſe-
Ioan.12. cus viam: hi ſunt qui audiunt, deide
Act.20.f venit diabolus & tollit verbũ de cor
rom.11.b de eorum, ne credentes ſalui fiant.
Nã qui ſuper petram: hi ſunt qui cũ
audierint, cum gaudio ſuſcipiũt ver-
bum. & hi radices nõ habent: qui ad
tempus credunt, & in tempore ten-
tationis recedunt. Quod autẽ in ſpi-
nas cecidit: hi ſunt qui audierũt, & à
ſolicitudinibus & diuitijs & volu-
ptatibus vitæ euntes ſuffocantur, &
non referunt fructum. Quod autem C
in bonam terram: hi ſunt qui in cor

de bono & optimo audientes verbũ
retinent, & fructum afferunt in pa-
tientia. ¶ Nemo autẽ lucernam ac- Mát.5.b
cendens, operit eam vaſe, aut ſubter mar.4.c
lectum ponit: ſed ſupra candelabrũ
ponit, vt intrantes videant lumen.
Non eſt enim occultum, quod non Mat.10.e
manifeſtetur: nec abſcõditum, quod mar.4.c
nõ cognoſcatur & in palàm veniat.
Videte ergo quomodo audiatis. Qui Mat.13.b
cũq; enim habet, dabitur illi: & qui- &.25.c
cunq; non habet, etiam quod putat mar.4.c
ſe habere, auferetur ab illo. ¶ Vene- Mat.12.d
rũt autem ad illum mater & fratres mar.3.d
eius: & non poterant adire eum præ
turba. Et nunciatum eſt illi, Mater
tua & fratres tui ſtant foris, volẽtes
te videre. Qui reſpondens dixit ad
eos, Mater mea & fratres mei: hi ſũt
qui verbum dei audiunt & faciunt.
¶ Factum eſt autem in vna dierũ: Mat.8.c
D & ipſe aſcendit in nauim, & diſcipu- mar.4.d
li eius: & ait ad illos. Tranſeamus vl
tra ſtagnum. Et aſcenderunt. Et naui-
gantibus illis, obdormiuit: & deſcen

dit procella venti in ſtagnum, & cõ-
plebantur & periclitabantur. Acce-
dentes autem, ſuſcitauerunt eum, di
centes, Præceptor, perimus. At ille
ſurgens, increpauit ventum & tem-
peſtatem aquę: & ceſſauit, & facta eſt
trãquillitas. Dixit autem illis, Vbi eſt
fides veſtra? Qui timentes, mirati
ſunt, adinuicem dicentes, Quiſputas
hic eſt? quia & ventis & mari impe-
Mat. 8.d rat, & obediunt ei. ¶ Et nauigauerũt
Mar. 5.a ad regionem Gadarenorum, quæ eſt
contra Galilæam. Et cum de naui e-
greſſus eſſet ad terram: occurrit illi
vir quidã e ciuitate qui habebat dæ-
monia iam tẽporibus multis, & ve-
ſtimento nõ induebatur, neq; in do-
mo manebat, ſed in monumẽtis. Is
vt vidit IESVM, procidit ante il-
lum. & exclamans voce magna, di-
xit, Quid mihi & tibi eſt IESV fili
dei altiſſimi? obſecro te, ne me tor-
queas. Præcipiebat enim ſpiritui im
mundo, vt exiret ab homine. Mul-
tis enim temporibus corripuerat il-

lum,& vinciebatur catenis,& cōpe-
dibus cuſtodiebatur:& ruptis vincu
lis agebetur à dæmonio in deſerta.
E Interrogauit autē illum IESVS:di
cens, Quod tibi nomen eſt? At ille di
xit, Legio.quia intrauerāt dæmonia
multa in eū. Et rogauerunt illum nē
imperaret illis vt in abyſſum irent;
Erat autem ibi grex porcorū multo-
rum paſcentiū in monte: & rogabāt
eum vt permitteret eis in illos ingre
di.Et permiſit illis.Exierūt ergo dæ-
monia ab homine, & intrauerunt in
porcos:& impetu abijt grex per præ
ceps in ſtagnū,& ſuffocatꝰ eſt.Quod
vt viderunt factū qui paſcebāt, fuge-
runt:& nuntiauerūt in ciuitatē & in
villas.Exierunt autē videre quod fa-
ctum eſt:& venerunt ad IESVM.&
inuenerunt hominē ſedentem à quo
dęmonia exierāt, veſtitū, ac ſana mē
te ad pedes eius,& timuerūt. Nūtia-
uerunt autē illis & qui viderāt,quo-
modo ſanꝰfactus fuiſſet à legione.Et
rogauerunt illū omnis multitudo rę

gionis Gadarenorum vt diſcederet ab ipſis: quia magno timore tenebā-tur, Ipſe autem aſcendens nauim, re F uerſus eſt. Et rogauit illum vir à quo dęmonia exierant, vt cum eo eſſet. Dimiſit autem eum IESVS, dicēs, Redi in domum tuam, & narra quā ta tibi fecit deus. Et abijt per vniuer-ſam ciuitatem, prędicans quanta illi feciſſet IESVS. ℭ Factum eſt autē:

Mat. 9.c mar. 5.b

cum redijſſet IESVS, excępit illum turba. erant autem omnes expectan tes eum. Et ecce venit vir, cui nomē Iairus, et ipſe pīceps ſynagogę erat & cecidit ad pedes IESV, rogans eū vt intraret in domum eius, quia vni ca filia erat ei ferè annorum duode-cim, & hæc moriebatur. Dum autē iret, à turbis comprimebatur. Et mu lier quę erat in fluxu ſanguinis ab an nis duodecim, quæ in medicos ero-gauerat omnem ſubſtantiam ſuam, nec ab vllo potuit curari, acceſſit re-tro & tetigit fimbriā veſtimēti eius: & confeſtim ſtetit fluxus ſanguinis

eius. Et ait IESVS, Quis eſt qui me tetigit? Negātibus autem omnibus: dixit Petrus, & qui cum illo erant, Pręceptor, turbæ te comprimunt & affligunt: & dicis, Quis me tetigit?
G Et dixit IESVS, Tetigit me aliquis, nam ego noui virtutem de me exiiſſe. Videns autem mulier quod nō latuit: tremens venit, & procidit ante pedes eius, & ob quam cauſam tetigiſſet eum, indicauit corā omni populo, & quemadmodum confeſtim ſanata ſit. At ipſe dixit ei, Confide filia: fides tua ſaluā te fecit. Vade in pace. Adhuc illo loquente: venit quidā à principe ſynagogæ, dicens ei, Mortua eſt filia tua, noli vexare magiſtrum. IESVS autē, audito hoc verbo: reſpondit patri puellæ, Noli timere: crede tantum: & ſalua erit. Et cum veniſſet domum, non permiſit intrare ſecum quenquam, niſi Petrū & Iacôbum & Ioannem & patrem & matrem puellæ. Flebant autē omnes & plangebant illam. At ille di-

xit, Nolite flere, non eſt mortua puel
la, ſed dormit. Et deridebant eũ, ſcien
tes quòd mortua eſſet. Ipſe autẽ eie
ctis foras omnibus: tenens manum
eius, clamauit dicens, Puella, ſurge.
Et reuerſus eſt ſpiritus eius: & ſurre
xit continuò. Et iuſſit illi dari quod
manducaret. Et ſtupuerunt parentes
eius: quibus præcepit ne alicui dice
rent quod factum erat.

CAPVT IX.

Conuocatis autem IESVS A
Mat.10.a duodecim apoſtolis, dedit
Mar.3.b illis virtutem & poteſtatẽ
ſuper omnia dæmonia, &
vt languores curarent. Et miſit illos
prædicare regnum dei: & ſanare in
firmos. Et ait ad illos, Nihil tuleritis
Mat.10.a in viam: neq; virgam: neque peram,
Mar.6.b a neque panem, neq; pecuniam: neq;
duas tunicas habeatis. Et in quãcũq;
domum intraueritis, ibi manete: &
inde exeatis. Et quicunq; non rece
perint vos, exeuntes de ciuitate illa,
Act.13.g etiam puluerem pedum veſtrorum

excutite in teſtimonium ſuper illos.
Egreſſi autem circuibant per caſtel-
la: euangelizantes & curantes vbiq;.
¶ Audiuit autem Herodes tetrarcha Matt. 14. a
omnia quæ fiebant ab eo: & hæſita- Mar. 6. b
bat eo quòd diceretur à quibuſdam,
Quòd Ioannes ſurrexit à mortuis. à
quibuſdam vero, Quod Elias appa-
ruit. ab alijs autem, Quod propheta
vnus de antiquis ſurrexit. Et ait He- Mat. 14. b
rodes, Ioannem ego decollaui. quis Mar. 6. d e
eſt autẽ iſte de quo ego talia audio?
B Et quærebat videre eum. ¶ Et reuer-
ſi apoſtoli, narrauerunt illis quæcun-
que fecerunt: & aſſumptis illis, receſ-
ſit ſeorſum in locum deſertũ, qui eſt
Bethſaidæ. Quod cum cognouiſſent
turbæ, ſecutæ ſunt illum: & excepit
eos, & loquebatur illis de regno dei:
& eos qui curatione indigebant, ſa-
nabat. Dies autẽ cœperat declinare.
Et accedẽtes duodecim, dixerũt illi,
Dimitte turbas, vt euntes in caſtella Ioan. 6. a
villasq; quæ circa ſunt diuertant, &
inueniãt eſcas: quia hic in loco deſer-

to ſumus. Ait autem ad illos, Vos date illis manducare. At illi dixerunt, Non ſunt nobis plus quàm quinque panes & duo piſces: niſi nos eamus & emamus in omnem hanc turbam eſcas. Erãt autem ferè viri quinquies mille. Ait autem ad diſcipulos ſuos: Facite illos diſcumbere per cõuiuia quinquagenos. Et ita fecerunt. Et diſcubuerunt omnes. Accęptis autem quinqꝫ panibus & duobus piſcibus, ſuſpexit in cœlum & bendixit illis: & fregit & diſtribuit diſcipulis ſuis vt ponerent ante turbas. Et manducauerunt omnes: & ſaturati ſunt. Et ſublatũ eſt quod ſuperfuit illis, fragmentorum cophini duodecim.
Mat.19.b mar.8.e C ¶ Et factum eſt: cũ ſolus eſſet orans, erãt cùm illo & diſcipuli, & interrogauit illos: dicens, Quem me dicunt eſſe turbæ? At illi reſponderunt & dixerunt, Ioannem Baptiſtam, alij autẽ Eliam, alij vero quod vnus propheta de prioribus ſurrexit. Dixit autem illis, Vos autem quem me eſſe dici-

tis?Reſpondés Simon Petrus, dixit,
CHRISTVM dei. At ille itermina-
tus illis, præcępit ne cui dicerét hoc:
dicens, Quod oportet filium homi- Mat. 17.d
nis multa pati, & reprobari à ſeniori mar.8.c
bus & prĩcipibus ſacerdotum & ſcri
bis, & occidi, & tertia die reſurgere.
Dicebat auté ad omnes, Si quis vult Mat.10.d
poſt me venire, abneget ſemetipſum &.16.d
& tollat crucem ſuam quotidie, & ſe mar.8.d
quatur me. Qui enim voluerit ani- infr.14.f
mam ſuam ſaluam facere: perdet il- &.17.g.
lam. qui autem perdiderit animam ioan.12.d
ſuam propter me: ſaluam faciet illã.
quid enim proficit homo, ſi lucretur
vniuerſum mundum, ſeipſum auté
perdat & detrimentum ſui faciat? Nã
qui me erubuerit et meos ſermones, Mat.10.d
hunc filius hominis erubeſcet cum mar.8.d
venerit in maieſtate ſua & patris &
ſanctorum angelorum. Dico autem Mat.16.d
vobis verè, ſunt aliqui hic ſtantes, q mar.9.a
non guſtabunt morté donec videát
D regnum dei. ¶ Factum eſt auté poſt Matt.17.a
hæc verba ferè diebus octo, & aſſum mar.9.a

B quæ viderant. ¶ Factum eſt autem in ſequenti die, deſcnedentibus illis de monte, occurrit illi turba multa. Mat. 17.d Mar. 9.c
Et ecce vir de turba exclamauit dicens, Magiſter, obſecro te, reſpice in filium meũ quia vnicus eſt mihi. & ecce ſpiritus apprehendit eum, & ſubito clamat, & diſſipat eum cum ſpuma, & vix diſcedit ab eo, dilanians eum. & rogaui diſcipulos tuos vt eĳcerent illud: & nõ potuerunt. Reſpõdens autem IESVS, dixit, O generatio infidelis & peruerſa, vſquequo ero apud vos & patiar vos? Adduc huc filium tuũ. Et cum accederet, eliſit illum dęmonium & diſſipauit. Et increpauit IESVS ſpiritum immũdum, & ſanauit puerũ: & reddidit illum patri eius. Stupebant autẽ omnes in magnificẽtia dei: omnibusq́ꝫ mirãtibus in omnibus quę faciebat, dixit ad diſcipulos ſuos, Ponite vos in auribus veſtris ſermones iſtos, Filius enĩ hominis futurũ eſt vt tradatur in manus hominũ. At illi ignora

bant verbum iſtud: & erat abſcondi-
tum ab eis vt non ſentirent illud: &
timebant eũ interrogare de hoc ver-
Mat.18.a bo. ¶ Intrauit autem cogitatio in F
mar.9.c eos, quis eorum maior eſſet. At IE-
SVS videns cogitationem cordis il-
lorum, apprehendit puerum: & ſta-
tuit illum ſecus ſe, & ait illis, Quicũ-
que ſuſceperit puerum iſtum in no-
mine meo, me recipit. & quicunque
me receperit, recipit eum qui me mi
ſit. Nam qui minor eſt inter vos om
nes, hic maior eſt. Reſpondens autẽ
Ioannes, dixit, Præceptor, vidimus
quendam in nomine tuo eijcientem
dæmonia, & prohibuimus eum, q̃a
non ſequitur nobiſcum. Et ait ad illũ
IESVS, Nolite prohibe. qui enim
nõ eſt aduerſum nos, pro nobis eſt.
¶ Factum eſt autem dum comple-
rentur dies aſſumptionis eius, & ip-
ſe faciem ſuã firmauit vt iret in Hie-
ruſalem. Et miſit nuncios ante con-
ſpectum ſuum: & euntes intrauerũt
in ciuitatem Samaritanorum vt pa-
rarent

rarent illi. Et non receperunt eum: quia facies eius erat euntis in Hieru-
G ſalem. Cum vidiſſent autem diſcipuli eius, Iacôbus & Ioannes, dixerūt, Domine, vis dicamus, vt ignis deſcē-
dat de cœlo, & conſumat illos? Et cō-
uerſus increpuit illos, dicens, Neſci-
tis cuius ſpiritus eſtis. Filius hominis nō venit animas perdere, ſed ſaluare.
Et abierunt in aliud caſtellum. ❡ Fa- Matt. 8. c
ctum eſt autem: ambulātibus illis in via, dixit quidam ad illum, Sequar te quocūq; ieris. Dixit illi IESVS, Vul-
pes foueas habēt, & volucres cœli ni-
dos: filius autem hominis non habet vbi caput reclinet. Ait autem ad alte-
rum, Sequere me. Ille autē dixit, Domine, permitte mihi primum ire & ſepelire patrem meum. Dixitq; ei IESVS, Sine vt mortui ſepeliant mor-
tuos ſuos: tu autem vade, & annun-
tia regnum dei. Et ait alter, Sequar te domine: ſed permitte mihi primum renuntiare his qui domi ſunt. Ait ad illum IESVS, Nemo mittens manū

ſuam ad aratrum & reſpiciens retro,
aptus eſt regno dei.

CAPVT X.

POſt hæc autem deſignauit A
dominus & alios ſeptua-
ginta: & miſit illos binos
ante faciem ſuam in omnẽ
ciuitatẽ & locum quò erat ipſe ven-
Mat.9.d turus. Et dicebat illis, Meſſis quidẽ,
multa: operarij autem, pauci. Rogate
ergo dominum meſſis vt mittat ope
Matt.10.a rarios in meſſem ſuam. Ite: ecce ego
Mar.6.a mitto vos ſicut agnos inter lupos.
&.b Nolite portare ſacculum, neq; perã,
neque calceamenta: & neminem per
viam ſalutaueritis. In quãcunq; do-
mum intraueritis, primũ dicite, Pax
huic domui. & ſi ibi fuerit filius pa-
cis, requieſcet ſuper illum pax veſtra:
ſin autem, ad vos reuertetur. In ea- B
dem autem domo manete, edẽtes &
bibentes quæ ab illis ſunt. dignus eſt
Mat.10.b enim operarius mercede ſua. Nolite
2.Tim.5.c tranſire de domo in domum. Et in
quãcunq; ciuitatẽ intraueritis, & ſu-

ſcęperint vos, manducate quæ appo
nuntur vobis: & curate infirmos qui
in illa ſunt, & dicite illis, Appropin-
quauit in vos regnũ dei. In quãcunq;
autem ciuitatem intraueritis, & non
ſuſcęperint vos: exeuntes in plateas
eius, dicite, Etiam puluerẽ qui adhę-
ſit nobis de ciuitate veſtra, extergim⁹
in vos. verũtamen hoc ſcitote quòd
appropinquauit regnum dei. Dico vo
bis ꝙ Sodomis in die illa remiſſius
erit, quàm illi ciuitati. Væ tibi Chora- Mat. 11. c
C zin, væ tibi Bethſaida: quia ſi in Tyro
& Sidône factæ fuiſſent virtutes quę
factæ ſunt in vobis, olim in cilicio &
cinere ſedentes pœniterent. Verunta-
men Tyro & Sidôni remiſſius erit in
iudicio, quàm vobis. Et tu Caphar-
naum vſq; ad cœlum exaltata: vſque
ad infernum demergêris. Qui vos au Mat. 10. d
dit, me audit: & qui vos ſpernit, me
ſpernit. Qui autem me ſpernit: ſper- Ioán. 13. c
nit eum qui miſit me. ℭ Reuerſi ſunt
autem ſeptuaginta cum gaudio, dicẽ
tes, Domine, etiã dęmonia ſubijciun-

tur nobis in nomine tuo. Et ait illis, Videbam ſatanã ſicut fulgur de cœlo cadentem. Ecce do vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes & ſcorpio/nes, & ſuper omnem virtutem inimi ci: & nihil vobis nocebit. Verũtamen in hoc nolite gaudere, ꝙ ſpiritus vo/bis ſubijciũtur: gaudete autem quòd nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. In ipſa hora exultauit ſpiritu IE/
Mat. 11. d SVS, & dixit, Cõfiteor tibi pater, do D
mine cœli & terræ quòd abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Etiã pater, quo/
Mat. 11. d niã ſic placuit ante te. ℂ Omnia mihi tradita ſunt à patre meo. Et nemo ſcit quis ſit filius, niſi pater: & quis ſit pa/ter, niſi filius, & cui voluerit filius re/uelare. Et cõuerſus ad diſcipulos ſeor
Mat. 13. b ſum, dixit, Beati oculi qui vidẽt quæ vos videtis. Dico enim vobis ꝙ mul ti prophetæ & reges voluerũt videre quæ vos videtis & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierũt.
Mat. 22. d ℂ Et ecce quidam legis peritus ſurre E

xit, tentans illũ, & dicens, Magiſter, Mar. 12.
quid faciendo vitam æternam poſſi-
debo? At ille dixit ad eũ, In lege quid
ſcriptum eſt? quomodo legis? Ille re-
ſpõdens, dixit, Diliges dominũ deum
tuũ ex toto corde tuo, & ex tota ani-
ma tua, & ex totis viribus tuis, & ex
tota mente tua: & proximum tuum
ſicut teipſum. Dixitq; illi, Recte reſpõ
diſti. hoc fac, & viues. Ille autem vo-
D lens iuſtificare ſeipſum, dixit ad IE-
SVM, Et quis eſt meus ꝓximus? Su-
ſcipiens autem IESVS, dixit, Homo
quidam deſcendebat ab Hieruſalẽ in
Iericho, & incidit in latrones, qui etiã
deſpoliauerunt eum: & plagis impo-
ſitis, abierũt ſemimortuo relicto. Ac-
cidit autem vt ſacerdos quidam de-
ſcenderet eadem via: & viſo illo præ-
teriuit. Similiter & leuita, cum eſſet
ſecus locum & videret eum, pertran-
F ſijt. Samaritanus autem quidam iter
faciens, vênit ad eum: & videns eum,
miſericordia motus eſt. Et appropiãs,
alligauit vulnera eius, infundẽs oleũ

& vinum: & imponens illum in iu-
mentum ſuum duxit in ſtabulum: &
curam eius egit. Et poſtero die egre-
diens, protulit duos denarios: & de-
dit ſtabulario, & ait, Curam illius ha
be: & quodcũq; ſupererogaueris, ego
cũ rediero, reddã tibi. Quis ergo ho-
triũ videtur tibi proximus fuiſſe illi
qui incidit in latrones? At ille dixit,
Qui fecit miſericordiam in illum. Et
ait illi IESVS, Vade, & tu fac ſimili-
ter. ℭ Factum eſt autem dum irent, G
& ipſe intrauit in quoddam caſtellũ:
& mulier quædam Martha nomine,
excepit illum in domũ ſuam, & huic
erat ſoror nomine Maria. quæ etiam
ſedens ſecus pedes IESV, audiebat
verbum illius. Martha autem ſatage-
bat circa frequens miniſteriũ. quæ ſte
tit, & ait, Domine, nõ eſt tibi curæ ꝙ
ſoror mea reliquit me ſolã miniſtra-
re? dic ergo illi vt me adiuuet. Et re-
ſpondens, dixit illi IESVS, Martha
Martha, ſolicita es, & turbaris circa
multa. Porrò, vnum eſt neceſſarium.

Maria optimam partem elegit: quæ non auferetur ab ea.

CAPVT XI.

A ET factum eſt: cum eſſet in quodam loco orans, vt ceſſauit, dixit vnus ex diſcipulis eius ad eum, Domine, doce nos orare, ſicut docuit Ioannes diſcipulos ſuos. Et ait illis, Cum oratis, dicite, Pater, ſanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis peccata noſtra, ſiquidẽ & nos dimittimus omni debenti nobis. Et ne nos inducas in tentationem. Et ait ad illos, Quis veſtrum habebit amicum, & ibit ad illũ media nocte, & dicet illi, Amice, cõmoda mihi tres panes, quoniam amicus meus vênit de via ad me, & non habeo quod ponã ante illum: & ille deintus reſpondens dicat, Noli mihi moleſtus eſſe, iam oſtiũ clauſum eſt, & pueri mei mecũ ſunt in cubili: non B poſſum ſurgere & dare tibi. Et ſi ille

Mat. 6, b

perſeuerauerit pulſans: dico vobis, et
ſi non dabit illi ſurgens eo quòd ami
cus eius ſit, propter improbitatem ta
mē eius ſurget, & dabit illi quotquot
Mat.7.a habet neceſſarios. Et ego dico vobis,
&.21.c Petite: & dabitur vobis. quærite: &
Mar.11.c inuenietis. pulſate: & aperietur vobis.
Ioan.14.b Omnis enim qui petit: accipit. & qui
&.16.c quęrit, inuenit. & pulſanti, aperietur.
Iacob.1.a Quis autem ex vobis patrē petit pa-
Mat.7.b nem, nunquid lapidem dabit illi? Aut
piſcem: nunquid pro piſce ſerpētem
dabit illi? Aut ſi petierit ouum: nun-
quid porriget illi ſcorpionē? Si ergo
vos cum ſitis mali, noſtis bona data
dare filijs veſtris: quanto magis pater
veſter cœleſtis dabit ſpiritum bonū
petentibus ſe? ¶ Et erat eijciens dæ-
Mat.9.d monium: & illud erat mutū. Et cum
&.12.b eieciſſet dęmonium, locutus eſt mu-
Mar.3.c tus: & admiratę ſunt turbę. Quidam
autem ex eis dixerunt, In Beelzebub
principe dæmoniorum eijcit dęmo-
nia. Et alij tentantes, ſignum de cœlo
quęrebant ab eo. Ipſe autem vt vidit C

cogitationes eorum, dixit eis, Omne
regnũ in ſe diuiſum, deſolatur: & do-
mus ſupra domum cadit. Si autem &
ſatanas in ſeipſum diuiſus eſt: quo-
modo ſtabit regnum eius, quia dici-
tis in Beelzebub me eijcere dæmo-
nia? Si autem ego in Beelzebub eijcio
dæmonia: filij veſtri in quo eijciunt?
Ideo ipſi iudices veſtri erunt. Porrò
ſi in digito dei eijcio dæmonia: profe
ctò peruênit ad vos regnũ dei. Cum
fortis armatus cuſtodit atrium ſuũ,
in pace ſunt ea quę poſſidet. Si autem
fortior illo ſuperueniés vicerit eum:
vniuerſa arma eius aufert, in quibus
confidebat, & ſpolia eius diſtribuit.
Qui non eſt mecum, contra me eſt: &
D qui nõ colligit mecum, diſpergit. Cû
immundus ſpiritus exierit de homi-
ne, ambulat per loca inaquoſa, quæ-
rens requiem. Et non inueniens, di-
cit, Reuertar in domum meam vnde
exiui. Et cum venerit: inuênit eã ſco-
pis mundatam & ornatam. Tunc va
dit, & aſſumit ſepté alios ſpiritus ſe-

cum nequiores ſe: & ingreſſi habitant
ibi. Et fiunt nouiſſima hominis illius,
peiora prioribus. ¶ Factum eſt autẽ:
cum hęc diceret, extollens vocẽ quę-
dam mulier de turba, dixit illi, Bea-
tus venter qui te portauit, & vbera
quæ ſuxiſti. At ille dixit, Quinimmò,
beati qui audiunt verbum dei, & cu-
ſtodiunt illud. ¶ Turbis autem con-
Mat. 12. c currentibus, cœpit dicere, Generatio
hæc, generatio nequam eſt. ſignum
quærit, & ſignum non dabitur ei, niſi
ſignum Ionæ. Nam ſicut fuit Ionas
Ionæ. 2. a ſignum Niniuitis: ita erit & filius ho-
minis generationi iſti. Regina auſtri
ſurget in judicio cum viris generatio-
nis huius, & condemnabit illos: quia
vênit à finibus terræ audire ſapientiã
3. Re. 10. a Salomonis. & ecce plus quàm Salo-
2. Par. 9. a mon hîc. Viri Niniuitæ ſurgent in iu E
dicio cum generatione hac, & condẽ-
nabunt illam: quia pœnitentiam ege-
Ionæ. 3. b runt in prædicatione Ionæ. & ecce
Mat. 5. b plus quàm Ionas hîc. ¶ Nemo lu-
Mar. 4. c cernam accendit, & in abſcondito po

nit. neq; ſub modio: ſed ſupra cande-
labrum, vt qui ingrediuntur, lumē vi
deant. Lucerna corporis, eſt oculus. Mat. 6. c
Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum
corpus tuum lucidum erit. ſi autē ne
quam fuerit, etiam corpus tuum, te-
nebroſum erit. Vide ergo ne lumen
quod in te eſt, tenebræ ſint. Si ergo
corpus tuum totum lucidum fuerit:
non habēs aliquam partem tenebra-
rum: erit lucidum totum, vt cum lu-
F cerna fulgore illuminat te. ℭ Et cum
loqueretur, rogauit illum quidā pha-
riſæus vt pranderet apud ſe. IESVS
autem ingreſſus, recubuit. Phariſæus
autem cœpit intra ſe reputans dicere,
quare non baptizatus eſſet ante pran
dium. Et ait dominus ad illum, Nūc Mat. 23. c
vos phariſæi quod deforis eſt calicis
& catini mūdatis: quod autem intus
eſt veſtrum, plenum eſt rapina & ini-
quitate. Stulti, nonne qui fecit quod
foris eſt, etiam id quod deintus eſt, fe
cit? Veruntamen quod ſupereſt, date
eleemoſynam: & ecce omnia munda

ſunt vobis. Sed væ vobis phariſæis,
quia decimatis mentam & rutam &
omne olus: & præteritis iudicium &
charitatem dei. hæc autē oportuit fa-
Infr.20.g cere, & illa non omittere. Væ vobis
Mat.23.a phariſæis: quia diligitis primas cathe
Mar.12.d dras in ſynagogis, & ſalutationes in
foro. Væ vobis: quia eſtis vt monu-
menta quæ non parent, & homines
ambulantes ſupra, neſciunt. Reſpon-
dens autem quidam ex legis peritis,
ait illi, Magiſter, hæc dicens, etiam cō
Mat.23.a tumeliā nobis facis. At ille ait, Et vo- G
bis legis peritis væ: quia oneratis ho
mines oneribus quæ portare nō poſ-
ſunt, & ipſi vno digito veſtro nō tan
gitis ſarcinas. Væ vobis qui ędificatis
monumenta prophetarū: patres au-
tem veſtri occiderunt illos. profectò
teſtificamini quòd conſentitis operi-
bus patrum veſtrorum: quoniam ipſi
quidem eos occiderunt, vos autē ędi
ficatis eorum ſepulcra. Propterea &
ſapientia dei dixit, Mittam ad illos
prophetas & apoſtolos, & ex illis oc-

cident & perſequentur: vt requiratur
ſanguis omnium prophetarum, qui
effuſus eſt à conſtitutione mundi, à Gen. 4. b
generatione iſta, à ſanguine Abel, vſq; 2. Pa. 24. f
ad ſanguinem Zacharię qui perijt in-
ter altare & ædem. Ita dico vobis, re
quiretur ab hac generatione. Væ vo-
bis legis peritis, qui tuliſtis clauem
ſcientię: ipſi non introiſtis, & eos qui
introibant, prohibuiſtis. Cum hęc ad
illos diceret, cœperunt phariſæi & le
gis periti grauiter inſiſtere, & os eius
G opprimere de multis, inſidiãtes ei, &
quęrentes aliquid capere ex ore eius,
vt accuſarent eum.

CAPVT XII.

A Mvltis autem turbis concur
rentibus, ita vt ſeinuicem
conculcarent, cœpit dice-
re ad diſcipulos ſuos, At-
tendite à fermento phariſæorũ quod
eſt hypocriſis. Nihil enim opertum Mat. 16. a
eſt, quod non reueletur: neq; abſcon Mar. 8. b
ditum, quod non ſciatur. Quoniam Mat. 10. c
quæ in tenebris dixiſtis, in lumine di Mar. 4. c

centur:& quod in aurem locuti eſtis
in cubiculis,prędicabitur in tectis. Di
co autem vobis amicis meis, Ne ter/
reamini ab his qui occidunt corpus,
& poſt hęc non habent amplius quid
faciant. Oſtendam autem vobis quē
timeatis: Timete eum, qui poſtquam
occiderit, habet poteſtatē mittere in
gehennā. ita dico vobis, hunc timete.
Nónne quinq; paſſerculi væneūt di/ B
pondio:& vnus ex illis nō eſt in ob/
liuione coram deo? Sed & capilli ca/
pitis veſtri omnes numerati ſunt. No
lite ergo timere: multis paſſerculis
pluris eſtis vos. Dico autē vobis, om
Mat. 10.d nis quicunq; confeſſus fuerit me co/
Mar. 8.d ram hominibus, & filius hominis cō
fitebitur illum coram angelis dei. qui
autem negauerit me coram homini/
bus, negabitur coram angelis dei. Et
Mat. 12.c omnis qui dicit verbum in filium ho
Mar. 3.d minis, remittetur illi: ei autem qui in
ſpiritum ſanctū blaſphemauerit, non
Mat. 10.d remittetur. Cum autem inducēt vos
Mar. 13.b in ſynagogas, & ad magiſtratus & po

teſtates, nolite ſoliciti eſſe qualiter
aut quid reſpondeatis, aut quid dica-
tis. Spiritus ení ſanctus docebit vos
in ipſa hora quid oporteat vos dice-
re. ¶ Ait autem ei quidam de turba,
Magiſter, dic fratri meo vt diuidat
mecum hæreditatem. At ille dixit ei,
Homo, quis me conſtituit iudicé aut
diuiſoré ſupra vos? Dixitq; ad illos,
B Videte & cauete ab auaritia: quia nó
in abundantia cuiuſquam vita eius
C eſt ex his quæ poſſidet. Dixit auté ſi- Ecci. 11. c
militudinem ad illos, dicens, Homi-
nis cuiuſdam diuitis vberes fructus
ager attulit: & cogitabat intra ſe, di-
cens, Quid faciam: quia non habeo
quò congregem fructus meos? Et di-
xit, Hoc faciam: deſtruá horrea mea,
& maiora faciam: & illuc congrega-
bo omnia quę nata ſunt mihi & bona
mea, & dicam animæ meæ. Anima,
habes multa bona poſita in ãnos plu
rimos: requieſce, comede, bibe, læta-
re. Dixit auté illi deus, Stulte, hac no-
cte animam tuam repetunt à te: quæ

autem paraſti,cuius erũt? Sic qui ſibi
theſaurizat,& non eſt in deum diues.
¶Dixitq; ad diſcipulos ſuos, Ideo
Mat.6.c dico vobis,nolite ſoliciti eſſe animæ
1.Pet.6. b veſtræ quid manducetis:neq; corpo-
Pſal.54. d ri,quid induamini. Anima plus eſt q̃;
eſca:& corpus plus q̃; veſtimentum.
Conſiderate coruos,quia non ſemi-
nant neq; metunt,quibus non eſt cel
larium neq; horreum : & deus paſcit
illos. Quanto magis vos pluris eſtis D
illis? Quis autem veſtrum ſolicite co
gitando poteſt adijcere ad ſtaturam
ſuam cubitum vnum? Si ergo neque
quod minimum eſt poteſtis:quid de
cæteris ſoliciti eſtis? Conſiderate lilia
quomodo creſcunt:non laborãt neq;
nent.dico autem vobis: neque Salo-
mon in omni gloria ſua veſtiebatur
ſicut vnum ex iſtis. Si autem fœnum
quod hodie eſt in agro, & cras in cli-
banum mittitur,deus ſic veſtit:quan
to magis vos,puſillæ fidei?Et vos no
lite quęrere quid manducetis,aut qd
bibatis:& nolite in ſublime tolli.hæc
autem

autem omnia gentes mundi quærũt.
Pater autem veſter ſcit quòd his indi
getis. Verùtamen quærite regnũ dei:
& hæc omnia adijcientur vobis. No-
lite timere puſille grex, quia compla
cuit patri veſtro dare vobis regnum.
Vendite quæ poſſidetis, & date eleé-
moſynam. Facite vobis ſacculos qui Mat. 6. e
non veteraſcunt, theſaurum non de-
ficientem in cœlis, quò fur nõ appro-
D piat: neq; tinea corrumpit. Vbi enim
theſaurus veſter eſt, ibi & cor veſtrũ
E erit. Sint lumbi veſtri præcincti, & lu
cernæ ardentes & vos, ſimiles homi-
nibus expectãtibus dominum ſuum
quando reuertatur à nuptijs: vt cum
venerit & pulſauerit, confeſtim ape-
riant ei. Beati ſerui illi, quos cum ve-
nerit dominus, inuenerit vigilantes.
amen dico vobis quòd præcinget ſe,
& faciet illos diſcumbere, & trãſiens
miniſtrabit illis. Et ſi venerit in ſecun
da vigilia, & ſi in tertia vigilia vene-
rit & ita inuenerit: beati ſunt ſerui il-
li. Hoc autem ſcitote quòd ſi ſciret pa Mat. 24. d

terfamiliâs qua hora fur veniret, vi-
gilaret vtiq;, & nõ ſineret perfodi do
mum ſuam. Et vos eſtote parati: quia
qua hora non putatis, filius hominis
veniet. Ait autem ei Petrus, Domine,
ad nos dicis hâc parabolam: an & ad
omnes? Dixit autem dominus, Quiſ-
putas eſt fidelis diſpenſator & pru-
dens, quem cõſtituet dominus ſupra
familiam ſuam, vt det illis in tempo
Apo. 16. c re, tritici menſurã? Beatus ille ſeruus,
quem, cum venerit, dominus inuene
rit ita facientẽ. verè dico vobis, quòd
ſupra omnia quæ poſſidet, conſtituet
illum. Quòd ſi dixerit ſeruus ille in F
corde ſuo, Morã facit dominus meus
venire: & cœperit percutere ſeruos &
ancillas, & edere & bibere & inebria-
ri: veniet dominus ſerui illius in die
qua non ſperat, & hora qua neſcit: &
diuidet eum, partemq; eius cum in-
fidelibus ponet. ¶ Ille autem ſeruus
qui cognouit volũtatem domini ſui,
& non ſe præparauit, & non fecit ſe-
cundum voluntatem eius, vapulabit

multis: qui autem non cognouit, & fecit digna plagis: vapulabit paucis. Cuicunq; vero multum datum eſt, multum quęretur ab eo: & cui commendauerunt multũ, plus petent ab eo. Ignem veni mittere in terram: & quid volo niſi vt accendatur? Baptiſmo autẽ habeo baptizari: & quomodo coartor, vſquedũ perficiatur? Putatis ꝙ pacem venerim mittere in terram? Non, dico vobis: ſed ſeparationem. erũt enim ex hoc, quinq; in domo vna diuiſi, tres in duos, & duo in tres: diuidetur pater in filium, & filiꝰ in patrẽ ſuum: mater in filiam, & filia in matrem: ſocrus in nurum ſuam, & nurus in ſocrum ſuam. Dicebat autem ad turbas, Cum videritis nubẽ orientẽ ab occaſu, ſtatim dicitis, Nimbus venit: & ita fit, & cum auſtrum flantem: dicitis, quòd ęſtus erit: & fit. Hypocritæ, faciem cœli & terræ noſtis probare: hoc autem tempus quomodo nõ probatis? Quid autem & à vobiſipſis nõ iudicatis quod iuſtum

Mat. 10. d

G

Mat. 16. a
Mar. 8. b

Mat. 5. d eſt? Cum enim vadis cum aduerſario
tuo ad principem, in via da operam li
berari ab illo: ne forte trahat te ad iu-
dicem, & iudex tradat te exactori, &
exactor mittat te in carcerem. Dico ti
bi, non exibis inde, donec etiã nouiſſi
mum minutum reddas.

CAPVT XIII.

A Derãt autem quidam ipſo in tempore, nuntiantes illi de Galilæis, quorũ ſangui- nem Pilatus miſcuerat cũ ſacrificijs eorum. Et reſpondens dixit illis, Putatis quòd hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, q\[uia\] talia paſſi ſunt? Non dico vobis: ſed niſi pœnitentiam habueritis, omnes ſimiliter peribitis. Sicut illi decem & octo ſuprà quos cecidit turris in Siloe, & occidit eos: putatis quòd & ipſi debitores fuerint præter omnes homines habitantes in Hieruſalem? Non dico vobis: ſed ſi pœnitentiam non egeritis omnes ſimiliter peribitis. Dicebat autem & hãc ſimilitudi-

B nem, Arborem fici habebat quidam
plantatam in vinea ſua: & vênit quę-
rens fructum in illa, & non inuênit.
Dixit autem ad cultorem vineæ, Ecce
anni tres ſunt ex quo venio quærens
fructum in ficu hac: & non inuenio.
Succîde ergo illam. vt quid etiam ter
ram occupat? At ille reſpondens dicit
illi, Domine, dimitte illam & hoc an-
no, vſquedum fodiam circa illam, &
mittam ſtercora. & ſiquidẽ fecerit fru
ctum: ſin autem, in futurum ſuccîdes
eam. ¶ Erat autem docens in ſynago
ga eorũ ſabbatis. Et ecce mulier quæ
habebat ſpiritũ infirmitatis annis de-
cem & octo: & erat inclinata, nec om
nino poterat ſurſum reſpicere. Quã
C cum videret IESVS, vocauit eã ad
ſe, & ait illi, Mulier, dimiſſa es ab in-
firmitate tua. Et impoſuit illi manus:
& confeſtim erecta eſt, & glorificabat
deum. Reſpondens autem archiſyna
gogus, indignans ꝙ ſabbato curaſſet
IESVS: dicebat turbæ, Sex dies ſunt
in quibus oportet operari. in his ergo

venite & curamini: & non in die ſab C
bati. Reſpondens autem ad illum do
minus, dixit Hypocritæ, vnuſquiſqꝫ
veſtrum ſabbato non ſoluit bouem
ſuum aut aſinum à præſepio, & ducit
adaquare? hác autem filiam Abrahæ, D
quam alligauit ſatanas ecce decem &
octo annis, non oportuit ſolui à vin-
culo iſto die ſabbati? Et cum hæc di-
ceret, erubeſcebant omnes aduerſarij
eius: & omnis populus gaudebat in
vniuerſis quæ glorioſe fiebant ab eo.
Mat.13.c Dicebat autem, Cui ſimile eſt regnũ
Mar.4.c dei: & cui ſimile faciam illud? Simile
eſt grano ſinapis, quod acceptum ho
mo miſit in ortum ſuum & creuit, &
factum eſt in arborem magnam, &
volucres cœli requieuerunt in ramis
Mat.13.c eius. Et iterum dixit. Cui ſimile fa- E
ciam regnum dei? Simile eſt fermen-
to quod acceptum mulier abſcondit
in farinæ ſata tria, donec fermentare-
tur totum. ℭEt ibat per ciuitates &
caſtella docens: & iter faciens in Hie-
ruſalem. Ait autem illi quidam, Do-

mine, ſi pauci ſunt qui ſaluãtur? Ipſe
autem dixit ad illos, Contendite in- Mat.7.b
trare per anguſtam portã: quia mul-
ti, dico vobis, quęrent intrare, & non
poterunt. Cum autem intrauerit pa-
terfamiliâs & clauſerit oſtium, & in-
cipietis foris ſtare, & pulſare oſtium
dicentes, Domine domine aperi no- Mat.7.d
F bis: & reſpondens dicet vobis, Neſcio
vos vnde ſitis: tunc incipietis dicere,
Manducauimus corã te & bibimus,
& in plateis noſtris docuiſti. Et dicet
vobis, Neſcio vos vnde ſitis, diſcedi- Pſal.6.c
te à me omnes operarij iniquitatis. Mat.7.b
Ibi erit fletus & ſtridor dentium; &.25.d
cum videritis Abrahã & Iſaac & Ia-
cob, & omnes prophetas in regno
dei, vos autẽ expelli foras. Et venient
ab oriente & occidente & aquilone
& auſtro: & accumbent in regno dei.
Et ecce, ſunt nouiſſimi, qui erunt pri-
mi: & ſunt primi, qui erunt nouiſſi- Mat.19.d
mi. ¶ In ipſa die acceſſerunt quidam &.20.b
phariſæorum, dicẽtes illi, Exi & vade Mar.10.d
hinc: quia Herodes vult te occidere.

Et ait illis. Ite, dicite vulpi illi, Ecce G
eijcio dæmonia & ſanitates perficio
hodie & cras, & tertia die conſumor.
Verùtamen oportet me hodie & cras
& ſequenti die ambulare: quia nõ ca/
pit prophetam perire extra Hieruſa/
Mat.23.d lem. Hieruſalem Hieruſalẽ quę occi/
dis prophetas & lapidas eos qui mit
tuntur ad te, quoties volui cõgrega/
re filios tuos quẽadmodum auis ni/
dum ſuũ ſub pennis, & noluiſtis. Ecce
relinquitur vobis domus veſtra de/
ſerta. Dico autẽ vobis ꝙ nõ videbitis
me donec veniat cum dicetis, Benedi
ctus qui venit in nomine domini.

CAPVT XIIII.

ET factum eſt: cum introiſ/ A
ſet IESVS in domum cu/
iuſdam principis phariſæo
rum ſabbato mãducare pa
nem, & ipſi obſeruabant eum. Et ecce
homo quidam hydropicus erat ante
illum. Et reſpõdens IESVS, dixit ad
legis peritos & phariſæos, dicens, Si
licet ſabbato curare? At illi tacuerunt.

Ipſe vero apprehēſum ſanauit eum:
ac dimiſit. Et reſpondens ad illos, di/
xit, Cuius veſtrum aſinus, aut bos in
puteum cadet: & non cōtinuo extra/
B het illum die ſabbati? Et non poterat
ad hæc reſpōdere illi. Dicebat autem
ad inuitatos parabolā, intēdens quo/
modo primos accubitus eligerent, di
cēs ad illos, Cum inuitatus fueris ad
nuptias, non diſcūbas in primo loco:
ne forte honoratior te ſit inuitatus
ab illo: & veniens is qui te & illū vo/
cauit, dicat tibi, Da huic locū: & tunc
C incipias cum rubore nouiſſimum lo
cum tenere. ſed cum vocatus fueris, Prou.25.a
vade, recumbe in nouiſſimo loco: vt
cū venerit qui te inuitauit, dicat tibi,
Amice, aſcende ſuperius. Tūc erit tibi
gloria coram ſimul diſcumbentibus:
quia omnis qui ſe exaltat, humiliabi/ Infra.18.c
tur: & qui ſe humiliat, exaltabitur. Di Mat.23.b
cebat autem & ei qui ſe inuitauerat, Tob.4.b
Cum facis prādium aut cœnam, noli Prou.3.b
vocare amicos tuos, neq; fratres tu/
os, neq; cognatos, neq; vicinos diui/

tes: ne forte & ipſi te reinuitẽt, & fiat
tibi retributio: ſed cũ facis cõuiuium,
voca pauperes, debiles, claudos, &
cæcos: & beatus eris, quia nõ poſſunt D
retribuere tibi. retribuetur enim tibi
in reſurrectione iuſtorum. Hæc cum
audiſſet quidam de ſimul diſcũben-
tibus, dixit illi, Beatus qui manducat
panẽ in regno dei. At ipſe dixit ei, Ho
Mat.22.a mo quidam fecit cœnam magnam:
Apoc.19.b & vocauit multos. Et miſit ſeruum
ſuum hora cœnæ dicere inuitatis vt
venirẽt: quia iam parata ſunt omnia:
Et cœperunt ſimul omnes excuſare.
Primus dixit ei, Villam emi: & neceſ
ſe habeo exire & videre illã. rogo te,
habe me excuſatũ. Et alter dixit, Iuga
boum emi quinq;: & eo probare illa.
rogo te, habe me excuſatum. Et alius
dixit, Vxorem duxi: & ideo non poſ E
ſum venire. Et reuerſus ſeruus, nun-
tiauit hæc domino ſuo. Tũc iratus pa
terfamilias: dixit ſeruo ſuo. Exi cito
in plateas & vicos ciuitatis: & paupe
res ac debiles & cæcos & claudos in-

troduc huc. Et ait ſeruus, Domine, fa-
ctum eſt vt imperaſti: & adhuc locus
eſt. Et ait dominus ſeruo, Exi in vias
& ſepes: & compelle intrare: vt im-
pleatur domus mea. Dico autem vo-
bis quòd nemo virorum illorum qui
vocati ſunt, guſtabit cœnam meam.
¶ Ibant autē turbæ multæ cum eo:
F & conuerſus dixit ad illos, Si quis ve- Mat. 10. d
nit ad me, & non odit patrem ſuum
& matrem, & vxorem & filios, & fra
tres & ſorores, adhuc autem & ani-
mam ſuā: non poteſt meus eſſe diſci-
pulus. & qui non baiulat crucē ſuam Mat. 10. d
& venit poſt me: nō poteſt meus eſſe &. 16. d
diſcipulus. Quis enim ex vobis vo- Mar. 8. d
lens turrim ædificare, nō prius ſedēs
cōputat ſumptus qui neceſſarij ſunt,
ſi habeat ad perficiendū: ne poſtea q̄ij
poſuerit fundamentum, & nō potue
rit perficere, omnes qui viderint inci-
piant illudere ei, dicentes, Hic homo
cœpit ædificare & nō potuit cōſum-
G mare? Aut quis rex iturus committe
re bellum aduerſus alium regem, nō

ſedens prius cogitat ſi poſſit cum de-
cem millibus occurrere ei qui cũ vi-
ginti millibus venit cõtra ſe? alioquin
adhuc illo longe agente, legationem
mittens, rogat ea quæ pacis ſunt. Sic
ergo omnis ex vobis qui non renun-
tiat omnibus quæ poſſidet, non po-
teſt meus eſſe diſcipulus. Bonum eſt
Mat. 5.b ſal. Si autem ſal euanuerit: in quo cõ-
Mar. 9. g dietur? Neq; in terrã, neq; in ſterqui-
liniũ vtile eſt, ſed foras mittetur. Qui
habet aures audiendi, audiat.

CAPVT XV.

ERant autem appropinquã- A
tes ei publicani & peccato
res, vt audirent illum. Et
murmurabant phariſæi &
ſcribę dicẽtes, Hic peccatores recipit,
Mat. 18. g & manducat cum illis. Et ait ad illos
parabolam iſtam, dicens, Quis ex vo
bis homo qui habet centum oues: &
ſi perdiderit vnam ex illis, nónne di-
mittit nonagintanouẽ in deſerto, &
vadit ad illã quę perierat, donec inue
niat eam? Et cum inuenerit eam, im-

ponit in humeros ſuos gaudēs: & ve
niens domum, cōuocat amicos & vi
B cinos, dicens illis, Congratulamini
mihi, quia inueni ouem meā quæ pe-
rierat. Dico vobis quòd ita gaudium
erit in cœlo ſuper vno peccatore pœ
nitentiam agente, magis quàm ſuper
nonagintanouem iuſtis qui non indi
gent pœnitentia. Aut quæ mulier ha-
bens drachmas decem: ſi perdiderit
drachmam vnam, nónne accendit lu
cernam & euerrit domum & quærit
diligenter, donec inueniat eam? Et cū
inuenerit: cōuocat amicas & vicinas,
dicens, Cōgratulamini mihi quia in-
ueni drachmam quam perdideram.
Ita dico vobis: gaudium erit coram
angelis dei ſuper vno peccatore pœ-
C nitentiam agente. Ait autem, Homo
quidā habuit duos filios: & dixit ado
leſcētior ex illis, patri, Pater, da mihi
portionem ſubſtantiæ quæ me cōtin
git. Et diuiſit illis ſubſtantiam. Et poſt
non multos dies, congregatis omni-
bus, adoleſcentior filius peregre pro-

fectus eſt in regionem longinquam:
& ibi diſſipauit ſubſtantiam ſuam vi
uendo luxurioſe. Et poſtquã omnia
conſumpſiſſet, facta eſt fames valida
in regione illa, & ipſe cœpit egere. &
abijt, & adhæſit vni ciuium regionis
illius. Et miſit illum in villam ſuã vt
paſceret porcos. Et cupiebat implere
ventrem ſuum de ſiliquis quas porci
manducabant: & nemo illi dabat. In
ſe autem reuerſus, dixit, Quot mer- D
cenarij patris mei abundant panibus:
ego autẽ hic fame pereo? Surgam, &
ibo ad patrem meum, & dicam ei, Pa-
ter, peccaui in cœlum & corã te. iam
nõ ſum dignus vocari filius tuus: fac
me ſicut vnum de mercenarijs tuis.
Et ſurgens venit ad patrẽ ſuum. Cum
autem adhuc longe eſſet, vidit illum
pater ipſius, & miſericordia motus
eſt, & accurrens cecidit ſuper collum
eius, & oſculatus eſt eũ. Dixitq́ ei fi- E
lius, Pater, peccaui in cœlum & corã
te. iam non ſum dignus vocari filius
tuus. Dixit autẽ pater ad ſeruos ſuos,

Cito proferte ſtolam primam, & in-
duite illum, & date anulũ in manum
eius: & calceamenta in pedes eius: &
adducite vitulum ſaginatũ & occidi-
te, & manducemus & lætemur: quia
hic filius meus mortuus erat & reui-
xit, perierat & inuẽtus eſt. Et cœperũt
F lætari. Erat autẽ filius eius ſenior in
agro. & cum veniret & appropinqua
ret domui, audiuit ſymphoniã & cho
rum, & vocauit vnũ de ſeruis, & in-
terrogauit quid hęc eſſent. Iſq; dixit
illi. Frater tuus vẽnit: & occidit pater
tuus vitulum ſaginatũ, quia ſaluum
illum recępit. Indignatus eſt autẽ &
G nolebat introire. Pater ergo illius e-
greſſus cœpit rogare illum. At ille re
ſpõdens, dixit patri ſuo, Ecce tot an-
nis ſeruio tibi, & nunq̃ mandatũ tuũ
præteriui: & nunq̃ dediſti mihi hœ-
dum vt cum amicis meis lętarer: ſed
poſtquã filius tuus hic qui deuorauit
ſubſtantiã tuam cũ meretricibus, vẽ-
nit, occidiſti illi vitulum ſaginatum.
At ipſe dixit illi, Fili, Tu ſemper me-

cum es, & omnia mea tua ſunt, lætari autem & gaudere oportebat: quia frater tuus hic, mortuus erat & reuixit: perierat, & inuentus eſt.

CAPVT XVI.

A DIcebat autem & ad diſcipulos ſuos, Homo quidã erat diues qui habebat diſpenſatorem: & hic diffamatus eſt apud illũ: quaſi diſſipaſſet bona ipſius. Et vocauit illũ, & ait illi, Quid hoc audio de te? redde rationẽ diſpenſationis tuæ: iam enim non poteris diſpenſare. Ait autem diſpẽſator intra ſe, Quid faciam, quia dominus meus aufert à me diſpenſationem? fodere non valeo, mendicare erubeſco. ſcio quid faciam: vt cum amotus fuero à diſpẽſatione, recipiant me in domos ſuas. Conuocatis itaq; ſingulis B debitoribus domini ſui, dicebat primo, Quantum debes domino meo? At ille dixit, Centum batos olei. Dixitq; illi, Accipe cautionem tuam, & ſede cito & ſcribe quinquaginta. Deinde

in de alij dixit, Tu vero quantum de-
bes? Qui ait, Cẽtum coros tritici. Ait
illi, Accipe literas tuas, & ſcribe octo
ginta. Et laudauit dominus diſpenſa
torem iniquum ꝙ prudenter feciſſet:
quia filij huius ſeculi, prudẽtiores fi-
C lijs lucis in generatione ſua ſunt. Et
ego vobis dico, facite vobis amicos
de mãmona iniquitatis: vt cum defe-
ceritis, recipiant vos in æterna taber-
nacula. Qui fidelis eſt in minimo, &
in maiori fidelis eſt: & qui in modico
iniquus eſt, & in maiori iniquus eſt.
Si ergo in iniquo mammona fideles
non fuiſtis qđ verum eſt, quis credet
vobis? Et ſi ĩ alieno fideles nõ fuiſtis:
quod veſtrũ eſt quis dabit vobis? Ne-
mo ſeruus poteſt duobus dominis Mat.6.c
ſeruire. aut enim vnum oderit, & al-
terum diliget: aut vni adhęrebit, & al
D terum contẽnet. non poteſtis deo ſer
uire & mãmonæ. ¶ Audiebãt autem
omnia hæc phariſæi qui erãt auari: &
deridebãt illum. Et ait illis, Vos eſtis
qui iuſtificatis vos coram hominibꝰ:

deus autem nouit corda veſtra. quia
quod hominibus altũ eſt: abomina/
Mat.11.b tio eſt ante deũ. Lex & prophetę,vſq;
ad Ioãnem.ex eo regnũ dei euange/
lizatur, & omnis in illud vim facit.
Mat.5.c Facilius eſt autẽ cœlum & terã præ/
terire, q̃ de lege vnum apicẽ cadere.
Omnis qui dimittit vxorẽ ſuam,& al
Mat.5.e teram ducit,mœchatur: & qui dimiſ/
Mar.10.b ſam à viro ducit, mœchaẽ. ¶ Homo E
1.Cor.7.b quidã erat diues qui induebatur pur/
pura & byſſo: & epulabatur quotidiẽ
ſplendide.Et erat quidã mendicus no
mine Lazarus,qui iacebat ad ianuam
eius, vlceribus plenus, cupiens ſatu/
rari de micis quæ cadebant de menſa
diuitis. Sed & canes veniebant & lin/
gebãt vlcera eius. Factum eſt autẽ vt
moreretur mẽdicus, & portaretur ab
angelis in ſinũ Abrahæ. Mortuus eſt F
autem & diues,& ſepultus eſt in infer
no.Et eleuãs oculos ſuos cum eſſet in
tormentis, vidit Abraham à longe,&
Lazarum in ſinu eius: & ipſe clamãs
dixit, Pater Abrahã miſerere mei,&

mitte Lazarum vt intingat extremũ
digiti ſui in aquã, vt refrigeret linguã
meã, quia crucior in hac flãma. Et di-
xit illi Abrahã, Fili, recordare ꝙ recę-
G piſti bona in vita tua, & Lazarus ſimi
liter mala: nunc autẽ, hic conſolatur,
tu vero cruciaris. & in his omnibus,
inter nos & vos chaos magnũ firma-
tum eſt, vt hi qui volũt hinc trãſire ad
vos non poſſint, neq; inde huc tranſ-
meare. Et ait, Rogo ergo te pater, vt
mittas eũ in domũ patris mei. habeo
enim quinq; fratres, vt teſtetur illis ne
& ipſi veniant in hunc locũ tormen-
torũ. Et ait illi Abrahã, Habent Moy-
ſen & prophetas: audiãt illos. At ille
dixit, Non, pater Abraham: ſed ſi quis
ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam
agent. Ait autẽ illi, Si Moyſen & pro-
phetas non audiunt: neque ſi quis ex
mortuis reſurrexerit, credent.

CAPVT XVII.

A ETait ad diſcipulos ſuos, Im Mār.18.a
poſſibile eſt vt nõ veniant Mar.9 f
ſcandala: væ autem illi per

quem veniunt. vtilius eſt illi, ſi lapis
molaris imponatur circa collũ eius,
& proijciatur in mare, quàm vt ſcan-
Mat.18.b dalizet vnum de puſillis iſtis. Atten-
Leui.19.d dite vobis. Si peccauerit in te frater
Eccli.19.b tuus, increpa illum. & ſi pœnitẽtiam
Mat.18.c egerit, dimitte illi. & ſi ſepties in die
peccauerit in te, & ſepties in die con-
uerſus fuerit ad te dicẽs, pœnitet me:
Mat.17.c dimitte illi. Et dixerunt apoſtoli do- B
mino, Adauge nobis fidẽ. Dixit autẽ
dominus, Si habueritis fidẽ ſicut gra-
nũ ſinapis: dicetis huic arbori moro,
Eradicare & trãſplantare in mare: &
obediet vobis. ℭ Quis autẽ veſtrum
habens ſeruum arantem aut paſcentẽ
qui regreſſo de agro dicat, Statim trã-
ſi & recumbe: & nõ dicit, Para quod
cœnẽ, & pręcinge te & miniſtra mihi
donec manducem & bibam, & poſt
hęc tu manducabis & bibes? Nũquid C
gratiã habet ſeruo illi, quia fecit quæ
ei imperauerat? Non puto. Sic & vos
cũ feceritis omnia quæ pręcępta ſunt
vobis, dicite, Serui inutiles ſumus.

quod debuimus facere,fecimus. ¶ Et
factum eſt dum iret in Hieruſalē tran
ſibat per mediam Samariam & Gali-
læam. Et cum ingrederetur quoddā
caſtellum, occurrerunt ei decem viri
leproſi. qui ſteterunt à longe & leua-
uerunt vocem,dicentes, IESV præ-
D ceptor, miſerere noſtri, Quos vt vi-
dit,dixit, Ite,oſtendite vos ſacerdo-
tibus. Et factum eſt:dum irent,mun-
dati ſunt. Vnus autem ex illis, vt vi-
dit ꝙ mūdatus eſt:regreſſus eſt cum
magna voce glorificans deum.& ce-
cidit in faciē ante pedes eius, gratias
agens:& hic erat Samaritanus. Reſpō-
dens autem IESVS,dixit. Nōne de-
cem mundati ſunt?& nouē vbi ſunt?
Non eſt inuentus qui rediret,& daret
gloriam deo,niſi hic alienigena. Et ait
illi, Surge,vade:quia fides tua te ſal-
E uum fecit. ¶ Interrogatus autē à pha
riſæis, quando venit regnum dei.re-
ſpōdens eis,dixit, Non veniet regnū
dei cū obſeruatione:neq; dicent,Ecce
hic,aut ecce illic. Ecce enim regnū dei

intra vos eſt. Et ait ad diſcipulos ſuos,
Venient dies quando deſiderabitis vi
dere vnum diem filij hominis: & nõ
Mat. 24.b videbitis. Et dicent vobis, Ecce hic &
Mar, 13. c ecce illic. Nolite ire, neque ſectemini.
nam ſicut fulgur coruſcãs de ſub cœ-
lo in ea quæ ſub cœlo ſunt, fulget: ita
erit filius hominis in die ſua. Primũ F
autẽ oportet illum multa pati, & re-
Mat. 24.d probari à generatione hac. Et ſicut fa-
Geñ. 7.b ctum eſt in diebus Noe: ita erit & in
diebus filij hominis. Edebant & bibe-
bant, vxores ducebant & dabatur ad
nuptias vſq; in diẽ qua intrauit Noe
in arcam: & vênit diluuium & perdi-
dit omnes. Similiter ſicut factum eſt
Geñ. 19.e in diebus Loth. Edebant & bibebant,
emebant & vendebant, plantabant &
ędificabant: qua die autem exijt Loth
à Sodomis, pluit ignem & ſulphur
de cœlo & omnes perdidit. ſecũdum G
hæc erit qua die filius hominis reue-
latur. In illa hora qui fuerit in tecto,
& vaſa eius in domo: ne deſcẽdat tol
lere illa. & qui in agro: ſimiliter non

redeat retro. Memores eſtote vxoris Geñ.19.e
Loth. Quicunque quæſierit animam Supra.9.c
ſuam ſaluam facere, perdet illam. & Mat.10.d
quicunque perdiderit illam, viuifica- Mar.8.d
bit eam. Dico vobis, in illa nocte erũt Ioã.12.d
duo in lecto vno: vnus aſſumetur & Mat.24.d
alter relinquetur. duæ erunt molen-
tes in vnum: vna aſſumetur & altera
relinquetur. Et reſpondentes dicunt
illi, Vbi domine? Qui dixit illis, Vbi-
cunque fuerit corpus, illuc congrega
buntur & aquilæ.

CAPVT XVIII.

A DIcebat autẽ & parabolam Eccli.18.c
ad illos, in hoc quod opor 1.theſ.5.d
tet ſemper orare & nõ defi
cere, dicẽs, Iudex quidam
erat in quadã ciuitate, qui deũ non ti
mebat, & hominẽ non reuerebať. Vi
dua autem quędã erat in ciuitate illa:
& veniebat ad eũ, dicens, Vindica me
de aduerſario meo. Et nolebat ꝑ mul-
tum tẽpus. Poſt hæc autẽ dixit intra
ſe. Etſi deum nõ timeo, nec hominem
reuereor: tamẽ quia moleſta eſt mihi

hæc vidua, vindicabo illam, ne in no
uiſſimo veniens ſugillet me. Ait auté
dominus, Audite quid iudex iniquus
dicat. Deus autem non faciet vindi- B
ctam electorum ſuorum clamãtium
ad ſe die ac nocte: & patientiam habe
bit in illis? Dico vobis, ꝙ cito faciet
vindictam illorũm. Verũtamen filius
hominis veniens, putas inueniet fidé
in terra? Dixit autem & ad quoſdam
qui in ſe confidebant ꝙ eſſent iuſti, &
aſpernabantur cæteros, parabolam
iſtam, dicens, Duo homines aſcende-
bant in templũ vt orarent: vnus pha- A
riſęus, & alter publicanus. Phariſęus
ſtans, hæc apud ſe orabat, Deus gra-
tias ago tibi ꝙ nõ ſum ſicut cęteri ho C
mines, raptores, iniuſti, adulteri, ve-
lut etiam hic publicanus. ieiuno bis
in ſabbato: decimas do omnium quę
poſſideo. Et publicanus à lõge ſtans,
nolebat nec oculos ad cœlũm leua-
re: ſed percutiebat pectus ſuũ, dicens,
Deus, propitius eſto mihi peccatori.
Dico vobis, deſcendit hic iuſtificatus

in domum ſuam ab illo. quia omnis Supr.14.c
qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe Mat.23.b
humiliat, exaltabitur. Afferebant au- Mat.19.b
tem ad illum & infantes, vt eos tan- Mar.10.b
geret. Quod cum viderent diſcipuli,
increpabant illos. IESVS autem cō
uocans illos, dixit, Sinite pueros ve-
nire ad me: & nolite vetare eos. taliū
eſt enim regnum dei. Amen dico vo-
bis, quicūq; non accęperit regnū dei Mat.19.b
ſicut puer, non intrabit in illud. ¶ Et Mar.10.b
D interrogauit eum quidam princeps,
dicens, Magiſter bone, quid faciēs vi
tam æternam poſſidebo? Dixit autē
ei IESVS, Quid me dicis bonū? ne-
mo bonus niſi vnus deus. Mandata
noſti, Nō occides, Non mœchaberis, Exo.20.c
Non furtum facies, Non falſum teſti-
monium dices, Honora patrē tuum
& matrem. Qui ait, Hęc omnia cuſto
diui à iuuētute mea. Quo audito IE
SVS ait ei, Adhuc vnum tibi deeſt.
omnia quæcunq; habes vende, & da
pauperibus, & habebis theſaurum in
cœlo, & veni, ſequere mę. His illę au-

ditis, contriſtatus eſt: quia diues erat
valde. Videns autem IESVS illum
triſtem factum, dixit, Quàm difficile E
qui pecunias habent, in regnum dei
intrabũt. Facilius eſt enim camelum
per foramen acus tranſire, quàm di-
uitem intrare in regnum dei. Et dixe
runt qui audiebant, Et quis poteſt ſal
uus fieri? Ait illis, Quæ impoſſibilia
ſunt apud homines, poſſibilia ſunt a-
pud deum. Ait autem Petrus, Ecce,
nos dimiſimus omnia, & ſecuti ſu- G
mus te. Qui dixit eis, Amen dico vo
bis, nemo eſt qui reliquit domum aut
parentes aut fratres aut vxorem aut
filios propter regnum dei, qui non
recipiat multo plura in hoc tempo-
re, & in ſeculo futuro vitam æternã.
Mat. 20. b ¶ Aſſumpſit autem IESVS duo-
Mar. 10. c decim, & ait illis, Ecce aſcendimus
Hieroſolymam & conſummabuntur
omnia quæ ſcripta ſunt per prophe-
tas de filio hominis. Tradetur enim F
gentibus, & illudetur, & flagellabi-
tur, & conſpuetur: & poſtquam fla-

gellauerint occident eum : & tertia
die reſurget. Et ipſi, nihil horum in-
tellexerunt. & erat verbum iſtud ab-
ſconditum ab eis, & non intelligebāt
quæ dicebantur. Factum eſt autem: Mat. 20. d
cum appropinquaret Iericho, cæcus Mar. 10. g
quidam ſedebat ſecus viam, mendi-
cans. Et cum audiret turbam præter-
euntem, interrogabat quid hoc eſſet.
Dixerunt autem ei, quòd IESVS
Nazarenus tranſiret. Et clamauit, di-
cens, IESV fili Dauid, miſerere mei.
Et qui præibant, increpabant eum vt
taceret. Ipſe vero multo magis cla-
mabat, Fili Dauid, miſerere mei. Stās
autem IESVS, iuſſit illum adduci
ad ſe. Et cum appropinquaſſet, inter-
rogauit illū, dicens, Quid tibi vis fa-
ciam? At ille dixit, Domine, vt videā.
Et IESVS dixit illi, Reſpice, fides
tua te ſaluum fecit. Et confeſtim vi-
dit: & ſequebatur illum glorificans
deum. Et omnis plebs vt vidit, dedit
laudem deo.

CAPVT XIX.

ET ingreſſus perambulabat A
Iericho. Et ecce vir nomi-
ne Zacchæus: & hic prin-
ceps erat publicanoꝝ, & ip
ſe diues. & quærebat videre IESVM
quis eſſet: & non poterat præ turba,
quia ſtatura puſillus erat. Et præcur-
rens, aſcendit in arborem ſycomorũ
vt videret eum: quia illac erat tranſi-
turus. Et cum veniſſet ad locũ, ſuſpi-
ciens IESVS, vidit illum, & dixit ad
eũ. Zachæe, feſtinans deſcende: quia
hodie in domo tua oportet me mane
re. Et feſtinans deſcendit: & excepit il
lum gaudens. Et cũ viderent omnes,
murmurabant, dicentes ꝙ ad homi-
nem peccatorẽ diuertiſſet. Stans au-
tem Zacchæus, dixit ad dominum, B
Ecce, dimidium bonorum meorũ do
mine do pauperibus: & ſi quid aliquẽ
defraudaui, reddo quadruplum. Ait
IESVS ad eum, Hodie ſalus domui
huic facta eſt: eo ꝙ & ipſa filia ſit Abra
Mat.18.b hæ. Venit enim filius hominis quæ-

rere & ſaluum facere quod perierat.
¶Hæc illis audientibus adijciens di- Mat.25.b
xit parabolam, eo q̃ eſſet prope Hie-
ruſalem, & q̃ exiſtimarent fore vt cõ-
feſtim regnum dei manifeſtaretur, Di
xit ergo, Homo quidam nobilis abijt
in regionem longinquã accipere ſibi
regnum, & reuerti. Vocatis autẽ de-
cem ſeruis ſuis, dedit eis decẽ minas,
& ait ad illos, Negotiamini dum ve-
C nio. Ciues autem eius oderant eum:
& miſerunt legationẽ poſt illum, di-
centes, Nolumus hunc regnare ſuper
nos. Et factum eſt vt rediret accepto
regno: & iuſſit vocari ad ſe illos ſer-
uos quibus dedit pecuniam, vt ſciret
quantũ quiſq; negotiatus eſſet. Vênit
autem primus, dicẽs, Domine, mina
tua decẽ minas acquiſiuit. Et ait illi,
Euge bone ſerue, quiẽ in modico fui-
ſti fidelis, eris poteſtatẽ habens ſupra
decem ciuitates. Et alter vênit, dicẽs,
Domine, mina tua fecit quinque mi-
nas. Et huic ait, Et tu eſto ſuper quin-
que ciuitates. Et alter vênit dicẽs. Do-

mine, ecce mina tua: quã habui repo-
ſitam in ſudario. timui enim te, quia
homo auſterus es: tollis quod nõ po-
ſuiſti, & metis quod nõ ſeminaſti. Di-
cit ei, De ore tuo te iudico ſerue ne- D
quam. ſciebas quòd ego homo auſte-
rus ſum, tollens quod non poſui, &
metens quod non ſeminaui: & quare
non dediſti pecuniam meam ad men-
ſam, & ego veniens cum vſuris vtiq;
exegiſſem illam? Et aſtantibus dixit,
Auferte ab illo minã: & date illi qui
Suprà.8.c decem minas habet. Et dixerũt ei, Do-
Mat.13.b mine, habet decem minas. Dico autẽ
&.25.c vobis, quòd omni habẽti dabitur: ab
Mar.4.c eo autem qui non habet, & quod ha-
bet, auferetur ab eo. Veruntamen ini-
micos meos illos qui noluerunt me
regnare ſuper ſe, adducite huc: & in-
Mat.21.a terficite ante me. ¶ Et his dictis: pro- E
Mar.11.a cedebat aſcendens Hieroſolymam. Et
factum eſt: cum appropinquaſſet ad
Bethphage & Bethaniam, ad mõtem
qui vocatur Oliuarum, miſit duos di-
ſcipulos ſuos dicens, Ite in caſtellum

quod contra eſt: in quod introeuntes inuenietis pullum aſinæ alligatum, cui nemo vnquã hominum ſedit, ſol uite illum, & adducite. Et ſi quis vos
D interrogauerit, quare ſoluitis? ſic dicetis ei, Quia dominus operam eius deſiderat. Abierunt autem qui miſſi erant: & inuenerunt ſicut dixit illis. Soluentibus autem illis pullum, dixerũt domini eius ad illos, Quid ſoluitis pullum? At illi dixerunt, Quia
F dominus eum neceſſarium habet. Et duxerunt illum ad IESVM. Et iactantes veſtiméta ſua ſupra pullum, impoſuerunt IESVM. Eunte autem illo, ſubſternebant veſtimenta ſua in via. Et cũ appropinquaret iam ad deſcenſum montis Oliuarum: cœperũt omnis turba diſcipulorum gauden-
E tes laudare deum voce magna ſuper omnibus quas viderant virtutibus, dicentes, Benedictus qui venit rex in nomine domini, pax in cœlo & gloria in excelſis. Et quidam phariſæorum de turba dixerunt ad illum, Ma

Ioã. 12. b

giſter, increpa diſcipulos tuos. Qui-
bus ipſe ait, Dico vobis q̃ ſi hi tacue-
rint, lapides clamabũt. ℂEt vt appro
pinquauit, videns ciuitatem, fleuit ſu
per illam, dicẽs, Si cognouiſſes, & tu:
& quidem in hac die tua quę ad pacẽ
tibi. nunc autẽ abſcondita ſunt ab ocu
Infr. 21. b lis tuis. Quia venient dies in te: & cir G
Mat. 24. a cundabunt te inimici tui vallo, & cir
Mar. 13. a cundabunt te, & coangũſtabũt te vn-
diq;, & ad terram proſternent te, & fi
lios tuos qui in te ſunt. & non relin- T
quent te in lapidem ſuper lapidẽ: eo
Mat. 21. b quòd non cognoueris tempus viſita
Mar. 11. b tionis tuę. ℂEt ingreſſus in tẽplum,
Eſa. 56. c cœpit eiicere vendentes & ementes,
Hiere. 7. b dicens illis, Scriptũ eſt, Domus mea,
domus orationis eſt, vos autem feci-
ſtis illam ſpeluncam latronum. ℂEt
erat docens quotidie in templo. Prin
cipes autem ſacerdotum & ſcribæ &
principes plebis quærebant illũ per-
dere & non inueniebant quid facerẽt
illi. Omnis enim populus ſuſpenſus
erat, audiens illum.

Caput

CAPVT XX.

A E T factum eſt: in vno dierũ illorum docente illo popu lum in templo & euange/ lizante, conuenerunt prin/ cipes ſacerdotũ & ſcribæ cum ſenio/ ribus, & aiunt dicentes ad illum, Dic nobis, in quã poteſtate hæc facis? aut quis eſt qui dedit tibi hanc poteſtatẽ? Reſpõdens autem IESVS, dixit ad illos, Interrogabo vos & ego vnum verbum. Reſpõdete mihi. Baptiſmus Ioannis, de cœlo erat, an ex homini/ bus? At illi cogitabant intra ſe dicen/ tes, Si dixerimus de cœlo: dicet, Qua re ergo non credidiſtis illi? Si autẽ di xerimus ex hominibus: plebs vniuer ſa lapidabit nos: certi ſunt enim, Ioã

B nem prophetam eſſe. Et reſponderũt ſe neſcire vnde eſſet. Et IESVS ait il lis, Neq; ego dico vobis in qua pote/ ſtate hæc facio. Cœpit autẽ dicere ad plebem, parabolã hanc, Homo quidã plantauit vineam, & locauit eam co/ lonis: & ipſe peregre fuit multis tem

Mat. 21. c
Mar. 11. d

Mát. 21. d
Mar. 12. a
Eſa. 5. a

poribus. Et in tempore miſit ad cul-
tores ſeruum, vt de fructu vineæ da- A
rent illi. Qui cæſum dimiſerunt eum
inanem. Et addidit alterum ſeruũ mit
tere. Illi autem hunc quoq; cędentes
& afficientes contumelia, dimiſerunt
inanem. Et addidit tertiũ mittere: qui
& illum vulnerantes eiecerunt. Dixit
autem dominus vineæ, Quid faciã?
mittam filium meum dilectum: for-
ſitan cum hunc viderint, verebuntur.
Quem cum vidiſſent coloni, cogita- C
uerunt intra ſe, dicẽtes, Hic eſt hęres,
Venite, occidamus illũ, vt noſtra fiat
hæreditas. Et eiectum illum extra vi
neam, occiderunt. Quid ergo faciet il
lis dominus vineæ? veniet, & perdet
colonos iſtos, & dabit vineam alijs.
Quo audito, dixerunt illi, Abſit. Ille
autem aſpiciẽs eos, ait, Quid eſt ergo
Pſal.117.d hoc quod ſcriptum eſt, Lapis quẽ re-
Rom.9.g probauerunt ædificãtes, hic factus eſt
Act.4.b in caput anguli? Omnis qui ceciderit
1.Pet.2.a ſupra illum lapidem, cõquaſſabitur:
Eſa.28.d ſupra quem autem ceciderit, commi-

nuet illum. Et quærebant principes ſa
cerdotum & ſcribæ mittere in illum
manus illa hora: & timuerunt popu-
lum. cogitauerũt enim ꝙ in ipſos di-
D xerat ſimilitudinem hanc. Et obſeruã Mat. 22. b
tes miſerũt inſidiatores qui ſe iuſtos Mar. 12. b
ſimularent: vt caperent eũ in ſermo-
ne, vt traderent illum principatui &
poteſtati præſidis. Et interrogauerũt
eum dicentes, Magiſter, ſcimus ꝙ re-
cte dicis & doces: & non accipis per-
ſonã, ſed viam dei in veritate doces.
licet nobis tributum dare Cæſari, an
non? Cõſiderans autem dolum illo-
rum, dixit ad eos. Quid me tentatis?
oſtẽdite mihi denarium. Cuius habet
imaginem & inſcriptionem? Reſpon
dentes dixerunt ei, Cæſaris. Et ait il- Rom. 13. e
lis, Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris,
Cæſari: & quæ ſunt dei, deo. Et nõ po
tuerunt verbũ eius reprehendere co-
ram plebe: & mirati in reſponſo eius
tacuerunt. ¶ Acceſſerunt autem qui- Mat. 22. c
dam ſadducæorum, qui negant eſſe re Mar. 12. b
ſurrectionem, & interrogauerunt eũ,

Deu.25.b dicẽtes, Magiſter, Moyſes ſcripſit no
bis, Si frater alicuius mortuus fuerit E
habens vxorem, & hic ſine liberis fue
rit, vt accipiat eam frater eius vxorẽ
& ſuſcitet ſemen fratri ſuo. ſeptẽ ergo
fratres erant: & primus accępit vxo/
rem, & mortuus eſt ſine filijs. Et ſe/
quens accępit illam, & ipſe mortuus
eſt ſine filio. Et tertius accępit illam.
Similiter & omnes ſeptem: & non re
liquerunt ſemen, & mortui ſunt. No/
uiſſime omnium, mortua eſt & mu/
lier. In reſurrectione ergo, cuius eo/
rum erit vxor? ſiquidem ſeptẽ habue
rũnt eam vxorẽ. Et ait illis IESVS,
Filij huius ſeculi nubunt, & tradũtur F
ad nuptias: illi vero qui digni habe/
buntur ſeculo illo & reſurrectione ex
mortuis, neq; nubunt, neq; tradũtur
ad nuptias, neq; enim vltra mori poſ
ſunt: æquales enim angelis ſunt, & fi/
lij ſunt dei, cum ſint filij reſurrectio/
nis. Quòd vero reſurgant mortui, &
Exo.3.b Moyſes oſtendit ſecus rubũ, ſicut di/
cit dominum, deum Abrahã, & deum

Iſaac, & deum Iacob. Deus autem
non eſt mortuorum, ſed viuorũ. om/
G nes enim viuũt ei. Reſpõdentes autẽ
quidã ſcribarũ, dixerunt ei, Magiſter,
bene dixiſti. Et amplius non audebãt
eum quicq̃ interrogare. ¶ Dixit autẽ Mat. 22.d
ad illos, Quomodo dicunt CHRI/ Mar. 12.d
STVM, filiũ eſſe Dauid: & ipſe Dauid
dicit in libro Pſalmorũ, Dixit domi/ Pſal. 109.a
nus dño meo, ſede à dextris meis, Do
nec ponam inimicos tuos ſcabellũ pe
dum tuorum? Dauid ergo dominũ il
lum vocat: & quomodo filiꝰ eius eſt?
¶ Audiente autẽ omni populo, dixit Supr. 11.f
diſcipulis ſuis, Attendite à ſcribis qui Mat. 23.a
volunt ambulare in ſtolis, & amant Mar. 12.d
ſalutationes in foro, & primas cathe/
dras in ſynagogis, & primos diſcubi/
tus in cõuiuijs. qui deuorant domos
viduarũ: ſimulantes longã orationẽ.
Hi accipient dãnationem maiorem.

CAPVT XXI.

A REſpiciens autem, vidit eos Mar. 12.d
qui mittebant munera ſua
in gazophylaciũ, diuites.

Vidit autem & quãdam viduam pau
perculam, mittentẽ æra minuta duo.
Et dixit, Verè dico vobis ꝙ vidua hęc
pauper, plus quàm omnes miſit. nã
omnes hi, ex abundanti ſibi miſerunt
in munera dei: hęc autem ex eo quod
deeſt illi, omnẽ victum quem habuit,
Mat.24.a miſit. ¶ Et quibuſdam dicentibus de B
Mar.13.a tẽplo ꝙ bonis lapidibus & donis or-
Supr.19.g natum eſſet, dixit, Ex his quę videtis,
venient dies in quibus non relinque-
tur lapis ſuper lapidem, qui non de-
ſtruatur. Interrogauerunt autem illũ
dicentes, Pręceptor quãdo igitur hęc
erunt, & quod ſignum cum fieri inci-
pient? Qui dixit, Videte ne ſeducami-
ni. multi eni venient in nomine meo
dicentes, ꝙ ego ſum, & tẽpus appro-
pinquauit. nolite ire poſt eos. Cũ au- C
tem audieritis prælia & ſeditiões: no
lite terreri. oportet primum hęc fieri:
ſed nõdum ſtatim finis. Tunc dicebat
illis, Surget gens cõtra gentem, & re-
gnum aduerſus regnum: & terræmo
tus magni erunt per loca, & peſtilen-

tiæ & fames: terroresq́ꝫ, & ſigna de
cœlo magna erunt. Sed ante hæc om
nia, inijciét vobis manus ſuas, & per/
ſequentur tradentes in ſynagogas &
cuſtodias, trahentes ad reges & præſi
des propter nomen meum. cõtinget
autem vobis in teſtimonium. Ponite
B ergo in cordibus veſtris non præme
ditari quemadmodum reſpondeatis.
ego enim dabo vobis os & ſapientiã:
cui non poterunt reſiſtere & cõtradi/
cere omnes aduerſarij veſtri. Trade/
mini autem à parentibus & fratribus
& cognatis & amicis, & morte affi/
D cient ex vobis. & eritis odio omnibꝰ
propter nomen meum. & capillus de
capite veſtro non peribit. In patiẽtia
veſtra poſſidebitis animas veſtras.
¶ Cum autem videritis circũdari ab Mat. 24. b
exercitibus Hieruſalem: tũc ſcitote ꝙ Mar. 13. b
appropinquauit deſolatio eius. tunc Dani. 9. g
qui in Iudæa ſunt: fugiant ad mõtes.
& qui in medio eius: diſcedant. & qui
in regionibus: non intrent in eã. quia
dies vltionis hi ſunt: vt impleantur

omnia quæ ſcripta ſunt. Væ autẽ præ
gnantibus & nutriẽtibus in illis die/
bus. erit enim preſſura magna ſuper E
terram: & ira populo huic. Et cadent
in ore gladij: & captiui ducentur in
omnes gẽtes. & Hieruſalem calcabi/
tur à gentibus: donec impleantur tẽ/
Mat.24.c pora nationũ. ¶ Et erunt ſigna in ſole
Mar.13.c & luna & ſtellis: & in terris preſſura
Eſa.13.b gentium præ confuſione ſonitus ma
Ezec.32.b ris & fluctuum, areſcentibus homini/
Ioel.3.c bus præ timore & expectatione quæ
ſuperuenient vniuerſo orbi. nam vir/
tutes cœlorum mouebuntur. & tunc
videbunt filium hominis venientem
in nube cum poteſtate magna & ma/
ieſtate. His autem fieri incipientibus, F
ſuſpicite & leuate capita veſtra: quo/
niam appropinquat redẽptio veſtra.
Et dixit illis ſimilitudinem. Videte fi/
cum & omnes arbores. cum produ/
cunt iam ex ſe fructũ: ſcitis ꝙ prope
eſt æſtas. Ita & vos cũ videritis hæc
fieri, ſcitote ꝙ prope eſt regnum dei.
Amen dico vobis, non præteribit ge

neratio hæc, donec omnia fiant. Cœ/ Ro.13.d
lum & terra tranſibunt: verba autem
mea non trãſibunt. Attendite autem
vobis ne quãdo grauentur corda ve/
G ſtra in crapula & ebrietate & curis hu
ius vitę: & ſuperueniat in vos repen/
tina dies illa. tanquã laqueus enim ſu
perueniet in omnes qui ſedent ſuper
faciem omnis terræ. Vigilate itaque,
omni tempore orantes, vt digni ha/
beamini fugere iſta omnia quæ futu/
ra ſunt, & ſtare ante filium hominis.
¶ Erat autem diebus docens in tem/
plo: noctibus vero exiẽs, morabatur
in monte qui vocatur oliuarũ. Et om
nis populus mane ibat ad eum in tẽ/
plo audire eum.

CAPVT XXII.

A Ppropinquauit autẽ dies Mat.26.a
feſtus azymorum, qui di/ Mar.14.a
citur paſcha: & quærebant
principes ſacerdotũ & ſcri
bæ quomodo eũm interficerẽt, time/
bant enim plebem. Intrauit autem ſa Mat.26.b
tanas in Iudam qui cognominabatur Mar.14.b

Iſcariotes, vnum de duodecim: & a/
bijt, & locutus eſt cum principibus ſa
cerdotum & magiſtratibus quemad/
modum illum traderet eis. Et gauiſi
ſunt: & pacti ſunt pecuniam illi dare.
Et ſpopondit. Et quærebat opportu/
nitatem: vt traderet illũ ſine turbis.
Mat.26.b ¶ Venit autem dies azymorum, in
Mar.14.b qua neceſſe erat occidi paſcha. Et mi/
ſit Petrum & Ioannem dicens, Eun/
tes parate nobis paſcha, vt manduce/
mus. At illi dixerũt. Vbi vis parem⁹?
Et dixit ad eos, Ecce introeũtibus vo
bis in ciuitatẽ, occurret vobis homo
amphoram aquæ portans: ſequimini B
eum in domum in quam intrat, & di
cetis patrifamiliâs domus, Dicit tibi
magiſter, Vbi eſt diuerſorium vbi pa/
ſcha cum diſcipulis meis mãducem?
Et ipſe oſtendet vobis cœnaculũ ma/
gnum ſtratũ: & ibi parate. Euntes au/
tem, inuenerunt ſicut dixit illis: & pa
Mat.26.b rauerunt paſcha. ¶ Et cum facta eſſet
Mar.14.b hora, diſcubuit, & duodecim apoſto/
1.cor.11.c li cum eo, & ait illis, Deſiderio deſi/

deraui hoc paſcha manducare vobiſ-
cum, antequam patiar. Dico enim vo
bis: ꝙ ex hoc non manducabo illud,
donec impleatur in regno dei. Et ac-
cępto calice, gratias egit, & dixit, Ac-
cipite & diuidite inter vos. dico enim
vobis quòd non bibã de generatione
vitis, donec regnũ dei veniat. Et accę
pto pane, gratias egit & fregit: & de-
dit eis dicens, Hoc eſt corpus meum,
quod pro vobis datur. hoc facite in
mei cõmemorationem. Similiter &
calicem poſtquã cœnauit, dicens, Hic
eſt calix nouum teſtamentum in ſan-
guine meo, qui pro vobis funditur. Mat. 26. b
Verũtamen ecce manus tradẽtis me, Mar. 14. b
mecum eſt in menſa. Et quidem filius Ioan. 13. c
hominis ſecundum quod definitum Pſal. 40. c
eſt, vadit: verũtamen væ homini illi
C per quem traditur. Et ipſi cœperunt
quærere inter ſe, quis eſſet ex eis qui
hoc facturus eſſet. ¶ Facta eſt autem
& contentio inter eos, quis eorum vi
C deretur eſſe maior. Dixit autem eis,
Reges gentium dominãtur eis: & qui

Mar. 10. f poteſtatem habent ſuper eas, benefici
vocantur. Vos autem non ſic: ſed qui
maior eſt in vobis, fiat ſicut iunior: &
qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator.
Nam quis maior eſt: qui recumbit, an
qui miniſtrat? nónne qui recũbit? Ego
autem in medio veſtrũ ſum ſicut qui
miniſtrat. vos autem eſtis qui permã
ſiſtis mecum in tentationibus meis.
Et ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit
mihi pater meus, regnum: vt edatis
& bibatis ſuper menſam meam in re-
gno meo, & ſedeatis ſuper thronos
iudicãtes duodecim tribus Iſrael. Ait
autem dominus. Simon, Simon, ecce
ſatanas expetiuit vos, vt cribraret ſi-
cut triticum: ego autẽ rogaui pro te,
vt non deficiat fides tua, & tu aliquã-
do conuerſus, confirma fratres tuos.
Qui dixit ei, Domine, tecum paratus
ſum & in carcerem & in mortem ire.
Mat. 26. c Et ille dixit, Dico tibi Petre, non can-
Mar. 14. c tabit hodie gallus, donec ter abneges
noſſe me. Et dixit eis, Quando miſi D
vos ſine ſacculo & pera & calceamen

tis: nunquid aliquid defuit vobis? At
illi dixerūt, Nihil. Dixit ergo eis, Sed
B nunc qui habet ſacculum, tollat: ſimi
liter & peram. & qui non habet, ven-
dat tunicam ſuam, & emat gladium.
Dico enim vobis, ꝙ adhuc hoc quod
ſcriptum eſt oportet impleri in me,
Et cum iniquis deputatus eſt. Etenim Eſa. 53. d
ea quę ſunt de me, finē habent. At illi
dixerūt, Domine, ecce duo gladij hic.
At ille dixit eis, Satis eſt. ¶ Et egreſ- Mat. 26. d
ſus ibat ſecundum conſuetudinem in Mar. 14. c
montem Oliuarum. Secuti ſunt autē Ioan. 18. a
illum & diſcipuli. Et cum perueniſſet
ad locum, dixit illis, Orate ne intre- Mat. 26. d
tis in tentationem. Et ipſe auulſus eſt Mar. 14. d
ab eis quantum iactus eſt lapidis: &
poſitis genibus orabat, dicens, Pater,
E ſi vis tranſfer calicem iſtum à me. Ve
runtamen non mea volūtas, ſed tua
fiat. Apparuit autē illi angelus de cœ
lo confortans eum. Et factus in ago-
nia, prolixius orabat. Et factus eſt ſu-
dor eius, ſicut guttę ſanguinis decur-
rentes in terrā. Et cum ſurrexiſſet ab

oratione, & veniſſet ad diſcipulos ſu
os, inuênit eos dormientes præ triſti
tia. Et ait illis, Quid dormitis? ſurgi-
te, orate ne intretis in tentationem.
Mat.26.c ¶ Adhuc eo loquente, ecce turba: &
Mar.14.c qui vocabatur Iudas, vnus de duo-
Ioan.18.a decim, antecedebat eos, & appropin-
quauit IESV vt oſcularetur eũ. IE-
SVS autem dixit illi, Iuda, oſculo fi
lium hominis tradis? Vidẽtes autem
hi qui circa ipſum erant quod futurũ
erat, dixerunt ei, Domine, ſi percuti-
mus in gladio? Et percuſſit vnus ex il
lis ſeruum principis ſacerdotum: &
amputauit auriculam eius dexterã.
Reſpondens autem IESVS, ait, Si- F
nite vſq; huc. Et cum tetigiſſet auricu
lam eius, ſanauit eum. Dixit autẽ IE
SVS ad eos qui venerant ad ſe, prin-
cipes ſacerdotum & magiſtratus tem
pli & ſeniores, Quaſi ad latronẽ exi-
ſtis cũ gladijs & fuſtibus. Cum quo-
tidie vobiſcum fuerim in templo, nõ
extendiſtis manus in me. ſed hæc eſt
hora veſtra, & poteſtas tenebrarum.

¶ Comprehendentes autem eum, du Mat.26.f
xerunt ad domum principis ſacerdo Mar.14.f
tum. Petrus vero ſequebatur eum à Ioan.18.c
longe. Accenſo autem igne in medio Mat. 26.g
atrij, & circunſedentibus illis, erat Pe Mar.14.g
trus in medio eorum. Quem cum vi Ioan.18.[illegible]
diſſet ancilla quædam ſedenté ad lu-
men, & eũ fuiſſet intuita, dixit, Et hic
cum illo erat. At ille negauit eum, di- Mat.26.g
cens, Mulier, non noui illum. Et poſt Mar.14.g
puſillum alius videns eum, dixit, Et Ioan.18.c
tu de illis es. Petrus vero ait, O ho-
mo, nõ ſum. Et interuallo facto, qua-
ſi horæ vnius, alius quidam affirma-
bat dicens, Verè & hic cum illo erat.
nam & Galilęus eſt. Et ait Petrus, Ho
G mo, neſcio quid dicas. Et cõtinuo ad-
huc illo loquente, cantauit gallus. Et
cõuerſus dominus, reſpexit Petrum.
Et recordatus eſt Petrus verbi domi
ni quomodo dixerat, Prius q̃ gallus
cantet, ter me negabis. Et egreſſus fo
ras Petrus, fleuit amare. Et viri qui te
nebant IESVM: illudebant ei cædé-
tes. Et velauerunt eũ, & percutiebant

faciem eius,& interrogabant eum, di
cētes, Prophetiza: quis eſt qui te per-
cuſſit? Et alia multa blaſphemātes di-
Mat.27.a cebant in eum. ¶ Et vt factus eſt dies,
Mar.15.a conuenerunt ſeniores plebis & prin-
Ioan.18.c cipes ſacerdotum & ſcribæ, & duxe-
runt illum in concilium ſuum, dicen
tes, Si tu es CHRISTVS, dic no-
bis. Et ait illis, Si vobis dixero, non
credetis mihi: ſi autem & interroga-
uero, non reſpondebitis mihi, neque
dimittetis. ex hoc autē erit filius ho-
minis ſedēs à dextris virtutis dei. Di
xerunt autē omnes, Tu ergo es filius
dei? Qui ait, Vos dicitis, quòd ego ſum.
At illi dixerunt, Quid adhuc deſide-
ramus teſtimonium? ipſi enim audi-
uimus de ore eius.

CAPVT XXIII.

ET ſurgens omnis multitu- A
do eorum, duxerūt illum
ad Pilatum. Cœperunt au
tem illum accuſare, dicen-
Mat.22.c tes, Hunc inuenimus ſubuertentem
Mar.12.b gentē noſtram, & prohibentē tributa
dare

dare Cæſari,& dicentem ſe CHRI-
STVM regem eſſe. Pilatus autē in- Mat. 27.b
terrogauit eum dicens, Tu es rex Iu- Mar. 15.a
dæorum? At ille reſpōdens ait, Tu di Ioan. 18.f
cis. Ait autem Pilatus ad principes ſa
cerdotū & turbas, Nihil inuenio cau-
ſæ in hoc homine. At illi inualeſcebāt
dicentes, Cōmouet populum docens
per vniuerſam Iudæā, incipiens à Ga
lilæa vſq; huc. ¶ Pilatus autem au-
diens Galilæā, interrogauit ſi homo
Galilæus eſſet. Et vt cognouit quòd
de Herodis poteſtate eſſet: remiſit eū
ad Herodē, qui & ipſe Hieroſolymis
erat illis diebus. Herodes autem vi-
ſo IESV, gauiſus eſt valde. erat enim
B cupiēs ex multo tempore videre eū,
eo quòd audiret multa de eo: & ſpe-
rabat ſignū aliquod videre ab eo fie-
ri. Interrogabat autē eum multis ſer
monibus. At ipſe nihil illi reſponde-
bat. Stabant autem principes ſacerdo
tum & ſcribæ conſtanter accuſantes
eum. Spreuit autē illum Herodes cū
exercitu ſuo: & illuſit indutum veſte

alba, & remiſit ad Pilatum. Et facti
ſunt amici Pilatus & Herodes in ipſa
die. nā antea inimici erāt adinuicem.
Mat. 27.c ℭ Pilatus autem conuocatis princi-
Mar. 15.b pibus ſacerdotū & magiſtratibus &
Ioan. 18.g plebe, dixit ad illos, Obtuliſtis mihi
&. 19.c hunc hominem, quaſi auertentem po
pulum: & ecce, ego corā vobis inter-
rogans, nullā cauſam inuenio in ho-
mine iſto, ex his in quibus eum accu-
ſatis. Sed neq; Herodes. nam remiſi
vos ad illū: & ecce, nihil dignū mor- C
te actum eſt ei. Emendatum ergo illū
dimittam. Neceſſe autem habebat di
mittere eis per diem feſtum, vnū. Ex-
clamauit autē ſimul vniuerſa turba,
dicens, Tolle hunc, & dimitte nobis
Barabban. qui erat propter ſeditionē
quandam factam in ciuitate & homi
cidium, miſſus in carcerem. Iterū au
tem Pilatus locutus eſt ad eos, volēs
dimittere IESVM. At illi ſucclama-
bant, dicentes, Crucifige, crucifige eū.
Ille autem tertio dixit ad illos, Quid
enim mali fecit iſte? nullam cauſam

mortis inuenio in eo. corripiam ergo
D illum, & dimittã. At illi inſtabant vo
cibus magnis poſtulantes vt crucifi-
geretur: & inualeſcebant voces eorũ.
Et Pilatus adiudicauit fieri petitionẽ
eorum. Dimiſit autem illis eum, qui
propter homicidium & ſeditionem
miſſus fuerat in carcerem, quem pe-
tebant, IESVM vero tradidit volun
tati eorum. ¶ Et cum ducerent eum, Mat.27.
apprehenderunt Simonem quẽdam Mar.15.
Cyrenenſem venientẽ de villa: & im
poſuerunt illi crucẽ portare poſt IE
SVM. Sequebatur autẽ illum multa
turba populi & mulierum: quæ plan
gebant & lamentabantur eum. Con-
uerſus autem ad illas IESVS, dixit,
Filię Hieruſalẽ, nolite flere ſuper me:
ſed ſuper voſipſas flete, & ſuper filios
veſtros. quoniam ecce veniet dies in
quibus dicent, Beatæ ſteriles, & ven- Eſa.54.a
tres qui non genuerunt, & vbera quę Gala.4.d
non lactauerunt. Tnnc incipient dice
re montibus, Cadite ſuper nos: & col Eſa.2.d
E libus, Operite nos. Quia ſi in viridi Oſee.10.b

Apoc.9.b ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?
Ducebantur autem & alij duo nequã
Mat.27.d cum eo, vt interficerentur. ¶ Et poſt-
Mar.15.b quam venerũt in locum qui vocatur
Ioan.19.d Caluariæ, ibi crucifixerunt eum: & la
trones, vnum à dextris, & alterum à
ſiniſtris. IESVS autẽ dicebat, Pater,
dimitte illis, non enim ſciunt quid fa-
Mat.27.d ciant. Diuidẽtes vero veſtimẽta eius,
Mar.15.b miſerũt ſortes. Et ſtabat populus ſpe-
Ioan.19.d ctans, & deridebãt eum principes cũ
eis, dicentes, Alios ſaluos fecit, ſe ſal-
uum faciat, ſi hic eſt CHRISTVS
dei electus. Illudebant autẽ ei & mi-
lites accedentes & acetum offerẽtes
ei, & dicentes, Si tu es rex Iudæorũ,
ſaluum te fac. Erat autem & ſuperſcri
ptio ſcripta ſuper eum literis Græcis
& Latinis & Hebraicis, Hic eſt rex Iu
dæorum. Vnus autem de his qui pen
debant latronibus, blaſphemabat eũ,
dicẽs, Si tu es CHRISTVS: ſaluum
fac teipſum & nos. Reſpondens autẽ
alter, increpabat eum, dicens, Neq; tu F
times deum, quòd in eadem damna-

ſione es? Et nos quidem iuſtè: nam di-
gna factis recipimus. hic verò, nihil
mali geſſit. Et dicebat ad IESVM, Dó-
mine, memento mei cùm veneris in
regnum tuum. Et dixit illi IESVS,
Amen dico tibi, hodie mecum eris in
paradiſo. Erat autem ferè hora ſexta:
& tenebrę factę ſunt ſuper vniuerſam
terram vſq; in horam nonam. Et ob-
ſcuratus eſt ſol: & velum templi ſciſ-
ſum eſt medium. Et clamãs voce ma-
gna IESVS, ait, Pater in manus tuas
cõmendabo ſpiritum meum. Et hæc Pſal. 30. a
G dicens, expirauit. Videns autem Cen-
turio quod factum fuerat, glorificauit
deum, dicens, Verè, hic homo iuſtus
erat. Et omnis turba eorum qui ſimul
aderãt ad ſpectaculum iſtud & vide-
bant quę fiebant, percutientes pecto-
ra ſua reuertebantur. Stabant autem
omnes noti eius à longe: & mulieres
quæ ſecutæ eum erant à Galilæa, hæc
vidẽtes. ¶ Et ecce, vir nomine Ioſeph Mat. 27. g
qui erat decurio, vir bonus & iuſtus, Mar. 15. d
hic non conſenſerat conſilio & acti- Ioan. 19. g

bus eorũ, ab Arimathæa ciuitate Iu-
dęę, qui expectabat & ipſe regnũ dei.
hic acceſſit ad Pilatũ, & petijt corpus
IESV: & depoſitũ inuoluit ſindone,
& poſuit illud in monumẽto exciſo,
in quo nõdum quiſq; poſitus fuerat.
¶ Et dies erat paraſcêue, & ſabbatum
illuceſcebat. Subſecutę autẽ mulieres
quę cũ eo venerãt de Galilęa, viderũt
monumẽtum, & quẽadmodũ poſitũ
erat corpus eius. Et reuerſę parauerũt
aromata & vnguenta: & ſabbato qui-
dem ſiluerunt ſecundũ mandatum.

CAPVT XXIIII.

Mar.16.a Joan.20.a VNa autem ſabbatorũ valde A
diluculo venerũt ad monu-
mentum, portãtes quę pa-
rauerant aromata, & inue-
nerunt lapidem reuolutum à monu-
mento. Et ingreſſæ, non inuenerunt
corpus domini IESV. Et factum eſt:
dum mente cõſternatę eſſent de iſto,
ecce duo viri ſteterũt ſecus illas in ve
ſte fulgenti. Cum timerent autem &
declinarent vultum in terrã, dixerunt

ad illas, Quid quæritis viuētem cum
mortuis? nō eſt hic, ſed ſurrexit. recor
damini qualiter locutus eſt vobis, cū
adhuc in Galilæa eſſet, dicens, Quod Mat.17.d
oportuerit filiū hominis tradi in ma/ Mar.9.e
nus hominum peccatorū, & crucifigi: Supra.9.c
& die tertia reſurgere. Et recordatæ
ſunt verborū eius. Et regreſſæ à mo/
numento, nūtiauerūt hęc omnia illis
B vndecim, & cęteris omnibus. Erat au
tem Maria Magdalene, & Ioanna, &
Maria Iacôbi, & cæteræ quę cum eis
erant, quę dicebant ad apoſtolos hęc.
Et viſa ſunt ante illos ſicut deliramē/
tum verba iſta, & nō crediderūt illis.
Petrus autē ſurgens, cucurrit ad mo/
numentū: & procūbens videt lintea/
mina ſola poſita, & abijt ſecū mirans
quod factū fuerat. ¶ Et ecce duo ex il/ Mar.16.e
lis ibant ipſa die in caſtellū quod erat
in ſpatio ſtadiorū ſexaginta ab Hieru
ſalē, nomine Emmaus: & ipſi loque/
bantur adinuicē de his omnibus quæ
C acciderāt. Et factum eſt: dum fabula/
rentur & ſecū quærerent, & ipſe IE/

SVS appropinquans, ibat cum illis:
oculi autem illorum tenebantur, ne
eum agnoſcerent, Et ait ad illos: Qui
ſunt hi ſermones quos cõfertis adin-
uicem, ambulantes, & eſtis triſtes? Et
reſpõdens vnus cui nomẽ Cleophas,
dixit ei, Tu ſolus, peregrinus es in
Hieruſalem, & non cognouiſti quæ
facta ſunt in illa, his diebus? Quibus
ille dixit, Quæ? Et dixerũt, De IESV
Nazareno, qui fuit vir propheta, po-
tens in opere & ſermone corã deo &
omni populo. Et quomodo eũ tradi-
derũt ſummi ſacerdotes & principes
noſtri in dãnationem mortis, & cru-
cifixerunt eum: nos autẽ ſperabamus
ꝙ ipſe eſſet redẽpturus Iſrael: & nũc D
ſuper hęc omnia, tertia dies eſt hodie
quòd hæc facta ſunt. Sed & mulieres
quędã ex noſtris, terruerunt nos, quę
ante lucem fuerunt ad monumentũ:
& non inuento corpore eius, venerũt
dicentes ſe etiam viſionem angelorũ
vidiſſe, qui dicunt eũ viuere. Et abie-
runt quidã ex noſtris ad monumen-

tum: & ita inuenerunt ſicut mulieres
dixerunt, ipſum vero non inuenerũt.
Et ipſe dixit ad eos, O ſtulti & tardi
corde ad credendũ in omnibus quæ
locuti ſunt prophetæ. nõne hæc opor-
tuit pati CHRISTVM, & ita intra-
re in gloriã ſuam? Et incipiens à Moy-
ſe, & omnibus prophetis, interpreta-
batur illis in omnibus ſcripturis quæ
E de ipſo erant. Et appropinquauerunt
caſtello quò ibant: & ipſe ſe finxit lon-
gius ire. Et coegerunt illum, dicẽtes,
Mane nobiſcũ, quoniam adueſpera-
ſcit, & inclinata eſt iam dies. Et intra-
uit cum illis. Et factum eſt: dum recũ-
beret cum eis, accępit panẽ, & benedi-
xit ac fregit & porrigebat illis. Et aper-
ti ſunt oculi eorum, & cognouerunt
eum: & ipſe euanuit ex oculis eorũ.
Et dixerunt adinuicẽ, Nonne cor no-
ſtrum ardens erat in nobis dũ loque-
retur nobis in via, & aperiret nobis
ſcripturas? Et ſurgentes eadẽ hora, re-
greſſi ſunt in Hieruſalẽ: & inuenerũt
cõgregatos vndecim, & eos qui cum

illis erāt, dicentes, Quòd ſurrexit do
minus vere, & apparuit Simôni. Et
ipſi narrabant quæ geſta erant in via:
& quomodo cognouerūt eum in fra
Mar. 16.b ctione panis. ¶ Dum autem hæc lo/ F
Ioan. 20.e quuntur, ſtetit IESVS in medio eo/
rum, & dixit eis, Pax vobis. Contur/
bati vero & conterriti, exiſtimabāt ſe
ſpiritū videre. Et dixit eis, Quid tur/
bati eſtis, & cogitationes aſcēdunt in
corda veſtra? Videte manus meas &
pedes meos, quia ego ipſe ſum. palpa
te & videte: quia ſpiritus, carnem &
oſſa non habet, ſicut me videtis habe
re. Et cum hoc dixiſſet, oſtēdit eis ma
nus & pedes. Adhuc autem illis non
credentibus & mirantibus præ gau/
dio, dixit, Habetis hic aliquid quod
manducetur? At illi obtulerūt ei par/
tem piſcis aſſi, & fauū mellis. Et cum
accepiſſet, corā eis manducauit. Et di
xit ad eos, Hæc ſunt verba quæ locu/
tus ſum ad vos cùm adhuc eſſem vo
biſcum, ꝙ neceſſe eſſet impleri om/
nia quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi &

prophetis & pſalmis de me. Tũc ape-
ruit illis ſenſum, vt intelligerent ſcri-
G pturas, & dixit eis, Sic ſcriptum eſt, &
ſic oportebat CHRISTVM pati, &
reſurgere à mortuis tertia die, & prę- Pſal.18.b
dicari in nomine eius pœnitẽtiam &
remiſſionem peccatorum in omnes
gentes, incipiẽtibus ab Hieroſolyma.
Vos autem teſtes eſtis horum. Et ecce Act.1.a
ego mittã promiſſum patris mei in Ioan.15.
vos: vos autẽ ſedete in ciuitate, quo-
adusque induamini virtute ex alto.
Eduxit autem eos foras in Bethaniã: Act.1.a
& eleuatis manibꝰ ſuis, benedixit eis. Mar.16.
Et factum eſt: dum benediceret illis,
receſſit ab eis, & ferebatur in cœlum.
Et ipſi adorantes, regreſſi ſunt in Hie-
ruſalem cum gaudio magno: & erãt
ſemper in templo laudantes & bene-
dicentes deum. Amen.

EVANGELII SECVNDVM
LVCAM, FINIS.

HIERONYMVS IN CA-talogo ſcriptorum eccle-ſiaſticorum.

IOannes apoſtolus; quem IESVS amauit plurimum, filius Zebedęi, frater Iacôbi apoſtoli, quem Hero-des poſt paſſionem domini decolla-uerat, nouiſſimus omnium ſcripſit euangelium, rogatus ab Aſiæ epiſco-pis aduerſus Cerinthum, aliosq; hæ-reticos; & maxime tunc Ebionita-rum dogma conſurgens, qui aſſerunt CHRISTVM ante MARIAM nō fuiſſe. Vnde & cōpulſus eſt diuinam eius natiuitatē edicere. Sed & aliam cauſam huius ſcripturæ ferunt, quòd cùm legiſſet Matthæi, Marci & Lucę volumina, probauerit quidē textum hiſtoriæ, & vera eos dixiſſe firmaue-rit, ſed vnius tantum anni, in quo & paſſus eſt, poſt carcerem Ioannis, hi-ſtoriam texuiſſe. Prætermiſſo itaque anno, cuius acta à tribus expoſita fue rant, ſuperioris temporis antequam

Ioannes clauderetur in carcerem, geſta narrauit. ſicut manifeſtum eſſe poterit his qui diligenter quatuor euangeliorũ volumina legerint. Quæ res, etiam διαφώνιαν, quę videtur Ioánis eſſe cum cęteris, tollit. Scripſit autem & vnam epiſtolam, cuius exordium eſt, Quod fuit ab initio, quod audiuimus & vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ contrectauerunt de verbo vitæ, quæ ab vniuerſis eccleſiaſticis & eruditis viris probatur. Reliquæ autẽ duæ: quarum principium eſt, Senior electæ dominæ & natis eius. & ſequentis, Senior Caio chariſſimo, quem ego diligo in veritate: Ioannis preſbyteri aſſeruntur, cuius & hodie alterum ſepulcrum apud Epheſum oſtenditur, & nonnulli putant duas memoratas eiuſdem Ioannis euangeliſtæ eſſe: ſuper qua re cum per ordinem ad Papiam auditorem eius ventum fuerit, diſſeremus. Quartodecimo igitur anno, ſecundam poſt Neronem perſecu

tionem mouente Domitiano in Patmos inſulam relegatus, ſcripſit Apocalypſin: quam interpretantur Iuſtinus martyr & Hirenæus. Interfecto autem Domitiano, & actis eius ob nimiam crudelitatem à ſenatu reſciſſis, ſub Nerua principe redit Epheſum: ibiq́ꝫ vſque ad Traianum principem perſeuerans, totas Aſiæ fundauit, rexit'qꝫ eccleſias. & confectus ſenio, ſexageſimooctauo poſt paſſionem domini anno, mortuus iuxta eandẽ vrbem ſepultus eſt.

SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM IOANNEM.



A IN principio erat verbum, & verbũ erat apud deũ, & deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipſum facta ſunt: & ſine ipſo factum eſt nihil. Quod factũ eſt, in ipſo vita erat, & vita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehen-
derunt. ¶ Fuit homo miſſus à deo, Mat.3.a
cui nomen erat Ioãnes. Hic venit in Mar.1.a
teſtimonium: vt teſtimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. nõ erat ille lux: ſed vt teſtimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mũdum.

in mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mūdus eum non cognouit. In propria vênit: & ſui eum non B receperunt. quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius, qui non ex ſanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neq; ex voluntate
Matth. 1. c viri, ſed ex deo nati ſunt. Et verbum
Luc. 2. d caro factum eſt: & habitauit in nobis (Et vidimus gloriā eius gloriā quaſi vnigeniti, à patre) plenum & gratiæ & veritatis. Ioānes teſtimoniū perhibet de ipſo, & clamat, dicés, Hic erat quem dixi, Qui poſt me véturus eſt, ante me factus eſt: quia prior me erat.
1. Tim. 6. d Et de plenitudine eius, nos omnes accepimus: & gratiam pro gratia. quia A lex per Moyſen data eſt, gratia & ve-
1. Ioā. 4. d ritas per IESVM CHRISTVM fa
1. Tim. 6. c cta eſt. Deum nemo vidit vnq;. Vnigenitus filius qui eſt in ſinu patris, ipſe enarrauit. ℭ Et hoc eſt teſtimonium Ioannis, quando miſerunt Iudæi ab Hieroſolymis ſacerdotes & leuitas ad eum,

eũm, vt interrogarent eum, Tu quis
C es? Et confeſſus eſt, & non negauit. Et
confeſſus eſt, Non ſum ego CHRI-
STVS, Et interrogauerunt eũ, Quid
ergo? Elias es tu? Et dixit, Non ſum.
Propheta es tu? Et reſpondit, Non. Di
xerunt ergo ei, Quis es, vt reſpõſum
demus his qui miſerunt nos? quid di
cis de teipſo? Ait, Ego vox clamantis Eſa.40.a
In deſerto, dirigite viã domini, ſicut Mat.3.a
dixit Eſaias propheta. Et qui miſſi fue Luc.3.a
rant, erant ex phariſæis. Et interroga-
D uerunt eũ, & dixerunt ei, Quid ergo
baptizas, ſi tu nõ es CHRISTVS,
neq; Elias, neq; propheta? Reſpondit
eis Ioannes, dicens, Ego baptizo in Mat.3.c
aqua: medius autẽ veſtrum ſtat quẽ Mar.1.b
vos neſcitis. ipſe eſt qui poſt me ven- Luc.3.c
turus eſt, qui ante me factus eſt: cuius
ego non ſum dignus vt ſoluam corri
giam calceamenti. Hæc in Bethabara
facta ſunt trans Iordanẽ, vbi erat Io
annes baptizans. ¶ Poſtero die videt
Ioãnes IESVM venientem ad ſe, &
ait, Ecce agnus dei, ecce qui tollit pec

catũ mundi. Hic eſt de quo dixi, Poſt
me venit vir, qui ante me factus eſt:
quia prior me erat, & ego neſciebam
eũ. ſed vt manifeſtetur in Iſrael, pro-
pterea veni ego in aqua baptizans. Et
teſtimonium perhibuit Ioannes, di-
Mat.3.d cens, Vidi ſpiritum deſcendentẽ qua- E
Mar.1.b ſi columbam de cœlo, & mãſit ſuper
Luc.3.d eum. Et ego neſciebã eum: ſed qui mi-
ſit me baptizare in aqua, ille mihi di-
xit, Super quem videris ſpiritum de-
ſcendentem & manẽtem ſuper eum,
hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto.
Et ego vidi: & teſtimonium perhibui
quòd hic, eſt filius dei. ¶ Poſtero die
iterum ſtabat Ioannes, & ex diſcipu-
lis eius duo. Et reſpiciens IESVM
ambulantem, dicit, Ecce agnus dei. Et
audierunt eum duo diſcipuli loquen-
tem, & ſecuti ſunt IESVM. Conuer-
ſus autem IESVS, & videns eos ſe-
quentes ſe, dicit eis, Quid quæritis?
Qui dixerunt ei, Rabbi (quod dicitur F
interpretatũ, magiſter) vbi habitas?
Dicit eis, Venite & videte. Venerũt &

viderunt vbi maneret: & apud eum
manſerunt die illo. hora autem erat
quaſi decima. Erat autem Andreas fra
ter Simônis Petri vnus ex duob⁹ qui
audierant à Ioanne, & ſecuti fuerant
eum. ℭ Inuenit hic primum, fratrem
ſuum Simônem, & dicit ei, Inueni-
mus Meſiam, quod eſt interpretatũ,
CHRISTVS. Et adduxit eũ ad IE-
SVM. Intuitus autẽ eum IESVS,
dixit, Tu es Simon filius Iona: tu vo
caberis Cephas, quod interpretatur,
Petrus. ℭ Poſtero die voluit exire in
Galilæam: & inuenit Philippũ. Et di-
xit ei IESVS, Sequere me. Erat autẽ
Philippus à Bethſaida, ciuitate An-
G dreæ & Petri. Inuenit Philippus Na-
thanael, & dicit ei, Quẽ ſcripſit Moy- Geñ.49.b
ſes in lege, & prophetæ: inuenimus Deu.18.c
IESVM filiũ Ioſeph à Nazaret. Et di Eſa.40.c
xit ei Nathanael, A Nazaret poteſt ali 45.b.hic.
quid boni eſſe? Dicit ei Philippus, ve- 23.a.eze.
ni & vide. Vidit IESVS Nathanael 34.f.37.f
venientem ad ſe: & dicit de eo, Ecce Dani.9.f
vere Iſraelita, in quo dolus non eſt.

Dicit ei Nathanael, Vnde me noſti?
Reſpondit IESVS, & dixit ei, Prius
quàm te Philippus vocaret, cũ eſſes
ſub ficu, vidi te. Reſpondit ei Natha-
nael, & ait, Rabbi, tu es filius dei, tu es
rex Iſrael. Reſpondit IESVS, & di-
xit ei, Quia dixi tibi, Vidi te ſub ficu,
credis: maius his videbis. Et dicit ei,
Amen amen dico vobis. Poſthac vi-
debitis cœlum apertum, & angelos
dei aſcendentes & deſcẽdentes ſupra
filium hominis.

CAPVT II.

ET die tertia nuptiæ factæ A
ſunt in Cana Galilææ: &
erat mater IESV ibi. Vo-
catus eſt autẽ & IESVS,
& diſcipuli eius ad nuptias. Et deficiẽ-
te vino, dicit mater IESV ad eũ, Vi-
num non habent. Et dicit ei IESVS,
Quid mihi & tibi eſt mulier? nõdum
venit hora mea. Dicit mater eius mi-
niſtris, Quodcunq; dixerit vobis, fa-
cite. Erant autem ibi lapidææ hydriæ
ſex poſitæ ſecundum purificationem

Iudęorum, capientes ſingulę metre-
B tas binas vel ternas. Dicit eis I E S V S,
Implete hydrias aqua. Et impleuerũt
eas vſq; ad ſummum. Et dicit eis I E
S V S, Haurite nunc, & ferte architri-
clino. Et tulerunt. Vt autem guſtauit
architriclinus aquam vinum factam,
& non ſciebat vnde eſſet: miniſtri au-
tem ſciebant qui hauſerant aquã: vo-
cat ſponſum, & dicit ei, Omnis homo
primum bonum vinũ ponit: & cum
inebriati fuerint, tunc id quod dete-
rius eſt. Tu autem ſeruaſti bonum vi-
C num vſq; adhuc. Hoc fecit initium ſi-
gnorum I E S V S in Cana Galilęæ: &
manifeſtauit gloriam ſuam, & credi-
derunt in eum diſcipuli eius. ℭ Poſt
hæc deſcendit Capharnaũ ipſe & ma-
ter eius, & fratres eius, & diſcipuli
eius: & ibi mãſerunt non multis die-
bus. Et prope erat paſcha Iudęorum,
& aſcendit I E S V S Hieroſolymam:
& inuenit in templo vendentes oues
& boues & columbas, & numularios
ſedentes. Et cum feciſſet flagellum de

funiculis, omnes eiecit de tẽplo, oues quoque & boues: & numulariorum effudit æs, & menſas ſubuertit. Et his qui columbas vendebant, dixit, Auferte iſta hinc: & nolite facere domũ patris mei, domũ negotiationis. Re- D cordati ſunt vero diſcipuli eius, quod

Pſal.68.b ſcriptum eſt, Zelus domus tuę comẽdit me. Reſponderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei, Quod ſignũ oſtendis nobis, quòd hæc facias? Reſpondit IESVS, & dixit eis, Soluite templum hoc, & in tribus dieb⁹ excitabo illud. Dixerũt ergo Iudæi, Quadraginta & ſex annis ædificatum eſt tẽplum hoc: & tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autem dicebat de templo corporis ſui. Cum ergo reſurrexiſſet à mortuis, recordati ſunt diſcipuli ei⁹ quòd hoc dicebat, & crediderunt ſcripturę, & ſermoni quẽ dixit IESVS. Cum autẽ eſſet Hieroſolymis in paſcha in die feſto: multi crediderũt in nomine eius, videtes ſigna eius quæ faciebat. Ipſe autem IESVS non credebat ſe

Mat.26.f &.27.e Mar.14.f &.16.c

Pſal.3.b &.56.b

metipſum eis: eo ꝙ ipſe noſſet omnes, & opus ei non erat vt quis teſtimonium perhiberet de homine. Ipſe enim ſciebat quid eſſet in homine.

CAPVT III.

A ERat autem homo ex pharifæis, Nicodemus nomine, princeps Iudæorũ. Hic venit ad IESVM nocte & dixit ei, Rabbi, ſcimus ꝙ à deo veniſti magiſter. nemo enim poteſt hæc ſigna facere quæ tu facis, niſi fuerit deꝰ cum eo. Reſpõdit IESVS & dixit ei, Amen amen dico tibi, niſi quis natus fuerit denuo, nõ poteſt videre regnũ dei. Dicit ad eum Nicodemus, Quomodo poteſt homo naſci cũ ſit ſenex? nunquid poteſt in vẽtrem matris ſuę iterato introire & renaſci? Reſpondit IESVS, Amen amen dico tibi, niſi quis natus fuerit ex aqua & ſpiritu, non poteſt introire in regnum dei. Quod natum eſt ex carne, caro eſt: & quod natũ eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt. Non mireris quòd dixi tibi, Oportet

vos naſci denuo. Spiritus vbi vult ſpi
rat: & vocē eius audis, ſed neſcis vn-
de veniat aut quò vadat: ſic eſt omnis
qui natus eſt ex ſpiritu. Reſpondit Ni
codemus & dixit ei, Quomodo poſ-
ſunt hæc fieri? Reſpondit IESVS, & B
dixit ei, Tu es magiſter in Iſrael, &
hæc ignoras? Amen amen dico tibi:
quod ſcimus loquimur, & quod vi-
dimus teſtamur, & teſtimonium no-
ſtrum nō accipitis. Si terrena dixi vo
bis & non creditis: quomodo ſi dixe
ro vobis cœleſtia, credetis? Et nemo
aſcendit in cœlū niſi qui deſcendit de
cœlo, filius hominis qui eſt in cœlo.
Nūe.21.c Et ſicut Moyſes exaltauit ſerpentem
in deſerto: ita exaltari oportet filium
1.Ioā.4.b hominis, vt omnis qui credit in ipſo,
non pereat, ſed habeat vitam æternā.
Sic enim deus dilexit mundum, vt fi-
lium ſuum vnigenitum daret: vt om
nis qui credit in eum, non pereat, ſed
habeat vitam ęternam. Non enim mi
ſit deus filium ſuum in mundum vt
iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mū

dus per ipſum. Qui credit in eũ, non
C iudicatur. qui autem non credit, iam
iudicatus eſt: quia non credidit in no
mine vnigeniti filij dei. Hoc eſt autẽ
iudicium: ꝙ lux vênit in mundum,
& dilexerũt homines magis tenebras
quàm lucem. erant enim eorum ma-
la opera. Omnis enim qui male agit,
odit lucem: & non venit ad lucem vt
non arguantur opera eius. qui autem
facit veritatẽ, venit ad lucẽ, vt mani-
feſtentur opera eius, quia in deo ſunt
facta. ¶ Poſt hęc vênit IESVS & di
ſcipuli eius in terram Iudæam, & il-
lic morabatur cum eis & baptizabat.
Erat autem & Ioannes baptizans in
Enon iuxta Salim: quia aquæ multæ
erant illic, & veniebant & baptizabã-
tur. Nõdum enim miſſus fuerat Ioã-
nes in carcerẽ. Facta eſt autem quæ-
ſtio ex diſcipulis Ioãnis cum Iudęis
de purificatione. Et venerunt ad Ioã
nem, & dixerũt ei, Rabbi, qui erat te-
cum trans Iordanem, cui tu teſtimo
nium perhibuiſti, ecce hic baptizat, &

omnes veniunt ad eũ. Reſpondit Ioã D
nes, & dixit, Non poteſt homo accipe
re quicq̃, niſi fuerit ei datum de cœlo.
Ipſi vos mihi teſtimonium perhibe-
Supra.1.c tis q̃ dixerim, Non ſum ego CHRI
STVS: ſed miſſus ſum ante illũ. Qui
habet ſponſam, ſpõſus eſt: amicus au
tem ſpõſi qui ſtat & audit eũ, gaudio
gaudet propter vocẽ ſpõſi. Hoc ergo
gaudium meum impletũ eſt. Illum
oportet creſcere: me autẽ minui. Qui
de ſurſum venit: ſuper omnes eſt. Qui
eſt de terra, de terra eſt, & de terra lo-
quitur: qui de cœlo venit, ſuper om-
nes eſt. Et quod vidit & audiuit, hoc
teſtatur: & teſtimoniũ eius nemo ac-
cipit. Qui autem accepit eius teſtimo
nium: ſignauit: q̃ DEVS VERAX
Rom.3.a EST. Quem enim miſit deus, verba
dei loquitur. non enim ad mẽſuram
dat deus ſpiritũ. Pater diligit filium:
1.Ioã.5.b & omnia dedit in manu eius. Qui cre
dit in filium, habet vitam æternã: qui
autem incredulus eſt filio, nõ videbit
vitam, ſed ira dei manet ſuper eum.

CAPVT IIII.

A VT ergo cognouit IESVS audiſſe phariſæos ꝙ IESVS plures diſcipulos facit & baptizat quàm Ioannes (quãquam IESVS non baptizaret, ſed diſcipuli eius) reliquit Iudæam, & abijt iterum in Galilæã. oportebat autem eum tranſire per Samariam. ¶ Venit ergo in ciuitatẽ Samariæ quæ dicitur Sichar, iuxta prædiũ quod dedit Iacob, Ioſeph filio ſuo.
Erat autem ibi, fons Iacob. IESVS Geñ.48.d
autem fatigatus ex itinere, ſedebat ſic ſupra fontem. Hora autem erat quaſi ſexta. Venit autem mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei IESVS, Da mihi bibere. Diſcipuli enim eius abierant in ciuitatem vt cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana, Quomodo tu Iudæus cũ ſis, bibere à me poſcis, quæ ſum mulier Sa-
B maritana? non enim cõmerciũ habent Iudæi cũ Samaritanis. Reſpondit IESVS, & dixit ei, Si ſcires donum dei,

& quis eſt qui dicit tibi, Da mihi bi/
bere: tu petiſſes ab eo, & dediſſet tibi
aquam viuam. Dicit ei mulier, Domi
ne, neq; quo haurias habes, & puteus
altus eſt: vnde ergo habes aquam vi/
uam? Nunquid tu maior es patre no
ſtro Iacob, qui dedit nobis puteum:
& ipſe ex eo bibit, & filij eius, & peco
ra eius? Reſpondit IESVS, & dixit
ei, Omnis qui bibit ex aqua hac, ſitiet
iterum: qui autē biberit ex aqua quā
ego dabo ei, nō ſitiet in æternum, ſed
aqua quā ego dabo ei, fiet in eo fons
aquæ ſalientis in vitam æternam. Di/
cit ad eum mulier, Domine, da mihi
hanc aquam: vt non ſitiam, neque ve
niam huc haurire. Dicit ei IESVS,
Vade, voca virum tuum, & veni huc.
Reſpondit mulier, & dixit, Nō habeo C
virum. Dicit ei IESVS, Bene dixiſti,
Non habeo virum. Quinq; enim vi/
ros habuiſti: & nunc quem habes, nō
eſt tuus vir. hoc verè dixiſti. Dicit ei
mulier, Domine, video quòd prophe
ta es tu. Patres noſtri in monte hoc

adorauerunt:& vos dicitis ꝙ Hiero-
ſolymis eſt locus vbi adorare opor-
tet. Dicit ei IESVS, Mulier, crede mi
hi, Venit hora, quando neq; in mon-
te hoc, neq; in Hieroſolymis adorabi
tis patrem. Vos adoratis quod neſci-
tis: nos adoramus quod ſcimus, quia
ſalus ex Iudæis eſt. Sed venit hora &
nunc eſt, quādo veri adoratores ado-
rabunt patrem in ſpiritu & veritate.
nam & pater tales quærit, qui adorēt
eum. Spiritus eſt deus: & eos qui ado 2. Cor. 3. d
rant eum, in ſpiritu & veritate opor-
tet adorare. Dicit ei mulier, Scio ꝙ
Meſias veniet, qui dicitur CHRI-
STVS. cum ergo venerit, ille annun-
tiabit nobis omnia. Dicit ei IESVS:
D Ego ſum, qui loquor tecum. Et conti
nuo venerunt diſcipuli eius: & mira-
bantur quòd cū muliere loqueretur.
nemo tamen dixit, Quid quæris, aut
quid loqueris cū ea? Reliquit ergo hy
driam ſuam mulier: & abijt in ciuita-
tem, & dicit illis hominibus, Venite,
& videte hominē qui dixit mihi om-

nia quæcunque feci, nunquid ipſe eſt
CHRISTVS? Exierunt ergo de ciui
tate, & veniebant ad eum. Interroga
bant eũ diſcipuli, dicentes, Rabbi, mã
duca. Ille autẽ dixit eis, Ego cibũ ha-
beo manducare quẽ vos neſcitis. Di-
cebant ergo diſcipuli adinuicẽ. Nun-
quid aliquis attulit ei manducare? Di
cit eis IESVS, Meus cib⁹ eſt, vt faciã E
voluntatẽ eius qui miſit me, & perfi-
ciam opus eius. Nonne vos dicitis ꝙ
adhuc quatuor menſes ſunt, & meſſis
venit? Ecce dico vobis, leuate oculos
veſtros & videte regiones, quia albæ
ſunt iã ad meſſem. Et qui metit, mer-
cedem accipit, & congregat fructũ in
vitam ęternã: vt & qui ſeminat ſimul
gaudeat & qui metit. in hoc enim eſt
verbum verũ: ꝙ alius eſt qui ſeminat,
& ali⁹ eſt qui metit. Ego miſi vos me-
tere quod vos nõ laboraſtis: alij labo
rauerũt, & vos in labores eorum in-
troiſtis. Ex ciuitate autẽ illa multi cre
diderunt in eum Samaritanorũ, pro-
pter verbũ mulieris teſtimoniũ perhi

bentis, Dixit mihi omnia quæcunq́;
F feci. Cum veniſſent ergo ad illum Sa-
maritani: rogauerunt eũ vt ibi mane-
ret. Et manſit ibi duos dies. Et multo
plures crediderũt propter ſermonem
eius. Et mulieri dicebant, Iam non
propter tuam loquelã credimus. Ipſi
enim audiuimus, & ſcimus q̄ hic eſt
vere ſaluator mundi CHRISTVS.
¶ Poſt duos autẽ dies exijt inde: &
abijt in Galilęam. Ipſe enim IESVS
teſtimonium perhibuit quòd prophe- Mat. 13. g
ta in ſua patria honorem non habet. Mar. 6. a
Cum ergo veniſſet in Galilæã, excę- Luc. 4. c
perunt eum Galilæi, cum omnia vi- Mat. 4. b
diſſent quæ fecerat Hieroſolymis in Mar. 1. b
die feſto. & ipſi enim venerant ad diẽ Luc. 4. c
feſtum. Vênit ergo iterũ in Cana Ga-
lilææ, vbi fecit aquam vinum. Et erat
quidam regulus cuius filius infirma-
G batur Capharnaum. Hic cum audiſſet
q̄ IESVS adueniret à Iudęa in Gali-
læam, abijt ad eũ: & rogabat eum vt
deſcẽderet & ſanaret filium eius, inci-
piebat enĩ mori. Dixit ergo IESVS

ad eum, Niſi ſigna & prodigia vide-
ritis, non creditis. Dicit ad eum regu- I
lus, Domine, deſcéde prius quàm mo-
riatur filius meus. Dicit ei IESVS,
Vade, filius tuus viuit. Credidit ho-
mo ſermoni quem dixit ei IESVS,
& ibat. Iam autem eo deſcendente,
ſerui occurrerunt ei: & nuntiauerunt
dicentes ꝙ filius eius viueret. Inter-
rogabat ergo horã ab eis, in qua me-
lius habuerat. Et dixerũt ei, Heri hora
ſeptima reliquit eum febris. Cogno-
uit ergo pater ꝙ illa hora erat in quà
dixit ei IESVS, Filius tuus viuit. &
credidit ipſe, & domus eius tota. Hoc
iterum ſecũdum ſignũ fecit IESVS,
cum veniſſet à Iudæa in Galilęam.

CAPVT V.

POſt hæc erat dies feſtus Iu- A
dęorũ: & aſcendit IESVS
Hieroſolymam. Eſt autem
Hieroſolymis, in Probati-
ca, piſcina quæ cognominatᵣ Hebrai-
ce Betheſda, quinq; porticus habens.
In his iacebat multitudo magna lan-
guentiũ,

guentium, cæcorum, claudorum, ari/
dorum: expectantium aquę motum.
Angelus autem domini deſcendebat
ſecūdum tempus in piſcinam, & mo/
uebat aquam. Et qui primus deſcen/
diſſet poſt motionem aquæ: ſanus fie
bat à quacunq; detinebatur infirmita
te. Erat autem quidam homo ibi, tri/
ginta & octo annos habēs in infirmi/
tate. Hunc cum vidiſſet IESVS ia/
centem, & cognouiſſet q iam multū
B tempus haberet: dicit ei, Vis ſanus fie
ri? Reſpondit ei languidus, Domine,
hominem non habeo, vt cum turba/
ta fuerit aqua, mittat me in piſcinam.
dum venio enim ego, alius ante me
deſcendit. Dicit ei IESVS, Surge, tol
le grabatum tuum & ambula. Et ſta/
tim ſanus factus eſt homo ille: & ſu/
ſtulit grabatum ſuum, & ambulabat.
Erat autem ſabbatum in die illo. Dice
bant ergo Iudæi, illi qui ſanatus fue/
rat, Sabbatum eſt, non licet tibi tolle/
re grabatū tuum. Reſpondit eis, Qui
me ſanum fecit, ille mihi dixit, Tolle

grabatum tuum & ambula. Interro-
gauerunt ergo eum, Quis eſt ille ho-
mo, qui dixit tibi, Tolle grabatũ tuũ
& ambula? Is autem qui ſanus fuerat
effectus, neſciebat quis eſſet. IESVS
enim declinauit à turba conſtituta in
loco. Poſtea inuenit eum IESVS in C
templo, & dixit illi, Ecce ſanus factus
es, iam noli peccare, ne deterius tibi
aliquid contingat. Abijt ille homo: &
nuntiauit Iudęis quòd IESVS eſſet
qui fecit eum ſanum. Propterea per-
ſequebãtur Iudęi IESVM, quia hęc
faciebat in ſabbato. IESVS autem re
ſpondit eis, Pater meus vſque modo
operatur: & ego operor. Propterea er
go magis quærebant eũ Iudæi inter-
ficere, quia non ſolum ſoluebat ſabba
tum, ſed & patrem ſuum dicebat deũ,
æqualẽ ſe faciens deo. Reſpõdit itaq;
IESVS, & dixit eis, Amen amẽ dico
vobis, nõ poteſt filius à ſe facere quic
quã, niſi quid viderit patrem facien-
tem: quæcunq; enim ille facit, hæc &
filius ſimiliter facit. Pater enim dili- D

git filium & omnia demõſtrat ei quę
ipſe facit: & maiora his demonſtrabit
ei opera, vt vos miremini. Sicut enim
pater ſuſcitat mortuos & viuificat: ſic
& filius quos vult viuificat. Neq; ení
pater iudicat quéquã: ſed omne iudi-
cium dedit filio, vt omnes honorifi-
cent filium, ſicut honorificant patré.
Qui non honorificat filium, non ho-
norificat patrem qui miſit illũ. Amen
amen dico vobis: qui verbum meum
audit & credit ei qui miſit me, habet
vitam æternam. & in iudicium nõ ve
nit: ſed tranſijt à morte in vitã. Amen
amen dico vobis ꝙ venit hora & nũc
eſt, quando mortui audient vocé filij
dei: & qui audierint, viuent. Sicut ení
pater habet vitã in ſemetipſo: ſic de-
E dit & filio habere vitã in ſemetipſo:
& poteſtaté dedit ei iudicium facere,
quia filius hominis eſt. Nolite mirari
hoc: quia veniet hora, in qua omnes
qui in monumentis ſunt, audient vo
cem eius. & procedent, qui bona fece Mat. 25. d
runt, in reſurrectionem vitę: qui vero

mala egerunt, in reſurrectionem iudi
cij. Non poſſum ego à meipſo facere
quicq̃. Sicut audio, iudico: & iudiciũ
meum iuſtum eſt. quia nõ quæro vo
luntatem meam, ſed volũtatem eius
qui miſit me. Si ego teſtimoniũ perhi
beo de me, teſtimoniũ meum non eſt
verum. Alius eſt qui teſtimoniũ per-
Mat.3.d hibet de me: & ſcio verũ eſſe teſtimo
nium, quod perhibet de me. Vos mi-
Supra.1.c ſiſtis ad Ioãnem: & teſtimoniũ perhi
buit veritati. Ego autẽ non ab homi- F
ne teſtimonium accipio. ſed hęc dico,
vt vos ſalui ſitis. Ille erat lucerna ar-
dens & lucens. Vos autẽ voluiſtis ad
horam exultare in luce eius. Ego autẽ
habeo teſtimoniũ maius teſtimonio
Ioannis. Opera enim quę dedit mihi
pater vt perficiam ea: ipſa opera quæ
ego facio teſtimonium perhibent de
me, q̃ pater miſerit me. & qui miſit
me pater, ipſe teſtimonium perhibuit
Mat.3.d de me. neq; vocem eius vnquã audi-
ſtis, neq; ſpeciẽ eius vidiſtis. & verbũ
eius nõ habetis in vobis manẽs: quia

quem miſit ille, huic vos nō creditis.
Scrutamini ſcripturas: quia vos puta
tis in ipſis vitam æternam habere. Et
illæ ſunt quæ teſtimonium perhibēt
de me, & non vultis venire ad me vt
G vitā habeatis. Gloriam ab hominibus
non accipio. Sed cognoui vos ꝙ dile
ctionē dei non habeatis in vobis. Ego
veni in nomine patris mei, & nō acci
pitis me. ſi alius venerit in nomine
ſuo, illum accipietis. Quomodo vos
poteſtis credere, qui gloriam ab inui
cem accipitis: & gloriam quæ à ſolo
deo eſt, nō quæritis? Nolite putare ꝙ
ego accuſaturus ſim vos apud patrē.
eſt qui accuſat vos, Moyſes in quo
vos ſperatis. Si enim crederetis Moy
ſi, crederetis vtiq; mihi. de me enī ille
ſcripſit. Si autē illius literis nō credi
tis: quomodo verbis meis credetis?

CAPVT VI.

A Poſt hæc abijt IESVS trās mare Galilææ, quod eſt Ti beriadis: & ſequebatur eū multitudo magna, quia vi

Mat. 14. b
Mar. 6. e
Luc. 9. b

debāt ſigna quę faciebat ſuper his qui
infirmabantur. Subijt ergo in montē
IESVS: & ibi ſedebat cum diſcipu/
lis ſuis, Erat autē proximum paſcha
dies feſtus Iudæorū. Cum ſubleuaſ/
ſet ergo oculos IESVS, & vidiſſet
ꝙ multitudo maxima venit ad eum,
dicit ad Philippū, Vnde ememus pa/
nes vt manducent hi? Hoc autem di/
cebat tentans eum. ipſe enim ſciebat
quid eſſet facturus. Reſpondit ei Phi/
lippus, Ducentorum denariorum pa
nes non ſufficiunt eis, vt vnuſquiſq;
modicum quid accipiat. Dicit ei vnus
ex diſcipulis eius, Andreas, frater Si/
mônis Petri: Eſt puer vnus hic, qui ha
bet quinq; panes hordeaceos & duos
piſces: ſed hæc quid ſunt inter tā mul
tos? Dixit ergo IESVS, Facite homi
nes diſcumbere. Erat autem fœnum B
multum in loco. Diſcubuerunt ergo
viri, numero quaſi quinq; millia. Ac/
cępit ergo IESVS panes: & cū gra/
tias egiſſet, diſtribuit diſcumbētibus.
ſimiliter & ex piſcibus quantum vo•

lebant. Vt autem impleti ſunt, dixit di
ſcipulis ſuis, Colligite quæ ſuperaue-
runt fragmenta, ne pereant. College-
runt ergo, & impleuerunt duodecim
cophinos fragmētorū ex quinq; pani
bus hordeaceis, quæ ſuperfuerūt his
qui manducauerant. Illi ergo homi-
nes cum vidiſſent quod IESVS fece
rat ſignum, dicebāt, Hic eſt verè pro-
pheta, qui venturus eſt in mundum.
¶ IESVS ergo cum cognouiſſet ꝙ Mát. 14. e
venturi eſſent vt raperent eum & fa- Mar. 6. f
cerent eum regē: fugit iterum in mō-
tem ipſe ſolus. Vt autem facta eſt ve-
ſpera, deſcenderunt diſcipuli eius ad
mare. Et cum aſcendiſſent nauim, ve-
nerūt trans mare in Capharnaum, &
tenebræ iam factæ erant: & non vene
C rat ad eos IESVS. Mare autē, vento
magno flante, exurgebat. Cum remi-
gaſſent ergo quaſi ſtadia vigintiquin
que aut triginta, vident IESVM am
bulantem ſupra mare, & proximum
naui fieri, & timuerūt. Ille autem di-
cit eis, Ego ſum, nolite timere. Volue

runt ergo accipere eum in nauim: &
ſtatim nauis fuit ad terram ad quam
ibant. Poſtero die, turba quæ ſtabat
trans mare, vt vidit ꝙ nauicula alia
non erat ibi, niſi vna illa, quā ingreſſi
fuerant diſcipuli eius: & quòd nō in-
troiſſet cum diſcipulis ſuis IESVS
in nauiculam, ſed ſoli diſcipuli eius
abijſſent (aliæ vero ſuperuenerūt na-
uiculæ à Tiberiade iuxta locum vbi
manducauerant panem, gratias agen
te domino) Cū vidiſſet turba ꝙ IE-
SVS non eſſet ibi neq; diſcipuli eius,
aſcenderunt & ipſi in nauiculas & ve
nerunt Capharnaum quærentes IE-
SVM. Et cum inueniſſent eum trans
mare, dixerunt ei, Rabbi, quando huc
veniſti? Reſpōdit ei IESVS, & dixit,
Amen amen dico vobis, quæritis me
non quia vidiſtis ſigna, ſed quia man
ducaſtis ex panibus, & ſaturati eſtis.
Operamini non cibum qui perit, ſed
qui permanet in vitam æternā, quem
filius hominis dabit vobis. hūc enim
pater ſignauit deus. Dixerunt ergo ad D

eũ, Quid facimus vt operemur opera
dei? Reſpondit IESVS, & dixit eis,
Hoc eſt opus dei, vt credatis in eum 1. Ioã. 3. d
quẽ miſit ille. Dixerũt ergo ei, Quod
ergo tu facis ſignũ, vt videam⁹ & cre
damus tibi? quid operaris? Patres no
ſtri manducauerunt manna in deſer-
to, ſicut ſcriptum eſt, Panem de cœlo Exo. 16. c
dedit eis manducare. Dixit ergo eis Nũe. 11. b
IESVS, Amen amen dico vobis, nõ Pſal. 77. c
Moyſes dedit vobis panem de cœlo, Sapi. 16. c
ſed pater meus dat vobis panẽ de cœ
lo verũ. Panis enim dei eſt qui de cœ
lo deſcendit, & dat vitam mundo. Di
xerũt ergo ad eum, Domine, ſemper
da nobis panem hunc, Dixit autẽ eis Eccli. 24. c
IESVS, Ego ſum panis vitæ. qui ve-
nit ad me, non eſuriet: & qui credit in
me, non ſitiet in æternũ. Sed dixi vo-
bis quòd & vidiſtis me, & nõ credi-
diſtis. Omne quod dat mihi pater, ad
me veniet: & eum qui vênit ad me,
non eijciam foras, quia deſcẽdi de cœ
lo, non vt faciam volũtatem meam,
ſed voluntatẽ eius qui miſit me. Hæc

eſt enim voluntas eius qui miſit me,
patris: vt omne quod dedit mihi, nõ
perdam, ſed reſuſcitem illud in nouiſ
ſimo die. Hæc eſt autem voluntas pa
tris mei qui miſit me: vt omnis qui vi
det filium & credit in eum, habeat vi
tam ęternam, & ego reſuſcitabo eum
in nouiſſimo die. Murmurabát ergo E
Iudæi de illo, ꝙ dixiſſet, Ego ſum pa
nis qui de cœlo deſcendi: & dicebant,
Mat.13.g Nónne hic eſt IESVS filius Ioſeph,
cuius nos nouimus patrem & matrẽ?
Quomodo ergo dicit hic, De cœlo de
ſcendi? Reſpondit ergo IESVS, & di
xit eis, Nolite murmurare inuicẽ. ne-
mo poteſt venire ad me, niſi pater qui
miſit me traxerit eum, & ego reſuſci-
tabo eũ in nouiſſimo die. Eſt ſcriptũ
Eſa.54.d in prophetis, Et erunt omnes docti à
Hiere.31.f deo. Omnis ergo qui audiuit à patre
& didicit: venit ad me. Nõ ꝙ patrẽ vi
derit quiſꝗ, niſi is qui eſt à deo, hic vi
dit patrẽ. Amen amẽ dico vobis, qui
credit in me, habet vitam ęternã. Ego
Exo.16.c ſum panis vitæ. Patres veſtri mandu

cauerunt mãna in deſerto: & mortui
ſunt. Hic eſt panis de cœlo deſcẽdẽs:
vt ſi quis ex ipſo manducauerit, non
moriatur. Ego ſum panis viuus, qui
de cœlo deſcendi. Si quis manducaue
rit ex hoc pane, viuet in æternum. &
panis quẽ ego dabo, caro mea eſt quã
ego dabo pro mundi vita. Litigabant
ergo Iudæi adinuicem, dicẽtes, Quo
modo poteſt hic nobis carnem ſuam
F dare ad manducãdum? Dixit ergo eis
IESVS, Amen amen dico vobis, niſi
manducaueritis carnem filij hominis
& biberitis eius ſanguinem, non ha-
betis vitam in vobis. Qui manducat
meam carnem & bibit meum ſangui 1.cor.11.
nem, habet vitam æternam, & ego re
ſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Caro
enim mea, vere eſt cibus: & ſanguis
meus, vere eſt potus. qui manducat
meam carnem & bibit meum ſangui
nem: in me manet, & ego in illo. Si-
cut miſit me viuẽs pater, & ego viuo
propter patrem: & qui mãducat me,
& ipſe viuet propter me. Hic eſt pa-

nis, qui de cœlo deſcendit: non ſicut
manducauerunt patres veſtri mãna:
& mortui ſunt. Qui manducat hunc
panem, viuet in æternum. ❡ Hęc di-
xit in ſynagoga docẽs in Capharnaũ.
Multi ergo audiẽtes ex diſcipulis ei⁹,
dixerũt, Durus eſt hic ſermo, quis po G
teſt eum audire? Sciens autẽ IESVS
apud ſemetipſum ꝙ murmurarẽt de
hoc diſcipuli eius, dixit eis, Hoc vos
ſcandalizat? Si ergo videritis filiũ ho
minis aſcendentẽ vbi erat prius? Spi-
ritus eſt qui viuificat: caro non poteſt
quicꝗ̃. Verba quæ ego loquor vobis,
ſpiritus & vita ſunt. Sed ſunt quidam
ex vobis qui non credunt. Sciebat eni
ab initio IESVS qui eſſent non cre-
dentes, & quis traditurus eſſet eũ. Et
dicebat, Propterea dixi vobis quòd
nemo poteſt venire ad me, niſi fuerit
ei datum à patre meo. Ex eo multi di
ſcipulorum eius abierũt retrò: & iam
non cum illo ambulabant. Dixit ergo
IESVS ad duodecim, Nunquid &
vos vultis abire? Reſpõdit ergo ei Si-

mon Petrus, Domine, ad quem ibi-
mus? verba vitę æternæ habes, & nos
credimus & cognouimus quòd tu es
CHRISTVS filius dei. Reſpõdit eis Mat.16.c
IESVS, Nónne ego vos duodecim
elegi: & ex vobis vnus diabolus eſt?
Dicebat autẽ de Iuda Simônis Iſca-
riote. hic enim erat traditurus eum,
cum eſſet vnus ex duodecim.

CAPVT VII.

A Poſt hęc autem ambulabat
IESVS in Galilæa. non
enĩ volebat in Iudęa am-
bulare: quia quærebant eũ
Iudæi interficere. Erat autẽ in proxi-
mo dies feſtus Iudæorũ, ſcenopegia.
Dixerunt autem ad eum fratres eius,
Tranſi hinc, & vade in Iudæam, vt &
diſcipuli tui videant opera tua quę fa-
cis. Nemo quippe in occultò quid fa-
cit, & quærit ipſe in palàm eſſe. ſi hęc
facis: manifeſta teipſum mũdo. Neq;
enim fratres eius credebant in eum.
¶ Dicit ergo eis IESVS, Tẽpus meũ
nondum aduenit: tempus autem ve

ſtrum ſemper eſt paratum. Nõ poteſt
mundus odiſſe vos, me autem odit:
quia ego teſtimoniũ perhibeo de illo
ꝙ opera eius mala ſunt. Vos aſcendi-
te ad diem feſtum hunc. ego nõdum
aſcendo ad diem feſtum iſtum: quia
meum tempus nondum impletũ eſt.
Hæc autẽ cum dixiſſet illis, ipſe man
ſit in Galilæa. Vt autẽ aſcenderunt fra B
tres eius, tunc & ipſe aſcẽdit ad diem
feſtum, non manifeſte, ſed quaſi in oc
culto. Iudæi ergo quærebant eum in
die feſto, & dicebant, Vbi eſt ille? Et
murmur multũ erat in turba de eo.
Quidã enim dicebant, Bonus eſt. Alij
autem dicebant, Non, ſed ſeducit tur-
bam. Nemo tamẽ palàm loquebatur
de illo, propter metum Iudæorum.
Iam autem die feſto mediante, aſcen
dit IESVS in templum, & docebat.
Et mirabantur Iudæi, dicentes, Quo-
modo hic literas ſcit, cum non didice
rit? Reſpondit eis IESVS, & dixit,
Mea doctrina, non eſt mea, ſed eius
qui miſit me. Si quis voluerit volũta

tem eius facere cognoſcet de doctri-
na, vtrum ex deo ſit, an ego à meipſo
loquar. Qui à ſemetipſo loquitur, glo
riam propriam quærit: qui autẽ quę-
rit gloriam eius qui miſit eum: hic ve
rax eſt, & iniuſtitia ĩ illo nõ eſt. Nón-
C ne Moyſes dedit vobis legem, & ne-
mo ex vobis facit legem? Quid me
quęritis interficere? Reſpondit turba,
& dixit, Dęmoniũ habes: quis te quę-
rit interficere? Reſpondit IESVS, &
dixit eis, Vnũ opus feci: & omnes mi
ramini. Propterea Moyſes dedit vo-
bis circunciſionem: non ꝙ ex Moyſe Leui.12.a
ſit, ſed ex patribus. & in ſabbato circũ
ciditis hominem. Si circunciſionem
accipit homo in ſabbato vt non ſol-
uatur lex Moyſi: mihi indignamini
quia totum hominem ſanum feci in
ſabbato? Nolite iudicare ſecundum fa Deu.1.c
D ciem: ſed iuſto iudicio iudicate. Dice-
bant ergo quidã ex Hieroſolymitis,
Nónne hic eſt quem quærunt interfi-
cere? Ecce, palàm loquitur, & nihil ei
dicunt. Nunquid vere cognouerunt

principes qꝫ hic eſt CHRISTVS?
Sed hunc ſcimus vnde ſit: CHRI-
STVS autem cum venerit nemo ſcit
vnde ſit. Clamabat ergo IESVS in
templo docēs, & dicens, Et me ſcitis,
& vnde ſim ſcitis: & à meipſo non ve-
ni, ſed eſt verus qui miſit me quē vos
neſcitis. Ego ſcio eū: quia ab ipſo ſum,
& ipſe me miſit. Quærebāt ergo eum
apprehēdere: & nemo miſit in illum
manus, quia nondum venerat hora
eius. De turba autem multi credide-
runt in eū. & dicebant CHRISTVS E
cum venerit, nunquid plura ſigna fa-
ciet q̃; quę hic fecit? Audierunt pha-
riſæi turbam murmurantem de illo
hæc: & miſerunt principes & pha-
riſæi miniſtros vt apprehenderent
eum. Dixit ergo eis IESVS, Adhuc
modicum tempus vobiſcum ſum: &
infra,13.d vado ad eum qui me miſit. Quæretis
me & nō inuenietis: & vbi ego ſum,
vos non poteſtis venire. Dixerunt er
go Iudęi ad ſemetipſos, Quò hic itu-
rus eſt, qꝫ non inueniemus eum? nun
qui d

quid in diſperſionem gentium iturus
eſt, & docturus gentes? Quis eſt hic
F ſermo quē dixit, Quęretis me & non
inuenietis. & vbi ſum ego, vos nō po
teſtis venire? ℭ In nouiſſimo autem
die magno feſtiuitatis ſtabat IESVS
& clamabat, dicens, Si quis ſitit: ve-
niat ad me, & bibat. Qui credit in me 2.par.16.c
ſicut dicit ſcriptura: flumina de ven-
tre eius fluent aquæ viuę. Hoc autem
dixit de ſpiritu quem accępturi erant
credentes in eum. nōdum enim erat
ſpiritus ſanctus: quia IESVS nondū
erat glorificatus. Ex illa ergo turba cū
audiſſent hos ſermones eius, dicebāt,
Hic eſt vere propheta. Alij dicebant,
Hic eſt CHRISTVS. Quidam autē
dicebant, Nunquid à Galilæa venit
G CHRISTVS? Nōne ſcriptura dicit,
ꝙ ex ſemine Dauid & de Bethleem ca
ſtello vbi erat Dauid, venit CHRI- Mich.5.a
STVS? Diſſenſio itaqꝫ facta eſt in tur Mat.2.a
ba propter eum. Quidam autem ex
ipſis volebant apprehēdere eum: ſed
nemo miſit ſuper eum manus. Vene-

runt ergo miniſtri ad pōtifices & pha
riſæos. Et dixerunt eis, Quare nō ad/
duxiſtis illū? Reſponderunt miniſtri,
Nunq̃ ſic locutus eſt homo, ſicut hic
homo. Reſponderunt ergo eis phari/
ſæi, Nunquid & vos ſeducti eſtis? nū/
quid ex principibus aliquis credidit
in eū, aut ex phariſęis? Sed turba hæc
quæ nō nouit legē maledicti ſunt. Di
Supra.3.a cit Nicodemus ad eos, ille qui vênit
ad eum nocte: qui vnus erat ex ipſis.
Nunquid lex noſtra iudicat hominē,
niſi prius audierit ab ipſo & cognoue
rit quid faciat? Reſponderunt & dixe
runt ei, Nunquid & tu Galilæus es?
Scrutare, & vide, q̄ à Galilæa prophe
ta non ſurrexit. Et reuerſi ſunt vnuſ/
quiſq; in domum ſuam.

CAPVT VIII.

IESVS autē perrexit in mō A
tem Oliuarum: & diluculo
iterum vênit in tēplum, &
omnis populus vênit ad
eum, & ſedens docebat eos. Adducūt
autem ad eū ſcribæ & phariſæi mulie

rem in adulterio deprehenſam:& ſta
tuerunt eã in medio & dicunt ei, Ma
giſter, hæc mulier modo deprehenſa
eſt in adulterio. In lege autẽ Moyſes Leui. 20. a
mandauit nobis huiuſmodi lapidare.
Tu ergo quid dicis? Hoc autẽ dicebãt
tentãtes eum: vt poſſent accuſare eũ.
IESVS autem inclinãs ſe deorſum,
digito ſcribebat in terra. Cum ergo
perſeuerarẽt interrogantes eũ: erexit
ſe, & dixit eis, Qui ſine peccato eſt ve
ſtrum, primus in illam lapidẽ mittat.
Et iterũ ſe inclinans ſcribebat in terra.
Audientes autẽ hęc, vnus poſt vnum
exibant incipientes à ſenioribus: & re
mãſit ſolus IESVS, & mulier in me
dio ſtans, Erigens autẽ ſe IESVS, &
cum neminẽ videret, pręter mulierẽ:
dixit ei, Mulier, vbi ſunt qui te accuſa
bant? nemo te condẽnauit? Quæ di-
xit, Nemo dñe. Dixit autem IESVS,
Nec ego te cõdemnabo. Vade, & iam
B amplius noli peccare. Iterũ ergo lo-
cutus eſt eis IESVS, dicẽs, Ego ſum
lux mũdi. qui ſequitur me, nõ ambu-

IESVS, Ego vado: & quæretis me,
& in peccato veſtro moriemini. Quò
ego vado, vos nō poteſtis venire. Di
cebant ergo Iudæi, Nunquid interfi-
ciet ſemetipſum, quia dicit, Quò ego
vado, vos non poteſtis venire? Et di-
cebat eis, Vos deorſum eſtis, ego de
ſupernis ſum. vos de mūdo hoc eſtis:
ego non ſum de hoc mundo. Dixi er-
go vobis ꝙ moriemini in peccatis ve
ſtris. ſi enim non credideritis ꝙ ego
ſum, moriemini in peccatis veſtris. Di
cebant ergo ei, Tu quis es? Dixit eis
IESVS. Primum quod & loquor vo
D bis. Multa habeo de vobis loqui &
iudicare. ſed qui me miſit, verax eſt: Rom. 3. a
& ego quæ audiui ab eo, hæc loquor
in mundo. Et non cognouerunt ꝙ de
patre eis dicebat. Dixit ergo eis IE-
SVS, Cum exaltaueritis filium homi
nis, tunc cognoſcetis ꝙ ego ſum, & à
meipſo facio nihil, ſed ſicut docuit
me pater, hęc loquor. Et qui me miſit
mecum eſt: & nō reliquit me ſolum.
quia ego quę placita ſunt ei, facio ſem-

per. Hæc illo loquente, multi credide
runt in eũ. Dicebat ergo IESVS ad
eos qui crediderãt ei, Iudæos. Si vos
mãſeritis in ſermone meo, vere diſci-
puli mei eritis: & cognoſcetis verita-
tem, & veritas liberabit vos. Reſpon-
derũt ei, Semen Abrahæ ſumus, & ne
mini ſeruiuimus vnq̃: quomodo tu
dicis, Liberi eritis? Reſpondit eis IE
Rom.6.c SVS, Amen amen dico vobis, ꝙ om
2.Pet.2.d nis qui facit peccatũ, ſeruus eſt pecca-
ti, ſeruus autẽ non manet in domo in
æternum: filius manet in æternum. ſi
ergo vos filius liberauerit: vere liberi E
eritis. Scio quòd filij Abrahę eſtis: ſed
quæritis me interficere, quia ſermo
meus nõ capit in vobis. Ego quod vi
di apud patrẽ meum loquor: & vos
quæ vidiſtis apud patrẽ veſtrum, fa-
citis. Reſponderũt, & dixerunt ei, Pa-
ter noſter Abraham eſt. Dicit eis IE-
SVS, Si filij Abrahę eſſetis, opa Abra
hæ faceretis. Nunc autẽ quæritis me
interficere, hominẽ qui veritatem vo
bis locutus ſum, quam audiui à deo.

hoc Abrahã non fecit. Vos facitis ope
ra patris veſtri. Dixerunt itaq; ei. Nos
ex fornicatione non ſumus nati. vnũ
patrem habemus deum. Dixit eis IE
SVS, Si deus, pater veſter eſſet: dili/
geretis vtiq; me: ego enĩ ex deo pro/
ceſſi, & veni. neq; enim à meipſo ve/
F ni: ſed ille me miſit. Quare loquelam
meam non cognoſcitis? Quia nõ po/
teſtis audire ſermonẽ meum. Vos ex
patre diabolo eſtis: & deſideria pa/
tris veſtri vultis facere. ille, homicida 1.Ioã.3.b
erat ab initio, & in veritate nõ ſtetit:
quia nõ eſt veritas in eo. cum loqui/
tur mẽdacium, ex proprijs loquitur:
quia mẽdax eſt & pater eius. Ego au/
tem quia veritatem dico, nõ creditis
mihi. Quis ex vobis arguit me de pec
cato? Si autem veritatem dico: quare
vos nõ creditis mihi? Qui ex deo eſt, 1.Ioã.4.a
verba dei audit. Propterea vos nõ au
ditis, quia ex deo nõ eſtis. Reſponde/
runt ergo Iudæi, & dixerũt ei, Nõne
bene dicimus nos ꝙ Samaritanus es
tu, & dæmoniũ habes? Reſpondit IE

quaginta annos nõdũ habes; & Abraham vidiſti? Dixit eis IESVS, Amen amen dico vobis, antequã Abraham fieret ego ſum. Tulerũt ergo lapides vt iacerent in eum. IESVS autẽ abſcondit ſe, & exiuit de templo.

CAPVT IX.

A ET præteriens IESVS, vidit hominem cæcum à natiuitate: & interrogauerũt eum diſcipuli eius, dicentes. Rabbi, quis peccauit, hic an parentes eius, vt cæcus naſceretur? Reſpondit IESVS, Neq; hic peccauit, neque parentes eius: ſed vt manifeſtentur opera dei in illo. Me oportet operari opera eius qui miſit me, donec dies eſt. Venit nox, quando nemo poteſt operari, quandiu ſum in mundo, lux ſum mundi. Hoc cùm dixiſſet, expuit in terram, & fecit lutum ex ſputo, & liniuit lutum ſuper oculos cæci, & di
B xit ei, Vade, laua in natatoria Siloe, quod interpretatur, miſſus. Abijt ergo & lauit: & venit videns. Itaq; vi-

cini & qui viderant eum prius quòd
mendicus eſſet, dicebant, Nónne hic
eſt qui ſedebat & mendicabat? Alij di
cebant, Hic eſt. Alij autem, Nequaq̃,
ſed ſimilis eſt ei. Ille vero dicebat,
Ego ſum. Dicebãt ergo ei, Quomodo
aperti ſunt tibi oculi? Reſpondit, Ille
homo qui dicitur IESVS lutũ fecit:
& vnxit oculos meos, & dixit mihi,
Vade ad natatoriam Siloe: & laua. Et
abij, & laui, & video. Et dixerunt ei,
Vbi eſt ille? Ait, Neſcio. Adducunt ad G
phariſæos eum qui dudum cęcus fue
rat. Erat autẽ ſabbatum, quando lutũ
fecit IESVS, & aperuit oculos eius.
Iterum ergo interrogabant eũ & pha
riſæi quomodo vidiſſet. Ille autẽ di-
xit eis, Lutum mihi poſuit ſuper ocu
los, & laui, & video. Dicebãt ergo ex
phariſæis quidã, Non eſt hic homo à
deo, quia ſabbatum nõ cuſtodit. Alij
autẽ dicebant, Quomodo poteſt ho-
mo peccator hæc ſigna facere? Et ſchiſ
ma erat inter eos. Dicunt cæco iterũ,
Tu quid dicis de illo qui aperuit ocu

D los tuos? Ille autem dixit, Propheta
eſt. Non crediderunt ergo Iudæi de
illo, ꝙ cæcus fuiſſet & vidiſſet, donec
vocauerunt parētes eius qui viderat,
& interrogauerunt eos, dicentes, Hic
eſt filius veſter, quē vos dicitis ꝙ cæ-
cus natus eſt? Quomodo ergo nūc vi
det? Reſponderunt eis parentes eius,
& dixerūt, Scimus ꝙ hic eſt filius no-
ſter, & ꝙ cæcus natus eſt: quomodo
autē nunc videat, neſcimus: aut quis
eius aperuerit oculos, nos neſcimus.
ipſe ętatem habet. ipſum interrogate.
E ipſe de ſe loquetur. Hęc dixerūt parē-
tes eius, quoniā timebāt Iudęos. iam
enim cōſpirauerant Iudæi, vt ſi quis
eū confiteretur eſſe CHRISTVM,
extra ſynagogā fieret. Propterea parē-
tes eius dixerūt, Ætatē habet, ipſūm
interrogate. Vocauerūt ergo rurſum
hominē qui fuerat cęcus, & dixerunt
ei, Da gloriā deo. nos ſcimus ꝙ hic ho
mo, peccator eſt. Dixit ergo eis ille, Si
peccator eſt, neſcio: vnū ſcio, ꝙ cæcus
cū eſſem, mō video. Dixerūt ergo illi,

Et vidiſti eum: & qui loquitur tecũ, ipſe eſt. At ille ait, Credo domine. Et adorauit eum. Et dixit ei IESVS, In iudicium ego in hunc mũdum veni: vt qui non vident videant, & qui vident cæci fiant. Et audierunt quidam ex phariſæis, qui cum ipſo erant: & dixerunt ei, Nũquid & nos cæci ſumus? Dixit eis IESVS, Si cæci eſſetis, non haberetis peccatum: nunc vero dicitis, Videmus, Peccatum ergo veſtrũ manet.

CAPVT X.

A AMen amen dico vobis, qui nõ intrat per oſtium in ſtabulum ouium, ſed aſcẽdit aliunde, ille fur eſt & latro. Qui autem intrat per oſtium: paſtor eſt ouium. Huic oſtiarius aperit: & oues vocem eius audiũt, & proprias oues vocat nominatim, & educit eas. Et cum proprias oues emiſerit, ante eas vadit: & oues illũ ſequũtur, quia ſciunt vocẽ eius. Alienum autem nõ ſequẽtur, ſed fugient ab eo: quia non

nouerunt vocem alienorũ. Hoc pro/
uerbium dixit eis IESVS: Illi auté
non cognouerunt quid loqueret eis.
Dixit ergo eis iterum IESVS, Amen B
amen dico vobis, ꝙ ego ſum oſtium
ouium. Omnes quotquot venerunt,
fures ſunt & latrones: ſed non audie/
runt eos oues. Ego ſum oſtium. Per
me ſi quis introierit, ſaluabitur: & in/
gredietur & egredietur, & paſcua in/
ueniet. Fur non venit, niſi vt furetur
& mactet & perdat. Eg o veni vt vitã
habeant, & abundantius habeãt. Ego
Eſa.40.c ſum paſtor bonus. Bonus paſtor, ani/
Eze c.34.f mam ſuam dat pro ouibus ſuis. Mer
g.&.37.f cenarius autem & qui nõ eſt paſtor, C
cuius nõ ſunt oues propriæ, videt lu
pum venientem, & dimittit oues, &
fugit: & lupus rapit & diſpergit oues.
mercenarius autem fugit, quia merce
narius eſt: & non pertinet ad eum de
ouibus. Ego ſum paſtor bonus: & co
gnoſco meas, & cognoſcũt me meæ.
Sicut nouit me pater, & ego agnoſco
patrem: & animam meam pono pro

ouibus. Et alias oues habeo, quę non Ezec.37.I
ſunt ex hoc ouili: & illas oportet me
adducere, & vocem meam audiēt, &
fiet vnum ouile & vnus paſtor. Pro-
pterea me diligit pater: quia ego po-
no animã meam, vt iterũ ſumam eã.
D nemo tollit eã à me: ſed ego pono eã
à meipſo. poteſtatem habeo ponendi
eam: & poteſtatē habeo iterũ ſumen-
di eam. Hoc mãdatum accępi à patre
meo. Diſſenſio igitur iterum facta eſt
inter Iudęos propter ſermones hos.
Dicebant autē multi ex ipſis, Dæmo-
nium habet & inſanit: quid eum audi
tis? Alij dicebant, Hæc verba nõ ſunt
dæmoniũ habentis. nunquid dæmo-
nium poteſt cæcorũ oculos aperire?
E ¶ Facta ſunt autē Encænia in Hiero- I. Macha.
ſolymis: & hyems erat. Et ambulabat 4.f.g
IESVS in tēplo, in porticu Salomo
nis. Circũdederunt ergo eũ Iudæi, &
dicebant ei, Quouſq; animã noſtram
tollis? ſi tu es CHRISTVS, dic no-
bis palã. Reſpondit eis IESVS, Dixi
vobis: & non creditis. opa quę ego fa

mas: quia dixi filius dei ſum? Si non facio opera patris mei: nolite credere mihi. ſi autem facio: & ſi mihi nō vul tis credere, operibus credite, vt co/ gnoſcatis & credatis ꝙ pater in me eſt, & ego in patre. Quærebant ergo eum apprehendere & exiuit de mani bus eorū. ¶Et abīt iterum trans Ior danem in eum locum vbi erat Ioan/ nes baptizans primum: & māſit illic. Et multi venerunt ad eū, & dicebant, Ioannes quidem ſignum fecit nullū: Omnia autem quæcunq; dixit Ioan/ nes de hoc, vera erant. Et multi illic crediderunt in eum.

CAPVT XI.

A ERat autē quidam languens Lazarus à Bethania, de ca/ ſtello Mariæ & Marthæ ſo roris eius. Maria autē erat quæ vnxit dominū vnguento, & ex/ terſit pedes eius capillis ſuis: cuius fra ter Lazarus infirmabatur. Miſerūt er go ſorores eius ad eum, dicentes, Do mine ecce quē amas, infirmatur. Au/

diens autem IESVS, dixit, Infirmi-
tas hæc non eſt ad mortẽ, ſed pro glo
ria dei: vt glorificetur filius dei per eã.
Diligebat autem IESVS Marthã, &
ſororẽ eius Mariam & Lazarum. Vt
ergo audiuit quòd infirmabatur, tũc
quidem manſit in eodẽ loco duobus
diebus, deinde poſt hoc dicit diſcipu
lis, Eamus in Iudęam iterum. Dicunt
ei diſcipuli, Rabbi, nunc quęrebant te
Iudęi lapidare: & iterum vadis illuc?
Reſpõdit IESVS, Nónne duodecim B
ſunt horę diei? Si quis ambulauerit in
die, non offendit: quia lucẽ huius mũ
di videt. ſi quis autẽ ambulauerit in
nocte, offendit: quia lux nõ eſt in eo.
Hæc ait: & poſt hæc dicit eis, Lazarus
amicus noſter dormit. ſed vado vt à
ſomno excitem eum. Dixerunt ergo
diſcipuli eius, Domine, ſi dormit, ſal-
uus erit. Dixerat autem IESVS de
morte eius: illi autem putauerunt quod
de dormitione ſomni diceret. Tũc er-
go IESVS dixit eis manifeſte, Laza-
rus mortuus eſt: & gaudeo propter

vos vt credatis ꝙ non fuerim ibi. Sed
eamus ad eũ. Dixit ergo Thomas qui
dicitur Didymus, ad condiſcipulos,
Eamus & nos, vt moriamur cum eo.
Vênit itaq; IESVS: & inuênit eum
quatuor dies iam in monumento ha
C bentem. Erat autẽ Bethania iuxta Hie
roſolymam quaſi ſtadijs quindecim.
Multi autem ex Iudæis venerant ad
Marthã & Mariam, vt conſolarentur
eas de fratre ſuo. Martha ergo vt audi
uit ꝙ IESVS venit, occurrit illi. Ma
ria autem domi ſedebat. Dixit ergo
Martha ad IESVM, Domine, ſi fuiſ-
ſes hic, frater meus nõ fuiſſet mortu-
us. ſed & nunc ſcio ꝙ quæcũq; popo-
ſceris à deo, dabit tibi deus. Dicit illi
IESVS, Reſurget frater tuus. Dicit ei
Martha, Scio quòd reſurget in reſur-
rectione in nouiſſimo die. Dixit ei IE
SVS, Ego ſum reſurrectio & vita. qui
credit in me: etiã ſi mortuus fuerit vi-
uet. & omnis qui viuit & credit ĩ me:
non morietur in ęternũ. Credis hoc?
D Ait illi. Vtiq; domine. ego credidi ꝙ

tu es CHRISTVS filius dei, qui in mũdum veniſti. Et cum hæc dixiſſet, abijt & vocauit Mariam ſororẽ ſuam ſilentio, dicens, Magiſter adeſt, & vocat te. Illa vt audiuit: ſurgit cito, & venit ad eum. nõdum enim venerat IESVS in caſtellũ: ſed erat adhuc in illo loco vbi occurrerat ei Martha. Iudęi ergo qui erant cum ea in domo, & cõſolabantur eam cum vidiſſent Mariã quòd cito ſurrexit & exijt, ſecuti ſunt eam dicentes, Vadit ad monumentũ vt ploret ibi. Maria ergo cũ veniſſet vbi erat IESVS, videns eum, cecidit ad pedes eius, & dicit ei, Domine, ſi fuiſſes hic, non eſſet mortuus frater meus. IESVS ergo vt vidit eam plorantem & Iudęos qui venerant cum ea, plorantes, infremuit ſpiritu, & turbauit ſeipſum, & dixit, Vbi poſuiſtis eum? Dicũt ei, Domine, veni, & vide. Et lachrymatus eſt IESVS. Dixerũt ergo Iudæi, Ecce quomodo amabat eum. Quidam autẽ ex ipſis dixerũt, E Non poterat hic qui aperuit oculos

cęci, facere vt & hic non moreretur? IESVS ergo rurſum fremens in ſemetipſo venit ad monumẽtum. erat autẽ ſpelunca: & lapis ſuperpoſitus erat ei. Ait IESVS, Tollite lapidem. Dicit ei Martha, ſoror eius qui mortuus fuerat, Domine, iam fœtet. quatriduanus eſt enim. Dicit ei IESVS, Nõne dixi tibi quòd ſi credideris, videbis gloriã dei? Tulerunt ergo lapides à loco, vbi is qui mortuus fuerat, erat poſitus. IESVS autem eleuatis ſurſum oculis, dixit, Pater, gratias ago tibi quoniam audiſti me. ego autem ſciebam quia ſemper me audis, ſed propter populum qui circũſtat, dixi: vt credant

F quòd tu me miſiſti. Hæc cũ dixiſſet: voce magna clamauit, Lazare, veni foras. Et prodijt qui fuerat mortuus, ligatus manus & pedes inſtitis, & facies illius ſudario erat ligata. Dixit eis IESVS, Soluite eum, & ſinite abire. Multi ergo ex Iudęis qui venerãt ad Mariam & Martham, & viderãt quæ fecit, crediderũt in eum. quidam autẽ

ex ipſis abierunt ad phariſæos: & di-
xerunt eis quę fecit IESVS. College
runt ergo pontifices & phariſæi con-
ciliũ, & dicebant, Quid facimus, quia
hic homo multa ſigna facit? Si dimit-
timus eum ſic: omnes credent in eũ.
& venient Romani: & tollent noſtrũ
locum & gentem. Vnus autẽ ex ipſis,
Caiphas nomine, cum eſſet pontifex
anni illius, dixit eis, Vos neſcitis quic-
quam nec cogitatis: quòd expedit no
bis vt vnus moriatur homo pro po-
pulo, & non tota gens pereat. Hoc au G
tem à ſemetipſo nõ dixit: ſed cũ eſſet
põtifex anni illius, prophetauit quòd
IESVS moriturus erat pro gente. &
non tantum pro gente: ſed vt & filios
dei qui erant diſperſi, congregaret in
vnum. Ab illo ergo die, conſultabant
inter ſe vt interficerent eũ. ¶ IESVS
ergo iam nõ in palàm ambulabat in-
ter Iudęos, ſed abijt in regionẽ iuxta
deſertum, in ciuitatem quæ dicitur
Ephrem: & ibi morabatur cum diſci-
pulis ſuis. Proximum autem erat pa

ſcha Iudæorum:& aſcenderũt multi
Hieroſolymã de regione ante paſcha,
vt ſanctificarent ſeipſos. Quærebant
ergo IESVM,& colloquebãtur adin
uicem,in tẽplo ſtantes, Quid putatis
ꝙ non vênit ad diem feſtũ iſtum? De-
derant autem pontifices & phariſæi
mandatum, Vt ſi quis cognouerit vbi
ſit, indicet, vt apprehendant eum.

CAPVT XII.

A IESVS ergo, ante ſex dies paſchæ vênit Bethaniã, vbi Lazarus fuerat mortuus quem ſuſcitauit à mortuis. Mat.26.a Mar.14.a
Fecerunt autẽ ei cœnam ibi: & Mar-
tha miniſtrabat. Lazarus vero vnus
erat ex diſcumbentibus cum eo. Ma-
ria ergo accẽpit libram vnguenti nar
di piſticæ precioſi,& vnxit pedes IE
SV,& exterſit pedes eius capillis ſu-
is:& domus impleta eſt ex odore vn
guenti. Dixit ergo vnus ex diſcipulis
eius Iudas Simonis Iſcariotes, qui
erat eum traditurus, Quare hoc vn-
guentũ non vænijt trecẽtis denarijs,

& datum eſt egenis? Dixit autem hoc,
non quia de egenis pertinebat ad eũ:
ſed quia fur erat, & loculos habens,
ea quę mittebantur portabat. Dixit er B
go IESVS, Sine illam, in diem ſepul
turę meę ſeruauit illud. Pauperes eni
ſemper habetis vobiſcum: me autem
non ſemper habetis. Cognouit ergo
turba multa ex Iudęis q illic eſſet: &
venerunt non propter IESVM tan/
tum: ſed vt & Lazarum viderent quẽ
ſuſcitauit à mortuis. Conſultauerunt
autem principes ſacerdotum vt & La
zarum interficerent: quia multi pro/
pter illum abibant ex Iudæis, & cre/
debãt in IESVM. ¶ Poſtero die tur/
ba multa quę venerat ad diem feſtum
cum audiſſent, quòd venit IESVS
Hieroſolymam: accęperũt ramos pal
marum, & proceſſerunt obuiam ei, &
clamabant, Hoſanna, benedictus qui
Mat.21.a venit in nomine domini, rex Iſrael.
Mar.14.a Et inuènit IESVS aſellũ: & ſedit ſu/
Luc.19.f per eum, ſicut ſcriptũ eſt, Noli timere
Zach.9.b. filia Sion: ecce rex tuus venit ſedens

C ſuper pullum aſinæ. Hæc autem non
cognouerunt diſcipuli eius primum,
ſed quando glorificatus eſt IESVS,
tunc recordati ſunt quod hæc erant ſcri-
pta de eo, & hæc fecerunt ei. Teſtimo
nium ergo perhibebat turba quę erat
cum eo, quādo Lazarum vocauit de
monumēto, & ſuſcitauit eum à mor
tuis. Propterea & obuiā venit ei tur-
ba: quia audierunt eum feciſſe hoc ſi-
gnum. Phariſæi ergo dixerunt ad ſe-
metipſos. Videtis quod nihil proficitis?
ecce mundus poſt eum abijt. ¶ Erant
autem quidā gentiles ex his qui aſcen
derant vt adorarent in die feſto. Hi er
go acceſſerunt ad Philippū qui erat à
Bethſaida Galilææ: & rogabant eum,
dicētes, Domine volumus IESVM
videre. Venit Philippus, & dicit An-
dreæ. Andreas rurſum & Philippus
dicunt IESV. IESVS autem reſpō-
dit eis, dicens, Venit hora, vt clarifice
tur filius hominis. Amen amen dico
vobis, niſi granum frumēti cadens in
terram, mortuū fuerit: ipſum ſolum

manet. ſi autem mortuũ fuerit, mul-
Mat.10.d tum fructum affert. Qui amat animã
&.16.g ſuam, perdet eam: & qui odit animã
Mar.8.d ſuam in hoc mundo, in vitã ęternam
Luc.9.c cuſtodiet eã. Si quis mihi miniſtrat,
&.17.g me ſequat: & vbi ſum ego, illic & mi-
niſter meus erit. Si quis mihi miniſtra
uerit, honorificabit eum pater meus.
Nunc anima mea turbata eſt. Et quid
dicam? Pater, ſaluifica me ex hac ho-
ra. Sed propterea vêni in horam hãc.
Pater, clarifica nomẽ tuum. Venit er-
go vox de cœlo dicens, Et clarificaui,
& iterum clarificabo. Turba ergo quę
ſtabat & audierat, dicebat tonitruum
eſſe factum. Alij autẽ dicebant, Ange E
lus ei locutus eſt, Reſpõdit IESVS,
& dixit, Non propter me hæc vox ve
nit, ſed propter vos. Nunc iudiciũ eſt
mũdi huius: nũc princeps huius mun
di eijcietur foras. Et ego ſi exaltatus
fuero à terra, omnes traham ad meip
ſum. hoc autẽ dicebat, ſignificans qua
Pſal.109.b morte eſſet moriturus. Reſpondit ei
&.116.a turba, Nos audiuimus ex lege quòd

CHRISTVS manet in æternum & quomodo tu dicis, Oportet exaltari filium hominis? quis eſt iſte filius hominis? Dixit ergo eis IESVS. Adhuc modicum, lumen vobiſcum eſt. Ambulate dum lucē habetis, vt non vos tenebræ cōprehendant. & qui ambulat in tenebris, neſcit quò vadat. Dum lucem habetis, credite in lucē, vt filij lucis ſitis. Hæc locutus eſt IESVS: & abijt & abſcondit ſe ab eis. Cum autem tam multa ſigna feciſſet corā eis, non credebāt in eum: vt ſermo Eſaiæ impleretur quē dixit, Domine, quis credidit auditui noſtro? & brachium domini cui reuelatum eſt? Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Eſaias, Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorū: vt non videant oculis, & non intelligant corde, & cōuertantur, & ſanem eos. Hæc dixit Eſaias, quando vidit gloriam eius, & locutus eſt de eo. Veruntamen & ex principibus multi crediderunt in eū: ſed propter phariſæos non cōfiteban-

Eſa.40.c
Ezec.37.g
F
Eſa.53.a
Rom.10.d
Eſa.6.c
Mat.13.b
Mar.4.b
Luc.8.b

tur, vt è ſynagoga non eijcerentur. di
lexerunt enim gloriam hominũ ma-
gis, q̃ gloriam dei. IESVS autẽ cla-
mauit & dixit, Qui credit in me, non
credit in me, ſed in eũ qui miſit me.
Et qui videt me, videt eum qui miſit G
me. Ego lux in mundum veni: vt om
nis qui credit in me, in tenebris non
maneat. Et ſi quis audierit verba meá
& non crediderit: ego non iudico eũ.
non enim veni vt iudicem mũdum:
ſed vt ſaluificẽ mundum. Qui ſpernit
me, & non accipit verba mea: habet
qui iudicet eum. ſermo quem locutꝰ
ſum, ille iudicabit eum in nouiſſimo
die. Quia ego ex meipſo nõ ſum locu
tus: ſed qui miſit me pater, ipſe mihi
mandatum dedit quid dicam & quid
loquar. & ſcio ꝙ mãdatum eius vita
æterna eſt. quę ergo ego loquor: ſicut
dixit mihi pater, ſic loquor.

CAPVT XIII.

Mat. 26. a ANte feſtum autem paſchę, A
Mar. 14. a ſciens IESVS quòd venit
Luc. 22. a hora eius vt trãſeat ex hoc

mundo ad patrē: cum dilexiſſet ſuos
qui erant in mundo, vſq; ad finem di
lexit eos. Et cœna facta, cum diabolus
iā miſiſſet in cor Iudę Simônis Iſca-
riotę vt traderet eum: ſciens ꝙ omnia
dedit ſibi pater in manus: & ꝙ à deo
exiuit & ad deum vadit, ſurgit à cœ-
na & ponit veſtimenta. & cum accę-
piſſet linteū, præcinxit ſe. Deinde mi-
ſit aquā in peluim, & cœpit lauare pe
des diſcipulorum, & extergere linteo
quo erat pręcinctus. Venit ergo ad Si
mônem Petrū. Et dicit ei Petrus, Do-
mine, tu mihi lauas pedes? Reſpōdit
IESVS, & dixit ei, Quod ego facio,
tu neſcis modo, ſcies autē poſtea. Di-
cit ei Petrus, Non lauabis mihi pedes
in æternum. Reſpondit ei IESVS, Si
non lauero te, non habes partem me
cum. Dicit ei Simon Petrus. Domine,
non tantū pedes meos, ſed & manus
B & caput. Dicit ei IESVS, Qui lotus
eſt, nō indiget niſi vt pedes lauet, ſed
eſt mundus totus. Et vos, mūdi eſtis,
ſed nō omnes. Sciebat enim quiſnam

eſſet qui traderet eū. propterea dixit,
Non eſtis mūdi omnes. Poſtq̄ ergo
lauit pedes eorū, & accepit veſtiméta
ſua: cum recubuiſſet iterū, dixit eis,
Scitis quid fecerim vobis? Vos voca-
tis me, magiſter & domine: & bene
dicitis. ſum eteni. ſi ergo ego laui pe-
des veſtros, dominus & magiſter: &
vos debetis alter alterius lauare pe-
des. Exemplum enim dedi vobis, vt
quemadmodum ego feci vobis, ita &
vos faciatis. Amen amen dico vobis,
Infra.15.c non eſt ſeruꝰ maior domino ſuo, neq;
Mat.10.c apoſtolus maior eo qui miſit illū. Si
Luc.6.f hęc ſcitis: beati eſtis ſi feceritis ea. Nō
de omnibꝰ vobis dico. ego ſcio quos
elegerim. Sed vt adimpleatur ſcriptu
Pſal.40.c ra, Qui manducat mecū panem, leua-
uit cōtra me calcaneū ſuum. Amodo C
dico vobis, prius q̄ fiat. vt cum factū
fuerit, credatis quòd ego ſum. Amen
Mat.10.d amen dico vobis, qui accipit ſi quem
Luc.10.c miſero: me accipit: qui autē me acci-
pit, accipit eū qui me miſit. Cūm hæc
dixiſſet IESVS, turbatus eſt ſpiritu,

& teſtatus eſt, & dixit, Amen amẽ di- Mat. 26.b
co vobis ꝙ vnus ex vobis tradet me. Mar. 14.b
Aſpiciebant ergo ad inuicẽ diſcipuli, Luc. 22.b
hæſitãtes de quo diceret. Erat ergo re
cũbens vnus ex diſcipulis eius in ſi-
nu IESV, quem diligebat IESVS.
Innuit ergo huic Simon Petrus, vt
iterrogaret quis eſſet de quo diceret.
Itaq; cũ recubuiſſet ille ſupra pectus
IESV, dicit ei, Domine, quis eſt? Re-
ſpõdit IESVS. Ille eſt, cui ego intin
ctum panẽ porrexero. Et cũ intinxiſ-
ſet panem, dedit Iudæ Simônis Iſca
riotæ. Et poſt buccellã, introiuit in eũ
ſatanas. Et dixit ei IESVS, Quod fa-
cis, fac citius. Hoc autem nemo ſciuit
diſcũbentiũ, ad quid dixerit ei. Quidã
enim putabant, quia loculos habebat
Iudas, ꝙ dixiſſet ei IESVS, Eme ea
quę opus ſunt nobis ad diẽ feſtũ, aut
egenis vt aliquid daret. Cũ ergo accę
piſſet ille buccellam, exiuit cõtinuo.
D Erat aũt nox. Cũ ergo exiſſet, dixit IE
SVS. Nũc clarificatus eſt fili⁹ hominis
& deus clarificatus eſt in eo. Si de⁹ cla

rificatus eſt in eo, & deus clarificabit
eum in ſemetipſo: & continuo clarifi
cabit eum. Filioli, adhuc modicũ vo-
biſcũ ſum. Quæretis me: & ſicut dixi
Supra.7.c Iudæis, Quò ego vado, vos nõ pote
ſtis venire: & vobis dico modo. Man
1.Ioã.2.b datum nouum do vobis, Vt diligatis
Infra.15.b inuicem: ſicut dilexi vos, vt & vos di
ligatis inuicẽ. In hoc cognoſcent om
nes ꝙ diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionẽ
habueritis adinuicem. Dicit ei Simon
Petrus, Domine, quò vadis? Reſpon-
dit ei IESVS. Quò ego vado, nõ po
tes me modo ſequi, ſequêris autẽ po-
ſtea. Dicit ei Petrus, Quare non poſ-
ſum te ſequi modo? animam meam
pro te ponam. Reſpondit ei IESVS,
Mat.26.d Animam tuam pro me pones? Amẽ
Mar.14.c amen dico tibi: non cantabit gallus,
Luc.22.c donec ter me neges.

CAPVT XIIII.

A ET ait diſcipulis ſuis, Nõ tur
betur cor veſtrum. Credi-
tis in deũ, & in me credite.
In domo patris mei man-
ſiones

ſiones multæ ſunt. Sin minus: dixiſ-
ſem vobis, Vado parare vobis locũ.
Et ſi abiero & parauero vobis locũ:
iterum venio & accipiam vos ad me
ipſum, vt vbi ſum ego & vos ſitis. Et
quò ego vado ſcitis, & viam ſcitis. Di
cit ei Thomas, Domine, neſcimꝰ quò
vadis: & quomodo poſſumus viam
ſcire? Dicit ei IESVS, Ego ſum via, &
veritas, & vita. nemo venit ad patrẽ
niſi per me. Si cognouiſſetis me, & pa
trem meũ vtiq; cognouiſſetis: & mò
do cognoſcitis eum & vidiſtis eum.
Dicit ei Philippus, Domine, oſtende
nobis patrem, & ſufficit nobis. Dicit
ei IESVS, Tanto tempore vobiſcũ
ſum, & nõ cognouiſti me? Philippe,
B qui vidit me, vidit patrẽ. Quomodo
tu dicis, Oſtende nobis patrem? Non
credis ꝙ ego in patre, & pater in me
eſt? Verba quæ ego loquor vobis, à
meipſo non loquor. pater autẽ in me
manẽs, ipſe facit opera: Credite mihi
quòd ego in patre, & pater in me eſt?
Alioquin propter opera ipſa credite

mihi. Amen amen dico vobis,qui cre
dit in me, opera quę ego facio & ipſe
faciet, & maiora his faciet, quia ego
Inf.16.c.f ad patrem vado.& quodcunq; petie-
Mat.7.a ritis in nomine meo,hoc faciā. vt glo
Mar.11.c rificetur pater in filio. Si quid petieri-
tis in nomine meo,hoc faciam. Si di-
ligitis me:mādata mea ſeruate.& ego
rogabo patrem,& alium paraclétum
dabit vobis, vt maneat vobiſcum in
æternū,ſpiritum veritatis, quē mun-
dus non poteſt accipere, quia non vi-
det eum,nec ſcit eum.vos autem co- C
gnoſcitis eum,quia apud vos manet,
& in vobis erit. Non relinquam vos
orphanos:veniā ad vos. Adhuc mo-
dicum:& mundus me iam nō videt.
Vos autem videtis me,quia ego viuo
& vos viuetis.In illo die vos cogno-
ſcetis ꝙ ego ſum in patre meo,& vos
in me, & ego in vobis. Qui habet mā
data mea & ſeruat ea:ille eſt qui dili-
git me. qui autem diligit me, dilige-
tur à patre meo:& ego diligam eum,
& manifeſtabo ei meipſum. Dicit ei

Iudas,non ille Iſcariotes, Domine,
quid factum eſt ꝙ manifeſtaturus es
nobis teipſum,& non mundo? Reſpó
dit IESVS,& dixit ei, Si quis diligit
me,ſermonem meum ſeruabit,& pa-
ter meus diliget eum, & ad eú venie-
mus,& manſionem apud eum facie-
mus.qui nó diligit me:ſermones me
D os nó ſeruat. Et ſermo quem auditis,
non eſt meus:ſed eius qui miſit me,
patris. Hæc locutus ſum vobis,apud
vos manens. Paraclétus autem ſpiri-
tus ſanctus quem mittet pater in no-
mine meo,ille vos docebit omnia,&
ſuggeret vobis omnia quęcunq; dixi
vobis. Pacem relinquo vobis:pacem
meam do vobis:non quomodo mú-
dus dat,ego do vobis. Non turbetur
cor veſtrum,neq; formidet. Audiſtis
ꝙ ego dixi vobis, Vado & venio ad
vos. Si diligeretis me:gauderetis vti-
que, quia vado ad patrem. quia pater
maior me eſt. Et núc dixi vobis prius
quàm fiat: vt cum factum fuerit cre-
datis. Iam nó multa loquar vobiſcú.

venit enim princeps mundi huius,&
in me non habet quicquã. Sed vt co-
gnoſcat mundus ꝙ diligo patrem: &
ſicut mandatum dedit mihi pater, ſic
facio. Surgite, eamus hinc.

CAPVT XV.

A EGo ſum vitis vera: & pater
meus agricola eſt. Omnem
palmitem in me non feren
tem fructum, tollit eum: &
omnem qui fert fructũ, purgat eum
vt fructus plus afferat. Iam vos mun
di eſtis propter ſermonẽ quem locu-
tus ſum vobis. Manete in me: & ego
in vobis. Sicut palmes non poteſt fer
re fructum à ſemetipſo, niſi manſerit
in vite: ſic nec vos niſi in me manſeri
tis. Ego ſum vitis: vos, palmites. qui
manet in me, & ego in eo, hic fert fru
ctum multum, quia ſine me nihil po-
teſtis facere. Si quis in me non man-
ſerit: mittitur foras ſicut palmes, &
areſcit, & colligunt eũ, & in ignẽ mit
Mat. 21.c tunt & ardet. Si manſeritis in me, &
1. Ioã. 3.d verba mea in vobis mãſerint: quod-

cunq; volueritis petetis, & fiet vobis.
B In hoc clarificatus eſt pater meus: vt
fructum plurimũ afferatis, & efficia-
mini mei diſcipuli. Sicut dilexit me
pater, & ego dilexi vos. Manete in di
lectione mea. Si præcepta mea ſerua-
ueritis, manebitis in dilectione mea:
ſicut & ego præcepta patris mei ſer-
uaui, & maneo in eius dilectiõe. Hęc
locutus ſum vobis: vt gaudium meũ
in vobis ſit, & gaudium veſtrum im- Supr.13.d
pleatur. Hoc eſt pręceptum meum vt Ephe.5.a
diligatis inuicẽ, ſicut dilexi vos. Ma- 1.the.4.b c
iorem hac dilectionem nemo habet: 1.Ioã.3.c
vt animam ſuam ponat quis pro ami d.&.4.d
cis ſuis. Vos amici mei eſtis, ſi feceri-
tis quę ego præcipio vobis. Iam non
dico vos ſeruos: quia ſeruus neſcit
quid faciat dominus eius. Vos autem
dixi amicos: quia omnia quęcũq; au-
C diui à patre meo, nota feci vobis. Nõ
vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos: &
poſui vos vt eatis & fructũ afferatis,
& fructus veſter maneat: vt quodcũ-
que petieritis patrẽ in nomine meo,

1.Ioã.3.d det vobis. Hæc mando vobis, vt dili-
&.4.d gatis inuicem. Si mundus vos odit:
ſcitote ꝙ me priorem vobis odio ha-
buit. Si de mundo fuiſſetis: mundus
quod ſuũ erat, diligeret. quia vero de
mundo nõ eſtis ſed ego elegi vos de
mundo: propterea odit vos mũdus.
Memẽtote ſermonis mei, quem ego
Supr.13.b dixi vobis, Non eſt ſeruus maior do-
Matt.10.c mino ſuo. Si me ꝑſecuti ſunt: & vos
perſequẽtur. ſi ſermonem meum ſer-
Mat.24.a uauerunt: & veſtrum ſeruabunt. Sed
hæc omnia facient vobis propter no-
men meum: quia neſciunt eũ qui mi-
ſit me. Si nõ veniſſem & locutus fuiſ D
ſem eis: peccatum non haberent. nũc
autem excuſationem non habent de
peccato ſuo. Qui me odit, & patrem
meum odit. Si opera non feciſſem in
eis quę nemo alius fecit: peccatũ non
haberent. nunc autem & viderunt, &
oderunt & me & patrem meum. Sed
vt adimpleatur ſermo qui in lege eo-
Pſal.24.c rum ſcriptus eſt, Odio habuerunt me
gratis. Cum autẽ venerit paraclẽtus

(quem ego mittam vobis à patre) ſpi Luc. 24. g
ritus veritatis qui à patre procedit: il-
le teſtimonium perhibebit de me. &
vos teſtimonium perhibebitis: quia
ab initio mecum eſtis.

CAPVT XVI.

A HÆc locutus ſum vobis, vt
non ſcandalizemini. Abſq; Mat. 24. a
ſynagogis facient vos. Sed
venit hora, vt omnis qui
interficit vos, arbitretur obſequium
ſe præſtare deo. & hæc facient vobis:
quia non nouerunt patrem, neq; me.
Sed hæc locutus ſum vobis, vt cũ ve
nerit hora, eorum reminiſcamini, ꝙ
ego dixerim vobis. Hæc autẽ vobis
ab initio nõ dixi: quia vobiſcũ eram.
Et nũc vado ad eum qui miſit me: &
B nemo ex vobis interrogat me, Quò
vadis? Sed quia hæc locutus ſum vo-
bis, triſtitia impleuit cor veſtrũ. Sed
ego veritatẽ dico vobis, expedit vo-
bis vt ego vadam. ſi enim nõ abiero,
paraclétus non veniet ad vos: ſi autẽ
abiero, mittam eum ad vos. Et cum

venerit,ille arguet mūdum de pecca/
to,& de iuſtitia,& de iudicio.de pec/
cato quidem:quia nō credunt in me.
de iuſtitia vero: quia ad patrē vado,
& iam nō videbitis me.de iudicio au C
tem:quia princeps huius mundi iam
iudicatus eſt. Adhuc multa habeo vo
bis dicere:ſed nō poteſtis portare mo
do. Cum autem venerit ille,ſpiritus
veritatis, ducet vos in omnem veri/
tatē.non enim loquetur à ſemetipſo:
ſed quæcunq; audierit, loquetur: &
quę ventura ſunt,annuntiabit vobis.
Ille me clarificabit:quia de meo acci
piet,& annūtiabit vobis.Omnia quę/
cunq; habet pater,mea ſunt. Propter/
ea dixi,quia de meo accipiet, & annū
tiabit vobis. Modicum & non vide/
bitis me, & iterum modicū & videbi
tis me,quia vado ad patrem. Dixerūt D
ergo ex diſcipulis eius adinuicem,
Quid eſt hoc quod dicit nobis,Modi
cum & non videbitis me, & iterum
modicū & videbitis me,& quia vado
ad patrē? Dicebant ergo, Quid eſt hoc

quod dicit, modicum? neſcimus quid
loquatur. Cognouit autẽ IESVS ꝙ
volebant eũ interrogare: & dixit eis,
De hoc quęritis inter vos ꝙ dixi, Mo
dicũ & non videbitis me, & iterũ mo
dicum & videbitis me. Amen amẽ di
co vobis, ꝙ plorabitis & flebitis vos,
mundus autẽ gaudebit: vos autẽ con
triſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetᷣ
in gaudium. Mulier cum parit, triſti-
E tiam habet, quia venit hora eius. cum
autem pepererit puerũ, iam non me-
minit preſſuræ propter gaudiũ, quia
natus eſt homo in mundum. Et vos
igitur, nunc quidẽ triſtitiam habetis.
iterum autẽ videbo vos, & gaudebit
cor veſtrũ: & gaudium veſtrũ nemo
tollit à vobis. Et in illo die, me nõ ro
gabitis quicq̃;. Amen amen dico vo-
bis, quicquid petieritis patrẽ in nomi Supr. 14. b
ne meo, dabit vobis. Vſq; modo non Mat. 7. a
F petiſtis quicq̃; in nomine meo. Petite &. 21. c
& accipietis: vt gaudium veſtrum ſit Mar. 11. c
plenũ. Hęc in prouerbijs locutus ſum Luc. 11. b
vobis. Venit hora cũ iam non in pro- Iaco. 1. a

uerbijs loquar vobis, ſed palàm de
patre annũtiabo vobis. In illo die in
nomine meo petetis.& non dico vo/
bis ꝙ ego rogabo patrem pro vobis.
ipſe eni pater amat vos, quia vos me
amaſtis, & credidiſtis ꝙ à deo exiui.
Exiui à patre & veni in mũdum:ite/
rum relinquo mundũ, & vado ad pa
trem. Dicũt ei diſcipuli eius, Ecce nũc G
palàm loqueris, & prouerbium nul/
lum dicis. nunc ſcimus ꝙ ſcis omnia,
& non opus eſt tibi vt quis te interro
get. in hoc credimus ꝙ à deo exiſti.
Reſpondit eis IESVS, Modo credi/
Mat. 26. e tis? Ecce venit hora, & iam venit, vt
Mar. 14. c diſpergamini vnuſquiſq; in propria,
& me ſolũ relinquatis, & tamen non
ſum ſolus: quia pater mecum eſt. Hæc
locutus ſum vobis: vt in me pacẽ ha/
beatis. In mundo preſſuram habetis:
ſed confidite, ego vici mundum.

CAPVT XVII.

HÆc locutus eſt IESVS: & A
ſubleuatis oculis in cœlũ,
dixit, Pater, venit hora, cla

rifica filium tuum, vt filius tuus clari
ficet te, ſicut dediſti ei poteſtatem om
nis carnis. vt quotquot dediſti ei, det
eis vitam æternam. Hæc eſt autẽ vita
æterna, Vt cognoſcãt te, ſolum deum
verũ, & quẽ miſiſti IESVM CHRI
STVM. Ego te clarificaui ſuper ter-
ram. opus conſummaui, quod dedi-
ſti mihi vt faciam. Et nũc clarifica me
tu pater apud temetipſum, claritate
quam habui prius q̃ mundus fieret,
apud te. Manifeſtaui nomẽ tuum ho
minibus quos dediſti mihi de mũdo.
tui erant: & mihi eos dediſti, & ſer-
B monem tuum ſeruauerunt. Nunc co-
gnouerunt quòd omnia quæ dediſti
mihi, abs te ſunt. quia verba quæ de-
diſti mihi, dedi eis: & ipſi accęperunt,
& cognouerunt verè ꝙ à te exiui: &
crediderunt ꝙ tu me miſiſti. Ego pro
eis rogo. Non pro mundo rogo, ſed
pro his quos dediſti mihi, quia tui
ſunt. Et mea omnia, tua ſunt: & tua,
mea ſunt, & clarificatus ſum in eis. Et
iam non ſum in mundo: & hi in mun-

do ſunt, & ego ad te venio. Pater ſan-
cte, ſerua eos in nomine tuo quos de
diſti mihi: vt ſint vnum ſicut & nos.
Cum eſſem cum eis in mundo, ego
ſeruabam eos in nomine tuo. Quos
dediſti mihi, ego cuſtodiui: & nemo
Pſa.108.b ex eis periјt, niſi filius perditionis, vt
ſcriptura impleatur. Nunc autē ad te C
venio: & hæc loquor in mūdo: vt ha-
beant gaudium meum impletū in ſe-
metipſis. Ego dedi eis ſermonē tuū:
& mūdus eos odio habuit, quia non
ſunt de mundo, ſicut & ego non ſum
de mūdo. Non rogo vt tollas eos de
mundo: ſed vt ſerues eos à malo. De
mundo nō ſunt: ſicut & ego nō ſum
de mundo. Sanctifica eos in veritate
tua. Sermo tuus, veritas eſt. Sicut tu
me miſiſti in mūdum: ita & ego miſi
eos in mundum. Et pro eis ego ſan-
ctifico meipſum, vt ſint & ipſi ſancti-
ficati in veritate. Non pro eis autem
rogo tantum, ſed & pro eis qui credi
turi ſunt per verbum eorum in me:
vt omnes vnum ſint, ſicut tu pater in D

me & ego in te, vt & ipſi in nobis vnū
ſint, vt credat mundus ꝙ tu me mi-
ſiſti. Et ego claritatem quam tu dedi-
ſti mihi, dedi eis: vt ſint vnum ſicut &
nos vnum ſumus. Ego in eis & tu in
me: vt ſint conſummati in vnum, &
cognoſcat mundus ꝙ tu me miſiſti,
& dilexiſti eos ſicut & me dilexiſti.
Pater, quos dediſti mihi, volo vt vbi
ſum ego & illi ſint mecum: vt videãt
claritatem meam quam dediſti mihi,
quia dilexiſti me ante cõſtitutionem
mundi. Pater iuſte, mundus te nõ co
gnouit. ego autẽ te cognoui: & hi co-
gnouerunt ꝙ tu me miſiſti. Et notum
feci eis nomen tuum, & notum faciã:
vt dilectio qua dilexiſti me, in ipſis
ſit, & ego in ipſis.

CAPVT XVIII.

A HÆc cum dixiſſet IESVS, Mat. 26.c
egreſſus eſt cum diſcipulis Mar. 14.c
ſuis trans torrentem Ce- Luc. 22.d
dron vbi erat hortus, in
quem introiuit ipſe & diſcipuli eius.
Sciebat autem & Iudas, qui tradebat

eum, locum: quia frequēter IESVS
conuenerat illuc cum diſcipulis ſuis.
Matt.26.e Iudas ergo, cum accepiſſet cohortē,
Marc.14.c & à pontificibus & phariſæis mini-
Luc.22.d ſtros venit illuc cum laternis & faci-
bus & armis. IESVS itaq; ſciēs om-
nia quæ ventura erant ſuper ſe, pro-
ceſſit & dixit eis, Quem quæritis? Re-
ſponderūt ei, IESVM Nazarenum.
Dicit eis IESVS, Ego ſum. Stabat au-
tem & Iudas qui tradebat eum, cum
ipſis. Vt ergo dixit eis, Ego ſum: abie-
runt retrorſum, & ceciderunt in ter-
ram. Iterum ergo interrogauit eos,
Quem quæritis? Illi autem dixerūt, B
IESVM Nazarenum. Reſpondit IE-
SVS, Dixi vobis ꝙ ego ſum. ſi ergo
me quæritis, ſinite hos abire. Vt im-
Supr.17.c pleretur ſermo quem dicit, Quos de-
diſti mihi, non perdidi ex eis quenq̄.
Simon ergo Petrus habens gladium,
eduxit eum: & percuſſit pontificis ſer-
uum, & abſcidit auriculā eius dexte-
ram. Erat autem nomen ſeruo, Mal-
chus. Dixit ergo IESVS Petro, Mit-

te gladium tuum in vaginam. Calicē
quem dedit mihi pater, non bibam il
lum? ℭ Cohors igitur & tribunus &
miniſtri Iudæorum comprehende-
runt IESVM, & ligauerunt eum, &
C adduxerūt eum ad Annam primum,
erat enim ſocer Caiphæ, qui erat pon
tifex anni illius. erat autem Caiphas
qui conſilium dederat Iudęis, Quod
expediret vnum hominem mori pro Supr. 11. f
populo. Sequebatur autem IESVM
Simon Petrus, & alius diſcipulus. Di
ſcipulus autem ille, erat notus ponti-
fici, & introiuit cum IESV in atrium
pontificis: Petrus autē ſtabat ad oſtiū
foris. Exiuit ergo diſcipulus alius qui
erat notus pontifici, & dixit oſtiariæ:
& introduxit Petrum. Dicit ergo Pe- Mat. 26. g
tro ancilla oſtiaria, Nunquid & tu ex Mar. 14. g
diſcipulis es hominis iſtius? Dicit ille, Luc. 22. f
Non ſum. Stabant autem ſerui & mi
niſtri ad prunas quia frigus erat: & ca
lefaciebant ſe. erat autē cum eis & Pe
trus, ſtans, & calefaciens ſe. Pontifex
ergo interrogauit IESVM de diſci-

pulis ſuis & de doctrina eius. Reſpon
dit ei IESVS, Ego palàm locut⁹ ſum D
mundo, ego ſemper docui in ſynago
ga & in templo quo omnes Iudęi cō
ueniūt: & in occulto locutus ſum ni-
hil. Quid me interrogas? interroga
eos qui audierunt quid locutus ſum
ipſis. ecce, hi ſciunt quæ dixerim ego.
Hæc autē cum dixiſſet: vnus aſſiſtens
miniſtrorum, dedit alapam IESV di
cens, Sic reſpondes pontifici? Reſpon
dit ei IESVS, Si male locutus ſum,
teſtimonium perhibe de malo: ſi au-
tem bene, quid me cædis? ℭ Et miſit
Mat.26.f eum Annas ligatum ad Caiphā pon-
Mar.14 f tificem. Erat autē Simon Petrus ſtans E
Luc.22.i & calefaciens ſe. Dixerūt ergo ei, Nun
quid & tu ex diſcipulis eius es? Nega
Mat.26.g uit ille & dixit, Nō ſum. Dicit ei vnus
Mar.14.g ex ſeruis pontificis, cognatus eius cu
Lu.22.i.g ius abſcidit Petrus auriculā, Nónne
ego te vidi in horto cum illo? Iterū
Mat.27.a ergo negauit Petrus: & ſtatim gallus
Mar.15.a cantauit. ℭ Adducunt ergo IESVM
Luc.22.g à Caipha in prætorium. Erat autem
mane;

mane:& ipſi non introierunt in præ-
torium, vt non contaminarentur, ſed
vt mãducarent paſcha. Exiuit ergo Pi
latus ad eos foras, & dixit, Quã accu
ſationem affertis aduerſus hominem
hunc? Reſponderũt & dixerunt ei, Si
non eſſet hic malefactor, non tibi tra
F didiſſemus eum. Dixit ergo eis Pila-
tus, Accipite eum vos:& ſecũdum le
gem veſtram iudicate eum. Dixerunt
ergo ei Iudæi, Nobis non licet interfi
cere quenq̃;. Vt ſermo IESV imple- Mat. 20.c
retur quẽ dixit, ſignificans qua mor-
te eſſet moriturus. Introiuit ergo ite Mat. 27.b
rum in prætorium Pilatus:& voca- Mar. 14.a
uit IESVM, & dixit ei, Tu es rex Iu Luc. 23.a
dæorum? Reſpõdit IESVS, A temet
ipſo hoc dicis, an alij tibi dixerunt de
me? Reſpõdit Pilatus, Nunquid ego
Iudæus ſum? Gens tua & pontifices,
tradiderunt te mihi. Quid feciſti? Re-
ſpondit IESVS, Regnum meum nõ
eſt de hoc mũdo. ſi ex hoc mũdo eſſet
regnum meũ, miniſtri mei vtiq; de-
certarent vt nõ traderer Iudęis. nunc

autem regnũ meum non eſt hinc. Di- G
xit itaq; ei Pilatus, Ergo rex es tu? Re
ſpondit IESVS, Tu dicis quòd rex
ſum ego. Ego in hoc natus ſum, & ad
hoc veni in mũdum: vt teſtimonium
perhibeam veritati. omnis qui eſt ex
veritate, audit vocem meam. Dicit ei
Pilatus, Quid eſt veritas? Et cum hoc
dixiſſet, iterum exiuit ad Iudæos, &
dicit eis, Ego nullã inuenio in eo cau-
ſam. Eſt autem conſuetudo vobis vt
vnum dimittam vobis in paſcha. vul
Mat.27.c tis ergo dimittam vobis regẽ Iudęo-
Mar.15.b rum? Clamauerunt rurſum omnes di
Luc.23.b centes, Non hunc, ſed Barabban. Erat
autem Barabbas, latro.

CAPVT XIX.

Mat.27.c TVnc ergo apprehendit Pi- A
Mar.15.b latus IESVM, & flagella
uit. Et milites plectẽtes co
ronam de ſpinis, impoſue
runt capiti eius: & veſte purpurea cir
cundederũt eum. Et veniebant ad eũ,
& dicebant, Aue rex Iudæorũ. & da-
bant ei alapas. Exiuit iterum Pilatus,

& dicit eis,Ecce adduco vobis eũ fo-
ras, vt cognoſcatis quòd in eo nullã
inuenio cauſam.Exiuit ergo IESVS
foras, portans coronam ſpineam, &
purpureum veſtimẽtum.Et dicit eis,
Ecce homo.Cum ergo vidiſſent eum
pontifices & miniſtri, clamabant di-
centes,Crucifige,crucifige eum. Dicit
eis Pilatus,Accipite eum vos:& cru-
cifigite. ego enim non inuenio in eo
B cauſam.Reſponderunt ei Iudæi,Nos
legem habemus:& ſecundum legem
noſtram debet mori : quia filium dei
ſe fecit.Cũ ergo audiſſet Pilatus hunc
ſermonem, magis timuit. Et ingreſ-
ſus eſt prætorium iterum : & dicit ad
IESVM,Vnde es tu? IESVS autem
reſponſum non dedit ei. Dicit ergo ei
Pilatus, Mihi non loqueris? neſcis ꝙ
poteſtatẽ habeo crucifigere te, & po-
teſtatem habeo dimittere te? Reſpon-
dit IESVS, Non haberes poteſta-
tem aduerſum me vllam:niſi tibi da-
tum eſſet deſuper.Propterea qui me
D tradidit tibi, maius peccatum habet

Et exinde quęrebat Pilatus dimittere
eum. Iudęi autē clamabant dicentes,
Si hunc dimittis, non es amicus Cę-
ſaris. omnis enim qui ſe regem facit: C
contradicit Cæſari. Pilatus autē cum
audiſſet hos ſermones, adduxit foras
IESVM: & ſedit pro tribunali, in lo-
co qui dicitur Lithoſtrotos, Hebraice
autem Gabatha. Erat autē paraſcêue
paſchę hora quaſi ſexta: & dicit Iudę-
is, Ecce rex veſter. Illi autem clama-
bant, Tolle tolle: crucifige eum. Dicit
eis Pilatus, Regē veſtrum crucifigā?
Reſponderunt pontifices. Non habe-
mus regē, niſi Cæſarē. Tunc ergo tra
didit eis illū, vt crucifigeretur. ℭ Su-
ſcęperunt autē IESVM: & eduxerūt
eum. Et baiulās crucem ſuam, exiuit D
in eum qui dicitur Caluarię locū, He
braice autem Golgotha: vbi crucifixe
rūt eum, & cum eo alios duos hinc
& hinc, medium autē IESVM. Scri-
pſit autem & titulū Pilatus: & poſuit
ſuper crucem. Erat autē ſcriptum, IE
SVS Nazarenus rex Iudęorū. Hunc

ergo titulum multi Iudęorum lege-
runt: quia prope ciuitatem erat locus
vbi crucifixus eſt IESVS. Et erat ſcri
ptum Hebraice, Græce, & Latine. Di-
cebant ergo Pilato pontifices Iudęo-
rum, Noli ſcribere, rex Iudæorũ: ſed
ꝙ ipſe dixit, Rex ſum Iudæorum. Re
ſpondit Pilatus, Quod ſcripſi, ſcripſi.
¶ Milites ergo cum crucifixiſſent eũ: Mat. 27. d
accęperũt veſtimenta eius: & fecerũt Mar. 15. b
quatuor partes: vnicuiq; militi partẽ, Luc. 23. c
E & tunicam. Erat autẽ tunica inconſu
tilis, à ſummo cõtexta per totum. Di-
xerũt ergo adinuicẽ. Non ſcindamus
eam ſed ſortiamur de illa cuius ſit. Vt
ſcriptura impleretur, dicens, Partiti Pſal. 21. c
ſunt veſtimẽta mea ſibi: & in veſtem
meam miſerunt ſortẽ. Et milites qui-
dem hæc fecerunt. Stabant autẽ iuxta
crucẽ IESV, mater eius, & ſoror ma
tris eius, Maria Cleophæ, & Maria
Magdalene. Cum vidiſſet ergo IE-
SVS matrem & diſcipulum ſtantem
quem diligebat, dicit matri ſuæ, Mu-
lier, ecce filius tuus. Deinde dicit diſci

pulo, Ecce mater tua. Et ex illa hora
accepit eam diſcipulus in ſua. Poſtea
ſciens IESVS ꝙ omnia iam cõſum-
mata ſunt, vt conſummaretur ſcriptu
Pſal.68.c ra, dicit, Sitio. Vas igitur erat poſitũ F
aceto plenũ. Illi autem ſpongiam ple
nam aceto, hyſſôpo circumponẽtes,
obtulerunt ori eius. Cum ergo accę-
piſſet IESVS acetũ, dixit, Conſum-
matum eſt. Et inclinato capite, tradi-
dit ſpiritum. ¶ Iudęi ergo (quoniam
paraſcêue erat) vt non remanerent in
cruce corpora ſabbato (erat enim ma
gnus, dies ille ſabbati) rogauerunt Pi
latum, vt frangerẽtur eorum crura &
tollerentur. Venerunt ergo milites, &
primi quidem fregerũt crura, & alte-
rius qui crucifixus eſt cum eo. Ad IE
SVM autem cum veniſſent, vt vide-
runt eum iam mortuũ, non fregerunt
eius crura: ſed vnus militũ lancea la-
tus eius aperuit, & cõtinuo exiuit ſan
guis & aqua. Et qui vidit, teſtimoniũ
perhibuit: & verum eſt teſtimonium
eius. Et ille ſcit ꝙ vera dicit: vt & vos

credatis. Facta ſunt enim hæc, vt ſcri-
ptura impleretur, Os non cõminue- Exo.12.g
tis ex eo. Et iterũ alia ſcriptura dicit, Nume.9.
G Videbunt in quẽ tranſfixerũt. ¶ Poſt Zac.12.c
hæc autẽ rogauit Pilatum Ioſeph ab Mat.27.g
Arimathæa (eo quòd eſſet diſcipulus Mar.15.d
IESV, occultus autẽ propter metũ Luc.23.g
Iudæorũ) vt tolleret corpus IESV.
Et permiſit Pilatus. Vênit ergo, & tu-
lit corpus IESV. Vênit autẽ & Nico Supra.3.a
demus qui venerat ad IESVM no-
cte primum, ferens mixturã myrrhæ
& aloes quaſi libras centum. Accepe-
runt autẽ corpus IESV, & ligauerũt
illud linteis cũ aromatibus, ſicut mos
eſt Iudæis ſepelire. Erat autẽ in loco
vbi crucifixus eſt, hortus: & in horto
monumentũ nouum, in quo nõdum
quiſq; poſitus erat. Ibi ergo propter
paraſcêuen Iudæorũ: quia iuxta erat
monumentũ poſuerunt IESVM.

CAPVT XX.

A VNa autem ſabbatorũ Maria
Magdalene venit mane cũ Mar.16.a
adhuc tenebræ eſſent ad Luc.24.a

monumentum:& videt lapidẽ ſubla
tum à monumẽto. Currit ergo & ve
nit ad Simônem Petrũ, & ad alium
diſcipulum quẽ amabat IESVS, &
dicit illis, Tulerũt dominum de mo-
numento, & neſcimus vbi poſuerũt
eum. Exijt ergo Petrus, & ille alius di
ſcipulus, & venerũt ad monumentũ.
Currebãt autẽ duo ſimul: & ille alius
diſcipulus præcucurrit citius Petro,
& vênit primus ad monumẽtum. Et B
cum ſe inclinaſſet, vidit poſita lintea-
mina, non tamẽ introiuit. Venit ergo
Simon Petrus ſequẽs eũ: & introiuit
in monumẽtum, & videt linteamina
poſita, & ſudariũ quod fuerat ſuper
caput eius, nõ cum linteaminibus po
ſitum, ſed ſeparatim inuolutũ in vnũ
locum. Tunc ergo introiuit & ille di-
ſcipulus qui venerat primus ad mo-
numentũ: & vidit & credidit. nondũ
enim ſciebant ſcripturã, ꝙ oporteret
eum à mortuis reſurgere. Abierunt C
Mat.28.a ergo rurſus diſcipuli ad ſemetipſos.
Mar.16.b ¶ Maria autem ſtabat ad monumen

tum, foris plorans. Dum ergo fleret,
inclinauit ſe in monumentũ:& videt
duos angelos in albis ſedẽtes, vnum
ad caput & vnũ ad pedes, vbi poſitũ
fuerat corpus IESV. Dicunt ei illi,
Mulier, quid ploras? Dicit eis, Quia
tulerũt dominum meũ:& neſcio vbi
poſuerunt eum. Hæc cum dixiſſet, cõ
uerſa eſt retrorſum, & vidit IESVM
ſtantẽ: & nõ ſciebat ꝙ IESVS eſſet.
D Dicit ei IESVS, Mulier, quid ploras?
Quẽ quęris? Illa exiſtimans ꝙ hortu
lanus eſſet, dicit ei, Domine, ſi tu ſu-
ſtuliſti eum, dicito mihi vbi poſuiſti
eũ:& ego eum tollã. Dicit ei IESVS,
Maria. Cõuerſa illa dicit ei, Rabboni,
quod dicit̃ magiſter. Dicit ei IESVS,
Noli me tangere. nõdum enim aſcen
E di ad patrẽ meum. Vade autem ad fra
tres meos, & dic eis, Aſcendo ad pa-
trem meum & patrem veſtrũ, deum
meum & deum veſtrũ. Venit Maria
Magdalene annuntians diſcipulis, Vi
di dominũ, & hęc dixit mihi. ℭ Cum Mar. 16. a
ergo veſpera eſſet die illo, vna ſabba Luc. 24. f

torum,& fores eſſent clauſæ,vbi erāt
diſcipuli congregati propter metum
Iudæorum. vênit IESVS & ſtetit in
1.cor.15.a medio,& dicit eis,Pax vobis.Et cum
hoc dixiſſet,oſtendit eis manus & la-
tus. Gauiſi ſunt ergo diſcipuli,viſo do
mino. Dixit ergo eis iterum, Pax vo-
bis.ſicut miſit me pater, & ego mitto
vos. Hæc cum dixiſſet, inſufflauit:&
Mat.18.c dicit eis, Accipite ſpiritum ſanctum. F
quorū remiſeritis peccata, remittun-
tur eis:& quorum retinueritis,retēta
ſunt. Thomas autem vnus ex duode-
cim, qui dicitur Didymus, non erat
cum eis quando venit IESVS. Dixe
runt ergo ei alij diſcipuli, Vidimus do
minum. Ille autē dixit eis, Niſi vide-
ro in manibus eius figuram clauorū,
& mittam digitum meum in locū cla
uorum, & mittā manum meam in la
tus eius:non credā.& poſt dies octo,
iterū erant diſcipuli eius intus & Tho
mas,cum eis. Venit IESVS ianuis
clauſis,& ſtetit in medio,& dixit eis,
Pax vobis.Deinde dicit Thomæ, In- G

fer digitum tuum huc,& vide manus
meas:& affer manum tuam,& mitte
in latus meũ:& noli eſſe incredulus,
ſed fidelis. Reſpõdit Thomas,& dixit
ei, Dominus meus,& deus meus. Di-
cit ei IESVS, Quia vidiſti me Tho-
ma,credidiſti:beati qui non viderunt
& crediderunt. ¶ Multa quidẽ & alia
ſigna fecit IESVS in conſpectu diſci
pulorum ſuorũ, quæ non ſunt ſcripta
in libro hoc. Hæc autem ſcripta ſunt,
vt credatis quòd IESVS eſt CHRI
STVS filius dei:& vt credentes,vitã
habeatis in nomine eius.

CAVTP. XXI.

A POſtea manifeſtauit ſe ite-
rum IESVS ad mare Ti-
beriadis. Manifeſtauit au-
tem ſic:Erãt ſimul Simon
Petrus & Thomas, qui dicitur Didy-
mus & Nathanael qui erat à Cana Ga
lilææ,& filij zebedæi,& alij ex diſci-
pulis eius,duo. Dicit ei Simõ Petrus,
Vado piſcari. Dicunt ei, Venimus &
nos tecũ. Et exierunt & aſcenderũt in

nauim ſtatim: & illa nocte nihil pren
diderunt. Mane autē facto, ſtetit IE- B
SVS in litore: non tamen cognoue-
runt diſcipuli ꝙ IESVS eſſet. Dicit
ergo eis IESVS, Pueri, nunquid pul
mentarij habetis? Reſponderunt ei,
Non. At ille dicit eis, Mittite in dexte
ram nauigij, rete: & inuenietis. Miſe-
runt ergo: & iam non valebant illud
trahere præ multitudine piſciū. Dicit
ergo diſcipulus ille quē diligebat IE
SVS, Petro, Dominus eſt. Simon er- C
go Petrus cū audiſſet ꝙ dominus eſt:
tunica ſuccinxit ſe (erat enim nudus)
& miſit ſe in mare. Alij autē diſcipuli
nauigio venerunt (non enim longe
erant à terra, ſed quaſi cubitis ducen-
tis) trahētes rete piſcium. Vt ergo de-
ſcenderunt in terram, vident prunas
poſitas, & piſcem ſuperpoſitū & pa-
nem. Dicit eis IESVS, Afferte de pi-
ſcibus quos prendidiſtis nunc. Aſcen
dit Simon Petrus, & traxit rete in ter
ram, plenum magnis piſcibus, centū
quinquaginta tribus. Et cū tot eſſent,

D nō eſt ſciſſum rete. Dicit eis IESVS,
venite prandete. Et nemo audebat di
ſcipulorum interrogare eū, Tu quis
es? ſcientes ꝙ dominus eſt. Et venit
IESVS, & accipit panem & dat eis,
& piſcē ſimiliter. Hoc iam tertio ma-
nifeſtatus eſt IESVS diſcipulis ſuis,
cum ſurrexiſſet à mortuis. ¶ Cū er-
go prādiſſent, dicit Simôni Petro IE
SVS, Simon Iona, diligis me plus q̄
E hi? Dicit ei, Etiā domine, tu ſcis quòd
amo te. Dicit ei, Paſce agnos meos? Di
cit ei iterū, Simon Iona, diligis me?
Ait illi, Etiam domine, tu ſcis ꝙ amo
te. Dicit ei, Paſce agnos meos. Dicit ei
tertio, Simon Iona, amas me? Contri
ſtatus eſt Petrus, quia dixit ei tertio,
amas me: & dixit ei, Domine, tu om-
nia noſti: tu ſcis quòd amo te. Dicit ei
IESVS, Paſce oues meas. Amē amē 2.Pet.1.c
F dico tibi, cū eſſes iunior, cingebas te,
& ambulabas quo volebas: cum autē
ſenueris, extēdes manus tuas, & alius
te cinget, & ducet quò non vis. Hoc
autē dixit, ſignificans qua morte cla-

rificaturus eſſet deum. Et cum hoc di-
xiſſet, dicit ei, Sequere me. Cõuerſus
Petrus vidit illum diſcipulum quem
diligebat IESVS, ſequentem, qui &
recubuit in cœna ſuper pectus eius: &
dixit, Domine quis eſt qui tradit te?
Hunc ergo cum vidiſſet Petrus, dicit
IESV, Domine, hic autẽ quid? Dicit G
ei IESVS, Si eum volo manere do-
nec veniam: quid ad te? tu me ſeque-
re. Exiuit ergo ſermo iſte inter fratres
ꝙ diſcipulus ille non moritur. Et nõ
dixit ei IESVS, Non moritur: ſed, Si
eum volo manere donec veniã, quid
ad te? Hic eſt diſcipulus ille qui teſti-
moniũ perhibet de his, & ſcripſit hęc:
& ſcimus ꝙ verum eſt teſtimonium
eius. Sunt autẽ & alia multa quę fecit
IESVS: quæ ſi ſcribantur per ſingu-
la, nec ipſum arbitror mũdum capere
poſſe eos qui ſcriberentur, libros.

EVANGELII SECVNDVM
IOANNEM, FINIS.

ACTA APOSTOLORVM.

A PRimum quidem ſermonem feci de omnibus, ô Theophile, quæ cœpit IESVS & facere & docere, vſq; in diem qua præcipiens apoſtolis per ſpiritum ſanctũ, quos elegit, aſſumptus eſt: quibus & præbuit ſeipſum viuum poſt paſſionem ſuam in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno dei. Et cõueſcens, præcepit eis, ab Hieroſolymis ne diſcederent, ſed expectarent promiſſioné patris, Quam audiſtis (inquit) ex me: Luc. 24. g
quia Ioannes quidé baptizauit aqua, vos autem baptizabimini ſpiritu ſancto, non poſt multos hos dies. Igitur qui conuenerant, interrogabãt eum, dicentes, Domine, ſi in tempore hoc

reſtitues regnum Iſrael? Dixit autem
eis, Non eſt veſtrum noſſe tempora
vel momẽta, quæ pater poſuit in ſua
ipſius poteſtate: ſed accipietis virtu-
tem ſuperuenientis ſpiritus ſancti in
vos, & eritis mihi teſtes in Hieruſa-
lem, & in omni Iudęa, & Samaria, &
Luc.24.g vſq; ad vltimum terræ. Et cum hæc
dixiſſet, videntibus illis, eleuatus eſt:
& nubes ſuſcępit eum ab oculis eorũ.
Cumq́; intuerentur in cœlum, eũtem
illum ecce duo viri aſtiterunt iuxta il
los in veſtibus albis; qui & dixerunt,
Viri Galilæi, quid ſtatis aſpicientes in
cœlum? hic IESVS, qui aſſumptus
eſt à vobis in cœlum, ſic veniet, quẽ-
admodum vidiſtis eum euntẽ in cœ-
lum. Tunc reuerſi ſunt Hieroſolymã
à monte qui vocatur Olìueti, qui eſt
iuxta Hieruſalem, ſabbati habẽs iter.
Et cum introiſſent, aſcenderũt in cœ-
naculum vbi manebat Petrus & Ioã
nes, & Iacôbus & Andreas, Philip-
pus & Thomas, Bartholomæus &
Matthęus, Iacôbus Alphæi, & Simõ C
Zelotes,

Zelotes, & Iudas Iacôbi. hi omnes
erant perſeuerãtes vnanimiter in ora
tione & obſecratione cum mulieribꝰ
& MARIA matre IESV, & fratri-
bus eius. ¶ In diebus his exurgens
Petrus in medio diſcipulorum dixit.
(Erat autem turba hominum ſimul,
ferè centũ viginti) Viri fratres, opor-
tuit impleri ſcripturam hanc quã prę
dixit ſpiritus ſanctus per os Dauid de Pſal.40.c
Iuda qui fuit dux eorum qui cõpre- Ioan.10.c
henderũt IESVM: quia numeratus
erat nobiſcum, & ſortitus erat ſortem
miniſterij huius. Et hic quidem poſſe
dit agrum de mercede iniquitatis, &
ſuſpenſus crepuit medius, & diffuſa Mat.17.d
ſunt omnia viſcera eius. Et notum fa-
ctum eſt omnibus habitantibus Hie-
ruſalem: ita vt appellaretur ager ille,
lingua eorũ, Aceldema, hoc eſt, ager
D ſanguinis. Scriptum eſt enim in libro
pſalmorum, Fiat cõmoratio eius de- Pſal.68.c
ſerta: & non ſit qui inhabitet in ea. Et
epiſcopatum eius accipiat alter. Opor Pſa.103.b
tet ergo ex his viris qui nobiſcũ ſunt

congregati in omni tempore, quo in-
trauit & exiuit inter nos domin⁹ IE
SVS, incipiens à baptiſmate Ioánis
vſq; in diem qua aſſumptus eſt à no-
bis, teſtem reſurrectionis eius nobiſ-
cum fieri vnum ex iſtis. Et ſtatuerunt
duos, Ioſeph, qui vocatur Barſabas,
qui cognominatus eſt Iuſtus: & Ma-
thiam. Et orantes, dixerunt, Tu domi
ne, qui corda noſti omnium, oſtende
quem elegeris ex his duobus vnum,
accipere locũ miniſterij huius & apo-
ſtolatus, de quo præuaricatus eſt Iu-
das vt abiret in locum ſuum. Et dede
runt ſortes eorum: & cecidit ſors ſu-
per Mathiam, & annumeratus eſt cũ
vndecim apoſtolis.

CAPVT II.

ET cum cõpleretur dies pen A
tecoſtes, erant omnes pari-
ter in eodem loco: & factus
eſt repente de cœlo ſonus,
tanquam aduenientis ſpiritus vehe-
mentis, & repleuit totam domũ vbi
erant ſedentes. Et apparuerũt illis di-

ſpertitæ linguæ tanquã ignis, ſeditq́;
ſuper ſingulos eorum: & repleti ſunt
omnes ſpiritu ſancto, & cœperunt lo
qui alijs linguis, ꝓut ſpirirus ſanctus
dabat eloqui illis. Erant autẽ in Hie-
ruſalẽ habitantes Iudęi, viri religioſi
ex omni natione quę ſub cœlo eſt. Fa
cta autem hac voce, conuenit multi-
tudo, & mente confuſa eſt, quoniam
audiebat vnuſquiſq; lingua ſua illos
loquentes. Stupebant autem omnes,
& mirabantur, adinuicem dicentes,
B Nónne ecce omnes iſti qui loquũtur,
Galilæi ſunt? & quomodo nos audi-
mus vnuſquiſq; linguam noſtram, in
qua nati ſumus? Parthi, & Medi, &
Elamitæ & habitãtes Meſopotamiã,
Iudęam, & Cappadociam, Pontum,
& Aſiam, Phrygiam, & Pamphiliam,
Ægyptum, & partes Libyæ, quæ eſt
circa Cyrenen, & aduenæ Romani,
Iudæi quoq; & Proſelyti, Cretes, &
Arabes: audimus eos loquentes no-
ſtris linguis magnalia dei. Stupebant
autem omnes: & mirabantur, adinuĩ

cem dicentes, Quidnã vult hoc eſſe?
Alij autem irridentes, dicebant, Mu/
ſto pleni ſunt iſti. Stãs autem Petrus
cum vndecim, leuauit vocem ſuam,
& locutus eſt eis, Viri Iudęi, & qui ha C
bitatis Hieruſalem vniuerſi, hoc vo/
bis notũ ſit, & auribus percipite ver/
ba mea. Non enim ſicut vos æſtima/
tis, hi ebrij ſunt, cum ſit hora diei ter/
tia: ſed hoc eſt quod dictũ eſt per pro/
Ioel. 2.g phetam Ioel, & erit in nouiſſimis die
bus, dicit dominus, effundam de ſpi/
ritu meo ſuper omnẽ carnem: & pro/
phetabunt filij veſtri & filiæ veſtrę. &
iuuenes veſtri viſiones videbunt, &
ſeniores veſtri ſomnia ſomniabũt. Et
quidem ſuper ſeruos meos, & ſuper
ancillas meas in diebus illis effundã
de ſpiritu meo, & prophetabunt: &
dabo prodigia in cœlo ſurſum, & ſi/
gna in terra deorſum, ſanguinem &
ignem & vaporem fumi. Sol conuer
tetur in tenebras, & luna in ſanguinẽ,
antequã veniat dies domini magnus
Rom. 10.c & manifeſtus. Et erit: omnis quicũq;

inuocauerit nomen domini, ſaluus
erit. Viri Iſraelitæ, audite verba hæc,
IESVM Nazarenum, virum appro-
batum à deo in vobis virtutibus &
prodigijs & ſignis quæ fecit deus per
illum in medio veſtri, ſicut vos ſcitis:
hunc definito conſilio & præſcientia
dei traditū, cum accepiſſetis, per ma-
nus iniquorum affigentes, interemi-
ſtis. quem deus ſuſcitauit ſolutis do-
loribus mortis, iuxta quod impoſſi-
bile erat teneri illū ab ea. Dauid enim Pſal. 15. c
dicit de eo. Prouidebam dominū in
cōſpectu meo ſemper: quoniam à de-
xtris eſt mihi ne cōmouear. propter
hoc lætatum eſt cor meum, & exul-
tauit lingua mea: inſuper & caro mea
D requieſcet in ſpe, Quoniam non de-
relinques animam meam in inferno,
nec dabis ſanctum tuum videre cor-
ruptionem. Notas mihi feciſti vias vi
tę: replebis me iocunditate cum facie
tua. Viri fratres, liceat audenter dice-
re ad vos de patriarcha Dauid, quod 3. Reg. 2. b
& defunctus eſt, & ſepultus eſt: & ſe-

pulcrum eius eſt apud nos, vſq; in ho
diernum diem. Propheta igitur cum
Pſal.131.c eſſet, & ſciret ꝙ iureiurando iuraſſet
illi deus de fructu lumbi eius ſedere
ſuper ſedem eius: præuidens locutus
eſt de reſurrectione CHRISTI, ꝙ
neque derelicta eſt in inferno anima
eius, neq; caro eius vidit corruptio-
nem. Húc IESVM reſuſcitauit deus,
cuius nos omnes, teſtes ſumus. De-
xtera igitur dei exaltatus, & promiſ-
ſione ſpiritus ſancti accepta à patre,
effudit hoc donum quod vos vide-
tis & auditis. Non enim Dauid aſcen- F
Pſal.109.a dit in cœlum: dicit autem ipſe, Dixit
dominus domino meo, ſede à dex-
tris meis, Donec ponã inimicos tuos
ſcabellum pedum tuorum. Certiſſi-
me ſciat ergo omnis domus Iſrael ꝙ
& dominum eum, & Chriſtum fecit
deus, hunc IESVM, quem vos cru-
cifixiſtis. His autem auditis, compun
cti ſunt corde, & dixerunt ad Petrum
& ad reliquos apoſtolos, Quid facie-
mus viri fratres? Petrus autem ad il-

los, Pœnitentiam (inquit) agite, & ba
ptizetur vnuſquiſq; veſtrum in no-
mine IESV CHRISTI in remiſ-
ſionem peccatorum: & accipietis do
num ſpiritus ſancti. Vobis enim facta
eſt repromiſſio, & filijs veſtris, & om
nibus qui longe ſunt, quoſcunq; ad-
uocauerit domin⁹ deus noſter. Alijs
etiam verbis plurimis teſtificatus eſt,
G & exhortabatur eos, dicens, Saluami
ni à generatione iſta praua. Qui ergo
libenter recęperunt ſermonem eius,
baptizati ſunt: & appoſitę ſunt in die
illa, animæ circiter ter mille. Erant au
tem perſeuerātes in doctrina apoſto-
lorum, & cōmunicatione, & fractio-
ne panis & orationibus. Fiebat autē
omni animæ timor: multa quoque
prodigia & ſigna per apoſtolos fiebāt
in Hieruſalem, & metus erat magnus
in vniuerſis. Omnes autem qui crede
bant, erant pariter, & habebāt omnia
communia. Poſſeſſiones & ſubſtan-
tias vendebant, & diuidebant illa om
nibus prout cuiq; opus erat. Quoti-

die quoque perdurantes vnanimiter
in templo,& frangentes circa domos
panem ſumebant cibum cum exulta
tione & ſimplicitate cordis, collau/
dantes deum,& habentes gratiam ad
omnem plebē. Dominus autē adde/
bat qui ſalui fierent quotidie eccleſię.

CAPVT III.

SImul autem Petrus & Io A
annes aſcendebant in tem/
plum,ad horam orationis
nonam. Et quidam vir qui
erat claudus ex vtero matris ſuæ,ba/
iulabatur: quem ponebant quotidie
ad portam templi, quæ dicitur Spe/
tioſa,vt peteret eleemoſynam ab in/
troeuntibus in templum. Is cum vi/
diſſet Petrum & Ioannem incipien/
tes introire in templum, rogabat vt
eleemoſynam acciperet. Intuens au/
tem in eum Petrus cum Ioanne, di/
xit, Reſpice in nos. At ille intendebat
in eos,ſperans ſe aliquid accępturum
ab eis. Petrus autem dixit, Argentum
& aurum non eſt mihi: quod autē ha

beo, hoc tibi do, In nomine IESV
CHRISTI Nazareni ſurge, & am-
B bula. Et apprehẽſa manu eius dextra,
alleuauit eũ. & protinus conſolidatę
ſunt baſes eius & plantę. Et exiliens,
ſtetit, & ambulabat: & intrauit cum il
lis in templum ambulans, & exiliẽs,
& laudans deum. Et vidit omnis po-
pulus eum ambulantem, & laudan-
tem deum. Cognoſcebant autem illũ
quòd ipſe erat qui ad eleemoſynã ſe-
debat ad Spetioſam portam templi:
& impleti ſunt ſtupore & extaſi in eo
quod contigerat illi. Cum teneret au
tem is qui ſanatus fuerat claũdus, Pe
trum & Ioãnem, cucurrit omnis po-
pulus ad eos ad porticum quæ appel
latur Salomonis, ſtupẽtes. Videns au
tem Petrus, reſpondit ad populum,
Viri Iſraelitæ, quid miramini in hoc,
aut nos quid intuemini, quaſi noſtra
virtute aut pietate fecerimus hũc am
bulare? Deus Abraham, & deus Iſaac,
& deus Iacob, deus patrũ noſtrorum
glorificauit filium ſuũ IESVM, quẽ Mat. 27. c

Mar.15.b vos quidē tradidiſtis & negaſtis ante
Luc.23.c faciem Pilati, iudicante illo dimitti.
Ioan.18.g Vos autem ſanctum & iuſtum nega- C
ſtis, & petiſtis virum homicidam do
nari vobis: authorē vero vitæ inter-
feciſtis, quem deus ſuſcitauit à mor-
tuis, cuius nos teſtes ſumus. Et in fide
nominis eius, hunc quem vos vide-
tis & noſtis, confirmauit nomē eius:
& fides quæ per eum eſt, dedit illi in-
tegram ſanitatem iſtam in conſpectu
omnium veſtrûm. Et nūc fratres ſcio
quòd per ignorātiam feciſtis, ſicut &
principes veſtri. Deus autem quę prę
nuntiauit per os omnium propheta-
rum ſuorū, pati CHRISTVM ſuū,
impleuit ſic. Pœniteat vos igitur &
conuertimini, vt deleātur peccata ve
ſtra: vt cum venerint tempora refrige
rij à cōſpectu domini, & miſerit eum
qui prædicatus eſt vobis IESVM D
CHRISTVM, quem oportet quidē
cœlum ſuſcipere vſq; in tēpora reſti-
tutionis omniū quæ locutus eſt deus
per os ſanctorū ſuorum à ſeculo pro-

p̄hetarum. Moyſes quidem ad patres dixit. Prophetam ſuſcitabit vobis dominus deus veſter de fratrib⁹ veſtris tanquã me: ipſum audietis iuxta omnia quæcunque locutus fuerit vobis. Erit autem: omnis anima quæ nõ audierit prophetam illum, exterminabitur de plebe. Sed & omnes prophetæ, à Samuel, & deinceps qui locuti ſunt, etiam annũtiauerunt dies iſtos. Vos eſtis filij prophetarũ & teſtamenti, quod diſpoſuit deus ad patres noſtros, dicens ad Abraham, Et in ſemine tuo benedicentur omnes familiæ terræ. Vobis primum deus ſuſcitans filium ſuum, miſit eum benedicẽtem vobis: vt conuertat ſe vnuſquiſque à nequitijs ſuis. Deu. 18.c Gen. 22.c

CAPVT IIII.

A LOquentibus autem illis ad populum, ſuperuenerũt ſacerdotes & magiſtratus tẽpli & ſadducęi dolentes ꝙ docerent populum, & annũtiarent in IESV reſurrectionem ex mortuis: &

iniecerunt in eos manus, & poſuerũt
eos in cuſtodiam in poſterum diem.
erat autem iam veſpera. Multi autem
eorum qui audierant verbum, credi-
derunt: & factus eſt numerus virorũ,
quaſi quinq; millia. Factum eſt autẽ
poſtero die, vt congregarentur prin-
cipes eorum, & ſeniores, & ſcribæ in
Hieruſalem, & Annas princeps ſacer-
dotum, & Caiphas, & Ioãnes, & Ale
xander, & quotquot erant de genere
ſacerdotali. Et ſtatuentes eos in me- B
dio, interrogabant, in qua virtute aut
in quo nomine feciſtis hoc vos? Tunc
Petrus repletus ſpiritu ſancto, dixit
ad eos, Principes populi & ſeniores,
ſi nos hodie diiudicamur ꝙ benefa-
ctum ſit homini infirmo, in quo iſte
ſaluus factus ſit: notum ſit omnibus
vobis & omni plebi Iſrael, ꝙ in no-
mine domini noſtri IESV CHRI-
STI Nazareni quẽ vos crucifixiſtis,
quẽ deus ſuſcitauit à mortuis, in hoc
Pſal.117.d iſte aſtat corã vobis ſanus. Hic eſt la-
Mat.21.d pis qui reprobatus eſt à vobis ædifi-

cantibus, qui factus eſt in caput angu Mar.12.a
li: & non eſt in alio aliquo ſalus. Nec Luc.20.c
enim aliud nomen eſt ſub cœlo datū Eſa.28.d
hominibus, in quo oporteat nos ſal- 1.Pet.2.a
C uos fieri. Videntes autem Petri con- Rom.9.g
ſtantiam & Ioannis, comperto ꝙ ho
mines eſſent ſine literis, & idiotę, ad-
mirabātur, & cognoſcebant eos quòd
cum IESV fuerāt: hominem quoq;
vidētes ſtantem cum eis qui curatus
fuerat, nihil poterant cōtradicere. Iuſ
ſerunt autem eos foras extra conciliū
ſecedere: & conferebant adinuicē di-
cētes, Quid faciemus hominibꝰ iſtis?
quoniam quidem notum ſignum fa-
ctum eſt per eos, omnibus habitanti-
bus Hieruſalē manifeſtum eſt: & nō
D poſſumus negare. Sed ne amplius di
uulgetur in populum, comminemur
eis, ne vltra loquātur in nomine hoc
vlli hominum. Et vocantes eos, denū
tiauerūt ne omnino loquerētur neq;
docerēt in nomine IESV. Petrus ve
ro & Ioānes reſpondentes, dixerunt
ad eos, Si iuſtum eſt in conſpectu dei,

vos potius audire q̃ deum, iudicate:
non enim poſſumus quæ vidimus &
audiuimus non loqui. At illi commi
nantes, dimiſerunt eos: non inuenien
tes quomodo punirent eos, propter
populum: quia omnes glorificabant
deum in eo quod acciderat. Annorũ
enim erat amplius quadraginta homo
in quo factum fuerat ſignum iſtud ſa
nitatis. ¶ Dimiſſi autem, venerũt ad E
ſuos: & annuntiauerunt eis quæcũq;
ad eos principes ſacerdotum & ſenio
res dixiſſent. Qui cũ audiſſent, vna
nimiter leuauerunt vocem ad deum,
& dixerũt, Domine, tu es deus qui fe
ciſti cœlum & terram, mare & omnia
quæ in eis ſunt, qui per os Dauid pue
Pſal.2.a ri tui dixiſti, Quare fremuerunt gen
tes, & populi meditati ſunt inania?
Aſtiterunt reges terræ, & principes cõ
uenerũt in vnum aduerſus dominũ,
& aduerſus CHRISTVM eius. Cõ F
uenerũt enim verè aduerſus ſanctum
puerum tuum IESVM quẽ vnxiſti,
Herodes & Pontius Pilatus, cum

gentibus & populis Iſrael, facere quę
manus tua & conſilium tuum decre-
uerat fieri. Et nunc domine reſpice in
minas eorũ, & da ſeruis tuis cũ omni
fiducia loqui verbum tuum, in eo ꝙ
manum tuam extẽdas ad ſanitates &
ſigna & prodigia fieri per nomen ſan
cti filij tui IESV. Et cũ oraſſent, mo-
tus eſt locus in quo erant cõgregati:
& repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto.
& loquebãtur verbum dei cum fidu-
G cia. Multitudinis autem credentium
erat cor vnũ & anima vna: nec quiſq̃;
eorum quæ poſſidebat, aliquid ſuum
eſſe dicebat, ſed erant illis omnia cõ-
munia. Et virtute magna reddebant
apoſtoli teſtimonium reſurrectionis
IESV CHRISTI domini noſtri:
& gratia magna erat in omnib⁹ illis.
Neq; enim quiſq̃; egens erat inter il-
los. Quotquot eni poſſeſſores agro-
rum aut domorum erant, vendentes
afferebant pretia eorum que vende-
bant, & ponebant ante pedes apoſto-
lorum. Diuidebatur autem ſingulis

prout cuiq; opus erat. Ioſes autē qui
cognominatus eſt Barnabas ab apo-
ſtolis (quod eſt interpretatum, filius
conſolationis) Leuites, Cyprius ge-
nere, cum haberet agrū, vendidit eū,
& attulit pretium, & poſuit ante pe-
des apoſtolorum.

CAPVT V.

VIr autem quidam nomine A
Ananias cū Sapphira vxo-
re ſua vēdidit poſſeſſionē,
& fraudauit de pretio, con
ſcia etiam vxore ſua: & afferens par-
tem quādam, ad pedes apoſtolorum
poſuit. Dixit autem Petrus, Anania,
cur impleuit ſatanas cor tuū mentiri
te ſpiritui ſancto, & fraudare de pre-
tio agri? Nónne manēs tibi manebat,
& venundatus in tua erat poteſtate?
Quare poſuiſti in corde tuo hanc rē:
Non es mētitus hominibus, ſed deo,
Audiens autē Ananias hæc verba, ce-
cidit, & expirauit. Et factus eſt timor B
magnus ſuper omnes qui audierunt.
Surgentes autem iuuenes, amouerūt
eum,

eum,& efferētes ſepelierunt. Factum eſt autem quaſi horarū trium ſpatiū, & vxor ipſius,neſciens quod factum fuerat,introiuit. Dixit autē ei Petrus, dic mihi, ſi tanti agrū vendidiſtis? At illa dixit,Etiam,tanti. Petrus autē ait ad eam, Quid vtiq; conuenit vobis tentare ſpiritum domini? Ecce pedes eorum qui ſepelierunt virum tuū,ad oſtium:& efferēt te. Confeſtim cecidit ante pedes eius, & expirauit. Intrantes autem iuuenes,inuenerunt illam mortuam:& extulerunt & ſepelierūt ad virum ſuum. Et factus eſt timor magnus in vniuerſa eccleſia, &

C in omnes qui audierūt. ¶ Per manus autem apoſtolorum fiebant ſigna & prodigia multa in plebe. Et erāt vnanimiter omnes ī porticu Salomonis. Cęterorū autem nemo audebat ſe cō iungere illis:ſed magnificabat eos populus. Magis autē augebatur credentium in domino, multitudo virorū ac mulierū:ita vt in plateas eijcerent infirmos,& ponerēt in lectulis ac gra

batis,vt veniēte Petro ſaltem vmbra
illius obumbraret aliquem illorum.
Concurrebat autem & multitudo vi-
cinarum ciuitatum Hieruſalem,affe-
rentes ægros & vexatos à ſpiritibus
immūdis.qui curabant̃ omnes.Exur D
gens autē princeps ſacerdotū & om-
nes qui cum illo erant, quæ eſt hære-
ſis ſadducęorum,repleti ſunt zelo: &
iniecerunt manus in apoſtolos,& po
ſuerūt eos in cuſtodia publica.Ange-
lus autē domini per noctem aperiens
ianuas carceris,& educens eos,dixit,
Ite:& ſtantes loquimini in tēplo ple
bi omnia verba vitæ huius. Qui cum
audiſſent,intrauerūt diluculo in tem
plum, & docebāt. Adueniens autem
princeps ſacerdotū & qui cū eo erant,
conuocauerunt concilium, & ordinē
ſeniorum filiorum Iſrael: & miſerūt
ad carcerē vt adducerentur.Cum au-
tem veniſſent miniſtri, & non inue-
niſſent illos in carcerem,reuerſi nun-
tiauerunt dicētes, Carcerem quidem E
inuenimus clauſum cū omni diligen

tia & cuſtodes ſtãtes ante ianuas: ape
rientes autem, neminem intus inue-
nimus. Vt autẽ audierunt hos ſermo-
nes & ſummus ſacerdos, & dux tem
pli & principes ſacerdotum, ambige-
bant de illis quidnã fieret. Adueniens
autem quidam, nũtiauit eis, Ecce viri
quos poſuiſtis in carcerem, ſunt in tẽ
plo ſtantes, & docẽtes populũ. Tunc
abijt magiſtratus cũ miniſtris & addu
xit illos ſine vi. timebant enim popu
lum, ne lapidarẽtur. Et cum adduxiſ-
ſent illos, ſtatuerũt in concilio. Et in-
terrogauit eos princeps ſacerdotũ, di
cens, Nónne pręcipiẽdo præcępimus
vobis ne doceretis in nomine iſto? &
ecce repleſtis Hieruſalẽ doctrina ve-
ſtra, & vultis inducere ſuper nos ſan-
guinem hominis iſtius. Reſpondens
autem Petrus & apoſtoli, dixerunt,
Obedire oportet deo magis, q̃ homi
nibus. Deus patrum noſtrorum ſuſci-
tauit IESVM, quẽ vos interemiſtis
F ſuſpendentes in ligno. Hunc principẽ
& ſaluatorem deus exaltauit dextera

ſua, ad dandam pœnitentiam Iſrael,
& remiſſionē peccatorum. & nos ſu/
mus ei teſtes horum verborum, quia
& ſpiritus ſanctus quē dedit deus om
nibus obedientibus ſibi. Hæc cum au
diſſent, diſſecabantur: & conſultabāt
interficere illos. Surgens autem qui/
dam in cōſilio phariſæus, nomine Ga
maliel, legis doctor, honorabilis vni/
uerſæ plebi, iuſſit foras modicū apo/
ſtolos ſecedere: dixitq́ʒ ad illos. Viri
Iſraelitæ, attēdite vobis ſuper homi/
nibus iſtis quid acturi ſitis. Ante hos
enim dies extitit Theudas, dicens ſe
eſſe aliquē, cui conſenſit numerus vi/
rorum circiter quadringētorum, qui
occiſus eſt: & omnes qui credebāt ei,
diſſipati ſunt, & redacti ad nihilum.
Poſt hunc extitit Iudas Galilæus in G
diebus profeſſionis, & auertit popu/
lum multum poſt ſe, & ipſe perijt: &
omnes quotquot conſenſerunt ei, di/
ſperſi ſunt. Et nunc dico vobis, diſce/
dite ab hominibus iſtis, & ſinite illos.
quoniam ſi eſt ex hominibus conſiliū

hoc aut opus, diſſoluetur:ſi vero ex
deo eſt,nõ poteritis diſſoluere,ne for
te & deo repugnare videamini. Con-
ſenſerunt autem illi. Et conuocantes
apoſtolos, cæſis denũtiauerunt ne lo
querentur in nomine IESV, & dimi
ſerũt eos.Et illi quidẽ ibant gaudẽtes
à conſpectu cõcilij, quia digni habiti
ſunt pro nomine IESV contumeliã
pati. Omni autẽ die non ceſſabant in
tẽplo & circa domos docẽtes & euan
gelizãtes IESVM CHRISTVM.

CAPVT VI.

A IN diebus autem illis, cre-
ſcente numero diſcipulo-
rum, factum eſt murmur
Græcorum aduerſus He-
bræos, eo quòd deſpicerentur in mi-
niſterio quotidiano viduę eorũ. Con
uocantes autem duodecim, multitu
dinem diſcipulorũ, dixerunt, Non eſt
æquum, nos derelinquere verbũ dei,
& miniſtrare menſis. Conſiderate er-
go fratres, viros ex vobis boni teſti-
monij ſeptem, plenos ſpiritu ſancto

& ſapientia, quos cõſtituamus ſuper
hoc opus. Nos vero orationi & mini B
ſterio verbi inſtantes erimus. Et pla-
cuit ſermo coram omni multitudine.
Et elegerunt Stéphanum virum ple-
num fide & ſpiritu ſancto, & Philip-
pum, & Prochorum, & Nicanorem,
& Timonem, & Parmenam, & Nico-
laum aduenam Antiochenũ. Hos ſta-
tuerũt ante conſpectum apoſtolorũ:
& orantes impoſuerũt eis manus. Et
verbum dei creſcebat, & multiplica-
batur numerus diſcipulorũ in Hieru C
ſalem valde: multa etiam turba ſacer
dotũ obediebat fidei. Stephanus autẽ
plenus gratia & fortitudine faciebat
prodigia & ſigna magna in populo.
Surrexerũt autem quidã de ſynago-
gã, quę appellatur Libertinorũ & Cy
renẽſium, & Alexãdrinorum, & eorũ
qui erant à Cilicia & Aſia, diſputãtes
cum Stéphano: & non poterant reſi-
ſtere ſapientiæ & ſpiritui qui loqueba
tur. Tunc ſubmiſerũt viros, qui dice-
rent ſe audiuiſſe eum dicentem verba

blaſphemiæ in Moyſen & deum. Cõ
mouerunt itaq; plebem, & ſeniores,
& ſcribas: & concurrentes rapuerunt
eum, & adduxerunt in concilium, &
ſtatuerunt falſos teſtes qui dicerent,
D Homo iſte nõ ceſſat loqui verba ad-
uerſus locum ſanctum & legẽ. audi-
uimus enim eum dicentẽ, ꝙ IESVS
Nazarenus hic, deſtruet locum iſtũ,
& mutabit traditiones quas tradidit
nobis Moyſes. Et intuentes eum om
nes qui ſedebant in concilio, viderũt
faciem eius tanꝗ; faciem angeli.

CAPVT VII.

A Dixit autem princeps ſacer
dotũ, Si hæc ita ſe habent?
C At ille ait, Viri fratres & pa
tres audite. Deus gloriæ
apparuit patri noſtro Abrahę cũ eſſet
in Meſopotamia, prius quàm mora-
retur in Charã, & dixit ad illum, Exi Geñ.12.a
de terra tua, & de cognatione tua, &
veni in terram quã monſtrauero tibi.
Tunc exijt de terra Chaldæorũ, & ha-
bitauit in Charan. Et inde poſtquam

mortuus eſt pater eius, tranſtulit illũ
in terram iſtam, in qua nunc vos habi
tatis. Et non dedit illi hæreditatem in
ea nec paſſum pedis: ſed repromiſit
dare illi eam in poſſeſſionẽ, & ſemini
eius poſt ipſum cum non haberet fi-
Geñ.15.c liũ. Locutus eſt autẽ deus ſic, Quod
erit ſemen eius incola in terra aliena,
& ſeruituti eos ſubijcient, & male tra
ctabunt eos annis quadringentis: &
gentem cui ſeruierint, iudicabo ego,
Geñ.17.b dixit deus, & poſt hæc exibunt, & ſer
Geñ.21.a uient mihi in loco iſto. Et dedit illi te
Geñ.25 c ſtamentũ circuncıſionis, & ſic genuit
Ge.29.f.g Iſaac, & circuncidit eum die octauo:
30.a.35.c & Iſaac, Iacob: & Iacob duodecim
Geñ.37.f patriarchas. Et patriarchæ æmulãtes, B
Ioſeph vendiderũt in Ægyptum. &
erat deus cum eo: & eripuit eũ ex om
nibus tribulationibus eius, & dedit ei
gratiã & ſapientiam in cõſpectu Pha
Geñ.41.c raonis regis Ægyptiorum, & conſti-
tuit eum præpoſitum ſuper Ægyptũ
& ſuper omnẽ domum ſuam. Venit
autem fames in vniuerſam Ægyptũ,

& Chanaan; & tribulatio magna: &
non inueniebant cibos patres noſtri.
Cum audiſſet autem Iacob eſſe fru- Geñ.42.a
mentum in Ægypto, miſit patres no
ſtros primum: & in ſecũdo cognitus
eſt Ioſeph à fratribus ſuis, & manife Geñ.45.a
ſtatum eſt Pharaoni genus eius. Mit
tens autẽ Ioſeph, accerſiuit Iacob pa
trem ſuum, & omnem cognationem Geñ.46.a
ſuã in animabus ſeptuagintaquinq;.
Et deſcendit Iacob in Ægyptum: & Geñ.49.d
defunctus eſt ipſe & patres noſtri. Et
tranſlati ſunt in Sichem, & poſiti ſunt Geñ.50.b
in ſepulcro quod emit Abraham pre-
tio argenti à filijs Emor filij Sichem.
C Cum autem appropinquaret tẽpus
promiſſionis, quã confeſſus erat deus
Abrahæ, creuit populus & multipli- Exo.1.a
catus eſt in Ægypto, quoaduſq; ſur-
rexit alius rex in Ægypto, qui nõ ſcie
bat Ioſeph. Hic circunueniens genus
noſtrum, afflixit patres noſtros: vt ex
ponerent infantes ſuos, ne viuificarẽ-
tur. Eodem tẽpore natus eſt Moyſes, Exo.2.a
& fuit gratus deo, qui nutritus eſt tri

bus mẽſibus in domo patris ſui. Ex-
poſito autẽ illo, ſuſtulit eum filia Pha
raonis, & nutriuit eum ſibi in filium.
Et eruditus eſt Moyſes omni ſapiẽtia
Ægyptiorum: & erat potẽs in verbis
& in operibus. Cum autẽ impleretur
ei quadraginta annorũ tempus, aſcẽ-
dit in cor eius vt viſitaret fratres ſuos
filios Iſrael. Et cum vidiſſet quẽdam
iniuriam patiẽtem, vindicauit illum:
& fecit vltionem ei qui iniuriam ſuſti
nebat, percuſſo Ægyptio. Exiſtima-
bat autẽ intelligere fratres ſuos quòd
deus per manum ipſius daret ſalutẽ
Exod.2.c illis. At illi non intellexerunt. Sequẽti
vero die apparuit illis litigantibus: &
recõciliabat eos in pace, dicens, Viri, D
fratres eſtis: vt qd nocetis alterutrũ?
Qui autem iniuriã faciebat proximo,
repulit eum dicens, Quis te cõſtituit
principem & iudicem ſuper nos? nun
quid interficere me tu vis, quẽadmo-
dum interfeciſti heri Ægyptiũ? Fugit
autem Moyſes in verbo iſto: & factus
eſt aduena in terra Madian, vbi gene-

ratuit filios duos. Et expletis ãnis qua Exo.3.a
draginta, apparuit illi in deſerto mon
tis Sina angelus in igne flammę rubi.
Moyſes autem videns, admiratus eſt
viſum. Et accedente illo vt cõſidera-
ret, facta eſt ad eũ vox domini dicẽs,
Ego ſum deus patrum tuorum, deus
Abraham, deus Iſaac, & deus Iacob.
Tremefactus autem Moyſes, non au-
debat conſiderare. Dixit autem illi do
minus, Solue calceamentum pedum
tuorum. locus enim in quo ſtas, terra
E ſancta eſt. Videns vidi afflictioné po-
puli mei qui eſt in Ægypto, & gemi-
tum eorũ audiui, & deſcendi liberare
eos. Et nunc venito, & mittam te in
Ægyptum. Hunc Moyſen quem ne-
gauerunt dicentes, Quis te conſtituit
principem & iudicem? hũc deus prin
cipem & redẽptorem miſit, cũ manu
angeli qui apparuit illi in rubo. Hic Exo.7.8.
eduxit illos faciens prodigia & ſigna 9.10.11.14
in terra Ægypti, & in rubro mari, &
in deſerto annis quadraginta. Hic eſt
Moyſes qui dixit filijs Iſrael, Prophe Exo.16.a

Deu.18.c tam ſuſcitabit vobis deus de fratrib⁹
Exo.19.a veſtris tanq; me:ipſum audietis. Hic
eſt qui fuit in eccleſia in ſolitudine cũ
angelo qui loquebatur ei in mõte Si-
na:& cum patribus noſtris, qui accę-
pit verba vitæ dare nobis. Cui nolue
runt obedire patres noſtri: ſed repu-
lerunt & auerſi ſunt cordibus ſuis in
Exo.32.a Ægyptum, dicẽtes ad Aaron, Fac no
bis deos qui pręcedãt nos: Moyſi enĩ
huic qui eduxit nos de terra Ægypti,
neſcimus quid factum ſit. Et vitulum
fecerunt in diebus illis, & obtulerunt
hoſtiam ſimulacro, & lætabantur in
operibus manuum ſuarum. Cõuertit
ſe autem deus, & tradidit eos ſeruire
militiæ cœli, ſicut ſcriptũ eſt in libro
Amos.5.g prophetarũ, Nunquid victimas & ho
ſtias obtuliſtis mihi annis quadragin
ta in deſerto, domus Iſrael? Et ſuſcę-
piſtis tabernaculum Moloch & ſidus
dei veſtri Rempha, figuras quas feci-
ſtis, adorare eas. Et transferam vos vl
Exo.25.d tra Babylonem. Tabernaculum teſti- F
Hebr.8.b monij fuit patribus noſtris in deſer-

to, ſicut diſpoſuit illis deus, loquens ad Moyſen vt faceret illud ſecũdum formam quã viderat. Quod & induxerunt, qui ſucceſſerunt, patres noſtri cum Ieſu in poſſeſſionem gentium: quas expulit deus à facie patrum noſtrorũ vſq; in diebus Dauid, qui inuenit gratiam ante deũ, & petijt vt inueniret tabernaculum deo Iacob. Salomon autẽ ędificauit illi domum. Sed excelſus, non in manufactis tẽplis habitat, ſicut per prophetam dicit, Cœlum mihi ſedes eſt, terra autem, ſcabellum pedum meorum. Quã domum ædificabitis mihi, dicit dominus: aut quis loc⁹ requietionis meæ eſt? Nónne manus mea fecit hęc omnia? Dura ceruice & incircuncisi cordibus & auribus, vos ſemper ſpiritui ſancto reſiſtitis: ſicut patres veſtri & vos. Quem prophetarum non ſunt perſecuti patres veſtri? Et occiderunt eos qui præ-

G nuntiabãt de aduentu iuſti, cuius vos nunc proditores & homicidę fuiſtis: qui accępiſtis legem in diſpoſitione

1.Re.16.c
Pſal.131.a
1.Par.17.c
3.Reg.6.a
Infra.17.f
Eſa.66.a

angelorũ,& non cuſtodiſtis. Audien/
tes autem hæc, diſſecabantur cordi/
bus ſuis, & ſtridebant dentibus in eũ.
Cum autem eſſet plenus ſpiritu ſan/
cto: intendens in cœlum, vidit gloriã
dei, & IESVM ſtãtem à dextris dei.
Et ait, Ecce video cœlos apertos, & fi
lium hominis ſtantem à dextris dei.
Exclamantes autẽ voce magna, conti
nuerunt aures ſuas. & impetum fece/
runt vnanimiter in eum. Et eijcientes
eum extra ciuitatẽ, lapidabant: & te/
ſtes depoſuerunt veſtimẽta ſua ſecus
pedes adoleſcẽtis, qui vocabatur Sau
lus. Et lapidabant Stéphanũ inuocan
tem, & dicentẽ, Domine IESV, ſuſci
pe ſpiritum meũ. Poſitis autem geni/
bus, clamauit voce magna, Domine,
ne ſtatuas illis hoc peccatum. Et cum
hoc dixiſſet, obdormiuit. Saulus au/
tem erat conſentiens neci eius.

CAPVT VIII.

FActa eſt autẽ in illa die per A
ſecutio magna in eccleſiã,
quæ erat Hieroſolymis, &

omnes diſperſi ſunt per regiones Iudeę & Samarię, prętер apoſtolos. Simul autem curauerũt Stéphanũ viri timorati, & fecerũt planctũ magnum ſuper eum. Saulus autem deuaſtabat eccleſiam, per domos intrans: & trahens viros ac mulieres, tradebat in cuſtodiã. igitur qui diſperſi erãt pertranſibant euangelizantes verbũ dei. Philippus autẽ deſcendens in ciuitatem Samarię, prędicabat illis CHRISTVM. Intendebant autẽ turbæ his quæ à Philippo dicebantur, vnanimiter audientes, & videntes ſigna quæ
B faciebat. Multorum enim habẽtium, ſpiritus immundi clamãtes voce magna, exibant. Multi autẽ paralytici & claudi, curati ſunt. Factũ eſt ergo gaudium magnum in illa ciuitate. ℭ Vir autem quidam, nomine Simon qui antè fuerat in ciuitate magus, ſeducens gentẽ Samariæ, dicens ſe eſſe aliquem magnum. cui auſcultabãt omnes à minimo vſq; ad maximũ dicentes, Hic, eſt virtus dei magna. Atten-

debant autem eum, propterea ꝙ mul
to tempore magijs ſuis dementaſſet
eos. Cum vero credidiſſent Philippo
euangelizanti de regno dei: in nomi-
ne IESV CHRISTI baptizabātur
viri ac mulieres. Tunc Simon & ipſe C
credidit: & cū baptizatus eſſet, adhæ-
rebat Philippo. Videns etiā ſigna &
virtutes maximas fieri, ſtupens admi
rabatur. Cum autē audiſſent apoſtoli
qui erant Hieroſolymis, ꝙ recepiſſet
Samaria verbum dei: miſerūt ad eos
Petrum & Ioānem. Qui cum veniſ-
ſent, orauerunt pro ipſis, vt acciperēt
ſpiritum ſanctum. Nondum enim in
quenq; illorum venerat, ſed baptiza-
ti tantum erāt in nomine domini IE
SV. Tunc imponebant manus ſuper
illos, & accipiebāt ſpiritum ſanctum.
Cum vidiſſet autē Simon ꝙ per im-
poſitionem manuum apoſtolorū da
retur ſpiritus ſanctus, obtulit eis pe-
cuniam, dicens, Date & mihi hanc po D
teſtatem, vt cuicunq; impoſuero ma-
nus, accipiat ſpiritū ſanctum. Petrus
autem

autem dixit ad eum, Pecunia tua tecū
ſit in perditionem: quoniam donum
dei exiſtimaſti pecunia poſſideri. non
eſt tibi pars, neq; ſors in ratione hac.
cor enim tuum nō eſt rectum coram
deo. Pœnitentiam itaq; age ab hac ne
quitia tua: & roga deū, ſi forte remit-
tatur tibi hæc cogitatio cordis tui. In
felle enī amaritudinis, & obligatione
iniquitatis video te eſſe. Reſpondens
autē Simon dixit, Precamini vos pro
me ad dominū vt nihil veniat ſuper
E me horum quæ dixiſtis. ¶ Et illi qui-
dem teſtificati & locuti verbū domi-
ni, redibāt Hieroſolymam, & multis
regionibus Samaritanorum euange-
lizabant. Angelus autem domini lo-
cutus eſt ad Philippum, dicēs, Surge,
& vade contra meridiē, ad viam, quę
deſcendit ab Hieruſalem in Gazā: hęc
eſt deſerta. Et ſurgēs abijt. Et ecce, vir
Æthiops, eunuchus, præfectus Can-
daces reginæ Æthiopum, qui erat ſu
per omnes gazas eius: venerat adora
re in Hieruſalē, & reuertebatur ſedēs

ſuper currum ſuum,legensq́ʒ Eſaiam
prophetam.Dixit autem ſpiritus Phi F
lippo, Accede, & adiunge te ad currũ
iſtum. Accurrens autẽ Philippus,au/
diuit eum legentẽ Eſaiam prophetã,
& dixit,Putáſne intelligis quæ legis?
Qui ait,Et quo modo poſſum,ſi non
aliquis oſtẽderit mihi?rogauitq́ʒ Phi
lippum vt aſcenderet,& ſederet ſecũ.
Locus autem ſcripturæ, quã legebat,
Eſa.53.c erat hic, Tanquã ouis ad occiſionem
ductus eſt:& ſicut agnus coram ton/
dente ſe ſine voce, ſic non aperuit os
ſuum. In humilitate iudiciũ eius ſub/
latum eſt.Generationẽ eius quis enar
rabit? quoniam tollitur de terra vita
eius.Reſpondens autẽ eunuchus Phi
lippo, dixit. Obſecro te, de quo pro/
pheta dicit hoc? de ſe,an de alio ali/
quo?Aperiens autẽ Philippus os ſuũ:
& incipiens à ſcriptura iſta,euangeli/
zauit illi IESVM.Et dum irent per G
viam,venerunt ad quandam aquã,&
ait eunuchus, Ecce aqua, quid prohi/
bet me baptizari?Dixit autem Philip

pus, Si credis ex toto corde, licet. Et
reſpondens ait, Credo filium dei eſſe
IESVM CHRISTVM. Et iuſſit ſta
re currum: & deſcenderunt ambo in
aquam, & Philippus & eunuchus, &
baptizauit eũ. Cum autẽ aſcendiſſent
de aqua, ſpiritus domini rapuit Phi-
lippũ, & amplius nõ vidit eum eunu
chus. Ibat autẽ per viam ſuã gaudẽs.
Philippus autẽ inuẽtus eſt in Azoto:
& pertranſiens, euangelizabat ciuita
tibus cunctis, donec veniret Cæſareã.

CAPVT IX.

A SAulus autem adhuc ſpirãs minas & cædem in diſcipu los domini, acceſſit ad prin cipem ſacerdotũ, & petijt ab eo epiſtolas in Damaſcum ad ſyna gogas: vt ſi quos inueniſſet huius viæ viros ac mulieres, vinctos perduce- ret in Hieruſalẽ. Et cum iter faceret, cõtigit vt appropinquaret Damaſco: & ſubito circunfulſit eum lux de cœ- lo. Et cadens in terram, audiuit vo- cem dicẽtem ſibi, Saul Saul quid me Galat. 1. c

perſequeris? Qui dixit, Quis es domi
1.cor.15.b ne? Et ille, Ego ſum IESVS, quē tu
2.cor.12.a perſequeris. durum eſt tibi contra ſti-
mulum calcitrare. Et tremens ac ſtu-
pens, dixit, Domine, quid me vis face
re? Et dominus ad eũ, Surge, & ingre-
dere ciuitatem, & dicetur tibi quid te
oporteat facere. Viri autem illi qui co B
mitabantur illum, ſtabant ſtupefacti,
audientes quidem vocem, neminem
autem videntes. Surrexit autem Sau
lus de terra, apertisq́ꝫ oculis, nihil vi-
debat. Ad manus autem illum ducen
tes, introduxerũt Damaſcum. Et erat
ibi tribus diebus non videns, & non
manducauit neqꝫ bibit. Erat autē qui-
dam diſcipulus Damaſci nomine Ana
nias: & dixit ad illum in viſu domi-
nus, Anania. At ille ait, Ecce ego domi
ne. Et dominus ad eũ, Surge, & vade
in vicũ qui vocatur Rectus: & quære
in domo Iudæ Saulũ nomine Thar-
ſenſem. ecce enim orat. Et vidit virũ
Ananiam nomine, introeuntē & im-
ponentem ſibi manus vt viſum reci-

piat. Reſpondit autē Ananias. Domi-
ne, audiui à multis de viro hoc, quā-
ta mala fecerit ſanctis tuis in Hieruſa
lem. & hæc habet poteſtatem à princi
pibus ſacerdotū, alligandi omnes qui
inuocant nomen tuum. Dixit autē ad
C eum dominus, Vade quoniā vas ele-
ctionis eſt mihi iſte, vt portet nomen
meum coram gentibus & regibus &
filijs Iſrael. ego enim oſtendā illi quā
ta oporteat eū pro nomine meo pati.
Et abijt Ananias, & introiuit in do-
mum: & imponens ei manus, dixit,
Saul frater, dominus miſit me IE-
SVS, qui apparuit tibi in via qua ve-
niebas: vt videas, & implearis ſpiritu
ſancto. Et cōfeſtim ceciderunt ab ocu
lis eius tanq̄ ſquamæ, & viſum recę-
pit. & ſurgens baptizatus eſt. Et cum
accępiſſet cibum, cōfortatus eſt. Fuit
autem cum diſcipulis qui erāt Dama
ſci, per dies aliquot. Et cōtinuo ingreſ
ſus in ſynagogas, prędicabat CHRI
D STVM q̄ hic eſſet filius dei. Stupe-
bant autē omnes qui eum audiebāt,

& dicebant, Nónne hic eſt qui expu-
gnabat in Hieruſalem eos qui inuo-
cabant nomen iſtud? & huc ad hoc ve
nit vt vinctos illos duceret ad princi
pes ſacerdotum? Saulus autem mul-
to magis conualeſcebat, & confunde
bat Iudæos qui habitabant Damaſci, D
affirmans, quod hic eſſet CHRISTVS.
Cum autem implerentur dies multi,
conſilium fecerunt Iudęi, vt eum in-
terficerent. Notæ auté factæ ſunt Sau
2.cor.11.g lo inſidiæ eorum. Cuſtodiebant auté
& portas die ac nocte, vt eum interfi
cerent. Accipientes autem eum diſci-
puli eius nocte, per murũ demiſerunt
eum, ſubmittentes in ſporta. Cum au E
tem veniſſet in Hieruſalem, tentabat
ſe iungere diſcipulis: & omnes time-
bant eum, non credentes quòd eſſet
diſcipulus. Barnabas autem apprehé
ſum illum, duxit ad apoſtolos: & nar
rauit illis quomodo in via vidiſſet do
minũ, & quòd locutus eſt ei. & quo-
modo in Damaſco fiducialiter egerit
in nomine IESV. Et erat cũ illis in-

trans & exiens in Hieruſalem, fidu/
cialiter agens in nomine domini. Lo
quebatur quoque & diſputabat cum
Græcis: illi autem quærebant occide/
re eum. Quod cum cognouiſſent fra
tres, deduxerunt eum Cæſaream, &
dimiſerunt Tharſum. Igitur eccleſiæ
quidem per totam Iudæam, & Gali/
læam & Samariam habebant pacem,
& ædificabantur ambulantes in timo
re domini, & cõſolatione ſancti ſpiri/
F tus replebantur. Factum eſt autem, vt
Petrus dum tranſiret per vniuerſos,
deueniret ad ſanctos qui habitabant
Lyddæ. Inuenit autem ibi hominem
quendã nomine Æneã, ab annis octo
iacentẽ in grabato, qui erat paralyti/
cus. Et ait illi Petrus, Ænea, ſanet te
dñs IESVS CHRISTVS. ſurge &
ſterne tibi. Et continuo ſurrexit. Et vi
derunt eũ omnes qui habitabãt Lyd/
dæ, & Sarone, qui cõuerſi ſunt ad do
minum. ¶ In Ioppe autẽ fuit quæ/
dam diſcipula nomine Tabitha, quæ
interpretata dicitur Dorcas. Hæc erat

plena operibus bonis & eleemoſynis
quas faciebat. Factū eſt autē in diebus G
illis, vt infirmata moreretur. Quam
cum lauiſſent, poſuerunt eam in cœ-
naculo. Cum autē prope eſſet Lydda
ab Ioppe, diſcipuli audientes ꝙ Pe-
trus eſſet in ea, miſerunt duos viros
ad eum, rogātes, Ne pigriteris venire
vſq; ad nos. Exurgens autem Petrus,
venit cum illis. Et cū aduenifſet, du-
xerunt illum in cœnaculū: & circūſte
terunt illum omnes viduæ flentes, &
oſtendentes ei tunicas & veſtes, quas
faciebat dum eſſet cū illis Dorcas. Eie
ctis autē omnibus foras, Petrus po-
nens genua orauit: & cōuerſus ad cor
pus, dixit, Tabitha, ſurge. At illa ape-
ruit oculos, & viſo Petro, reſedit. Dās
autem illi manū, erexit eam. Et cum
vocaſſet ſanctos & viduas, aſſignauit
eam viuam. Notum autē factum eſt
per vniuerſam Ioppen: & crediderūt
multi in dominū. Factum eſt autem
vt dies multos moraretur in Ioppe,
apud Simōnem quēdam coriarium.

CAPVT X.

A VIr aútem quidā erat in Cæſarea, nomine Cornelius, centurio cohortis quæ dicitur Italica, religioſus & timens deū cum omni domo ſua, faciens eleemoſynas multas plebi, & deprecans deum ſemper. Is vidit in viſu manifeſte, quaſi hora diei nona, angelum dei introeuntem ad ſe, & dicentem ſibi, Corneli. At ille intuens eū timore correptus, dixit, Quid eſt domine? Dixit autem illi, Orationes tuæ & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in memoriam in cōſpectu dei. Et nūc mitte viros in Ioppen, & accerſe Simônem quēdam qui cognominatur Petrus. hic hoſpitatur apud Simônē quēdam coriarium, cuius eſt domus iuxta mare. hic dicet tibi quid te opor

B teat facere. Et cum diſceſſiſſet angelus qui loquebatur illi, vocauit duos domeſticos ſuos, & militem metuentē dominum ex his qui illi aſſiſtebant. Quibus cum narraſſet omnia: miſit

illos in Toppen. Poſtera autē die, iter illis facientibus, & appropinquantibus ciuitati, aſcendit Petrus in ſuperiora domus, vt oraret, circa horā ſextam. Et cum eſuriret, voluit guſtare. Parātibus autem illis cecidit ſuper eū mentis exceſſus: & videt cœlum apertum, & deſcendens vas quoddam velut linteum magnum, quatuor initijs alligatum ſubmitti de cœlo in terrā; in quo erant omnia quadrupedia terræ, & beſtiæ & reptilia, & volatilia cœli. Et facta eſt vox ad eum, Surge Petre: occide & manduca. Ait autem Petrus, Abſit domine: quia nunq̃ manducaui quicquam cōmune & immūdum. Et vox iterum ſecūdo ad eum; Quod deus purificauit, tu commune ne dixeris. Hoc factum eſt ter. Et ſtatim receptum eſt vas in cœlū. Et dum intra ſe hæſitaret Petrus quidnā eſſet viſio quā vidiſſet, ecce, viri qui miſſi erant à Cornelio, inquirētes domum Simônis, aſtiterunt ad ianuā. Et cum vocaſſent, interrogabāt ſi Simon qui C

cognominatur Petrus, illic haberet
hoſpitium. Petro autem cogitante de
viſione, dixit ſpiritus ei, Ecce viri tres
quęrunt te. Surge itaq; & deſcende, &
vade cum eis, nihil dubitās: quia ego
miſi illos. Deſcendens autem Petrus
ad viros, dixit, Ecce, ego ſum quem
quæritis. quę cauſa eſt propter quam
veniſtis? Qui dixerũt, Cornelius cen
turio, vir iuſtus & timens deũ, & te-
ſtimonium habens ab vniuerſa gente
Iudæorũ, reſponſum accępit ab ange
lo ſancto accerſere te in domũ ſuam,
& audire verba abs te. Introducens
D ergo eos, recępit hoſpitio. Sequēti au
tem die ſurgens, profectus eſt cũ illis:
& quidā ex fratribus ab Ioppe comi-
tati ſunt eũ. Altera autē die introiuit
Cæſaream. Cornelius vero expecta-
bat illos, conuocatis cognatis ſuis &
neceſſariis amicis. Et factum eſt: cum
introiſſet Petrus, obuius venit ei Cor
nelius: & prócidēs ad pedes eius ado
rauit eum. Petrus vero eleuauit eũ, di
cens, Surge, & ego ipſe homo ſum. Et

loquens cum illo, intrauit, & inuenit
multos qui cõuenerant: dixitq; ad il-
los, Vos ſcitis quomodo abominatũ
ſit viro Iudęo coniungi, aut accedere
ad alienigenã: ſed mihi oſtendit deus,
neminem, cõmunem aut immũdum
dicere hominẽ. propter quod ſine du
bitatione veni accerſitus. Interrogo
ergo, quã ob cauſam accerſiſtis me?
Et Cornelius ait, Die ab hinc quarto, E
vſq; ad hanc horam, ieiunás & orans
erã hora nonà in domo mea, & ecce
vir ſtetit ante me in veſte ſplẽdida, &
ait, Corneli, exaudita eſt oratio tua,
& eleemoſynę tuę cõmemoratę ſunt
in conſpectu dei. Mitte ergo in Iop-
pen, & accerſe Simõnem qui cogno-
minatur Petrus: hic hoſpitatur in do
mo Simõnis coriarij iuxta mare qui
adueniens loquetur tibi. Cõfeſtim er
go miſi ad te, & tu bene feciſti veniẽ-
do. Nunc ergo omnes nos in conſpe-
ctu tuo adſumus, audire omnia quę-
cunq; tibi præcepta ſunt à domino.
Aperiens autẽ Petrus os ſuum, dixit,

In veritáte comperio, ꝙ non eſt per/ Deu.10.d
ſonarum accęptor deus: ſed in omni 2.Pa.19.b
gente, qui timet eũ & operatur iuſti/ Sapiẽ.6.b
F tiam, accęptus eſt illi. Verbum quod Eccli.35.b
miſit deus filijs Iſrael, annũtians pa/ Rom.2.b
cé per IESVM CHRISTVM (hic Galat.2.b
eſt omniũ dominus) Vos ſcitis, quod Ephe.6.b
factum eſt per vniuerſam Iudæã, in/ Coloſſ.3.d
cipiens à Galilęa poſt baptiſmũ quod 1.Pet.1.c
prædicauit Ioãnes: IESVM à Naza
ret: quomodo vnxit eum deus ſpiritu
ſancto & virtute. qui pertrãſijt bene/
faciendo & ſanãdo omnes oppreſſos
ã diabolo, quoniã deus erat cum illo.
Et nos teſtes ſumus omniũ quæ fecit
in regione Iudæorum & Hieruſalẽ,
quem occiderunt ſuſpendentes in li/
gno. Hũc deus ſuſcitauit tertia die, &
dedit eum manifeſtum fieri nõ omni
populo, ſed teſtibus præordinatis à
deo, nobis qui manducauimus & bi/
bimus cum illo poſtquã reſurrexit à
G mortuis. Et præcępit nobis prędicare
populo & teſtificari quòd ipſe eſt qui
conſtitutus eſt à deo iudex viuorum

Hiere.31.f & mortuorum. Huic omnes prophe
Mich.7.d tæ teſtimonium perhibent, remiſſio-
nem peccatorum accipere per nomē
eius omnes qui credunt in eum. Ad-
huc loquente Petro verba hęc, cecidit
ſpiritus ſanctus ſuper omnes qui au-
diebant verbum. Et obſtupuerunt ex
circuncisione fideles, qui venerant cū
Petro, quòd & in nationes gratia ſpi
ritus ſancti effuſa eſſet. Audiebāt enī
illos loquentes linguis, & magnificā-
tes deū. Tunc reſpondit Petrus, Num
quis prohibere poteſt, quo minus a-
qua baptizentur hi qui ſpiritum ſan-
ctum accęperūt ſicut & nos? Et iuſſit
eos baptizari in nomine domini IE-
SV CHRISTI. Tunc rogauerūt eū,
vt maneret apud eos aliquot diebus.

CAPVT XI.

A Vdierūt autem apoſtoli & A
fratres qui erāt in Iudæa,
quòd & gētes recępiſſent
verbum dei. Cum autem
aſcendiſſet Petrus Hieroſolymam, di
ſcęptabant aduerſus illū qui erant ex

circũciſione, dicentes, Quare introiſti
ad viros præputium habentes, & mã
ducaſti cum illis? Incipiens autẽ Pe-
trus, exponebat illis ordinem dicẽs:
Ego eram in ciuitate Ioppe orans, &
vidi in exceſſu mentis meæ viſionẽ,
deſcendens vas quoddam velut lin-
teum magnum, quatuor initijs ſum-
mitti de cœlo, & venit vſq; ad me. In
quod intuens, conſiderabam & vidi
quadrupedia terrę & beſtias & repti-
lia & volatilia cœli. Audiui autem &
vocem dicentem mihi, Surge Petre,
B occide & manduca. Dixi autẽ, Nequa
quã domine: quia cõmune aut immũ
dum nunq̃; introiuit in os meum. Re
ſpondit autem vox ſecũdo, de cœlo,
Quæ deus mũdauit, tu ne commune
dixeris. Hoc autem factum eſt ter: &
recepta ſunt omnia rurſum in cœlũ.
Et ecce viri tres cõfeſtim aſtiterunt in
domo in qua erã, miſſi à Cæſarea ad
me. Dixit autẽ ſpiritus mihi vt irem
cũ illis, nihil hæſitans. Venerunt autẽ
mecum & ſex fratres iſti: & ingreſſi ſu

mus in domum viri. Narrauit autem
nobis quomodo vidiſſet angelum in
domo ſua, ſtantem & dicentem ſibi,
Mitte in Ioppen, & accerſe Simõné
qui cognominatur Petrus, qui loque
tur tibi verba in quib⁹ ſaluus eris tu,
& vniuerſa domus tua. Cum autem
cœpiſſem loqui, cecidit ſpiritus ſan-
ctus ſuper eos: ſicut & in nos in ini-
tio. Recordatus ſum autem verbi do C
mini ſicut dicebat, Ioannes quidem
Supra.1.a baptizauit aqua, vos autem baptiza-
bimini ſpiritu ſancto. Si ergo eãdem
gratiam dedit illis deus, ſicut & no-
bis qui credidimus in dominum IE
SVM CHRISTVM: ego quis erã,
qui poſſem prohibere deum? His au-
ditis tacuerũt: & glorificauerunt de-
um, dicentes, Ergo & gentibus pœni
tentiam dedit deus ad vitam. Et illi
quidem qui diſperſi fuerant à tribu-
latione quę facta fuerat ob Stephanũ,
perambulauerunt vſq; Phœnicen &
Cyprum & Antiochiam, nemini lo-
quentes verbum, niſi ſolis Iudæis.
Erant

Erant autem quidam ex eis viri Cy-
prij & Cyrenæi, qui cum introiſſent
Antiochiam, loquebantur & ad Græ
cos, annuntiantes dominũ IESVM.
Et erat manus domini cum eis: mul-
tusq; numerus credentium conuer-
ſus eſt ad dominum. Peruenit autem
ſermo ad aures eccleſię, quę erat Hie
roſolymis, ſuper iſtis: & miſerũt Bar
D nabam, vſq; ad Antiochiam. Qui cũ
perueniſſet, & vidiſſet gratiam dei,
gauiſus eſt: & hortabatur omnes in
propoſito cordis permanere in do-
mino. quia erat vir bonus, & plenus
ſpiritu ſancto & fide. Et appoſita eſt
multa turba domino. Profectus eſt
autem Tharſum vt quæreret Saulũ:
quem cum inueniſſet, perduxit An-
tiochiam. Et annum totum conuer-
ſati ſunt ibi in eccleſia: & docuerunt
turbam multam, ita vt cognomina-
rentur primum Antiochiæ diſcipuli,
Chriſtiani. In his autem diebus ſu-
peruenerũt ab Hieroſolymis prophe
tæ Antiochiam; & ſurgens vnus ex

eis nomine Agabus, ſignificabat per ſpiritum famem magnã futuram in vniuerſo orbe terrarum, quę facta eſt ſub Claudio. Diſcipuli autem prout quiſq; habebat, propoſuerunt in miniſterium mittere habitãtibus in Iudæa fratribus. quod & fecerunt, mittentes ad ſeniores per manus Barnabæ & Sauli.

CAPVT XII.

A Eodem autem tempore miſit Herodes rex manus, vt affligeret quoſdam de eccleſia. Occidit autem Iacôbum fratrem Ioãnis gladio. Videns autem quòd placeret Iudæis, appoſuit apprehendere & Petrum. Erãt autem dies azymorum. Quem cum apprehendiſſet, miſit in carcerem, tradens quatuor quaternionibus militũ ad cuſtodiendum, volẽs poſt paſcha producere eũ populo. Et Petrus quidem ſeruabatur in carcere. Oratio autem fiebat ſine intermiſſione ab eccleſia ad deum pro eo. Cum autẽ pro-

ducturus eum eſſet Herodes, in ipſa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites, vinctus catenis duabus: & cuſtodes ante oſtium cuſtodiebāt carcerē. Et ecce, angelus domini aſtitit, & lumen refulſit in habitaculo:
B percuſſoq; latere Petri, excitauit eū, dicens, Surge velociter. Et ceciderunt catenæ de manibus eius. Dixit autē angelus ad eum, Præcingere, & calcea te caligas tuas. Et fecit ſic. Et dicit illi, Circunda tibi veſtimentum tuū, & ſequere me. Et exiens ſequebatur eum, & neſciebat quòd verum eſſet quod fiebat per angelū: exiſtimabat autem ſe viſum videre. Tranſeuntes autem primā & ſecundam cuſtodiā, venerūt ad portam Ferream quæ ducit ad ciuitatem, quæ vltrò aperta eſt eis. Et exeuntes, proceſſerunt vicum vnum: & continuo diſceſſit angelus ab eo. Et Petrus ad ſe reuerſus, dixit, Nunc ſcio vere quòd miſit dominus angelum ſuum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatio-

ne plebis Iudæorũ. Conſyderanſq́;,
venit ad domum Mariæ, matris Ioã
nis, qui cognominatus eſt Marcus,
vbi erant multi congregati & oran/
tes. Pulſante autẽ eo oſtium ianuæ, C
proceſſit puella ad videndum, nomi
ne Rhode. Et vt cognouit vocem Pe
tri, præ gaudio non aperuit ianuam,
ſed intrò currens nuntiauit ſtare Pe/
trum ante ianuã. At illi dixerunt ad
eam, Inſanis. Illa autem affirmabat
ſic ſe habere. Illi autem dicebant, An/
gelus eius eſt; Petrus autem perſeue/
rabat pulſans. Cum autẽ aperuiſſent
oſtium, viderunt eum: & obſtupue/
runt. Annuens autem eis manu vt ta
cerent, narrauit quomodo dominus
eduxiſſet eũ de carcere: dixitq́;, Nun/
tiate Iacôbo & fratribus hęc. Et egreſ
ſus, abijt in alium locum. Facta autẽ
die, erat non parua turbatio inter mi
lites quidnam factum eſſet de Petro.
Herodes autẽ cum requiſiſſet eum,
& non inueniſſet, inquiſitione facta
de cuſtodibus, iuſſit eos duci, deſcen/

dens'q; à Iudæa in Cæſaream, ibi cō
moratus eſt. Erat autem iratus Ty-
D rijs & Sidonijs. At illi vnanimes ve-
nerūt ad eum, & perſuaſo Blaſto, qui
erat ſuper cubiculum regis, poſtula-
bant pacem, eo quòd alerētur regio-
nes eorum ab illo. Statuto autem die
Herodes veſtit⁹ veſte regia, ſedit pro
tribunali, & concionabatur ad eos.
Populus autē acclamabat, Vox dei,
& nō hominis. Confeſtim autē per-
cuſſit eum angelus domini: eo quòd
non dediſſet gloriam deo: & cōſum-
ptus à vermibus, expirauit. Verbum
autem domini creſcebat & multipli-
batur. Barnabas autem & Saulus re-
uerſi ſunt ab Hieroſolymis expleto
miniſterio, aſſumpto Ioanne, qui co
gnominatus eſt Marcus.

CAPVT XIII.

A ERant autē in eccleſia, quæ
erat Antiochiæ, prophetæ
& doctores, in quibus Bar
nabas & Simon qui voca
batur Niger, & Lucius Cyrenenſis, &

Manahen qui erat Herodis tetrarchę
collactaneus, & Saulus. Miniſtranti-
bus autem illis domino, & ieiunan- C
tibus, dixit illis ſpiritus ſanctus, Se-
gregate mihi Saulum & Barnabã in
opus ad quod aſſumpſi eos. Tunc ie-
iunantes & orãtes, imponentesq́ʒ eis
manus, dimiſerunt illos. Et ipſi qui-
dem miſſi à ſpiritu ſancto, abierũt Se-
leuciã, & inde nauigauerunt Cyprũ.
Et cum veniſſent Salaminam, prędi-
cabant verbum dei in ſynagogis Iu-
dæorum. Habebant autem & Ioan-
nem in miniſterio. Et cum perambu-
laſſent vniuerſam inſulam vſque ad
Paphum, inuenerunt quendã virum
magum pſeudoprophetam Iudæũ,
cui nomen erat Barieu, qui erat cum
proconſule Sergio Paulo viro pru-
dente. Hic accerſitis Barnaba & Pau- B
lo, deſiderabat audire verbũ dei. Re- A
ſiſtebat autẽ illis Elymas magus (ſic
enim interpretatur nomẽ eius) quę-
rens auertere procõſulem à fide. Sau
lus autem qui & Paulus, repletus ſpi

ritu ſancto, intuens in eum, dixit, O
plene omni dolo & omni fallacia fili
diaboli, inimice omnis iuſtitię, nõ de
ſinis ſubuertere vias domini rectas.
Et nũc ecce manus domini ſuper te,
& eris cęcus, non videns ſolem, vſq;
ad tempus. Et confeſtim cecidit in eũ
caligo & tenebræ, & circũiens quæ-
rebat qui ei manum daret. Tũc pro-
conſul cum vidiſſet factum, credidit,
admirans ſuper doctrina domini. Et
cum à Papho nauigaſſet Paulus &
qui cum eo erant, venerunt Pergen
Pamphyliæ. Ioannes autẽ diſcedens
ab eis, reuerſus eſt Hieroſolymã. Illi
vero pertrãſeuntes Pergen, venerũt
Antiochiam Piſidiæ: & ingreſſi ſyna-
C gogam die ſabbatorũ, ſederunt. Poſt
lectionem autem legis & propheta-
rum, miſerũt principes ſynagogæ ad
eos, dicentes, Viri fratres, ſi quis eſt in
vobis ſermo exhortationis ad plebẽ,
dicite. Surgens autem Paulus, & ma-
nu ſilentium indicens, ait, Viri Iſrae-
litæ, & qui timetis deũ, audite: Deus

populi huius, elegit patres noſtros,
& plebem exaltauit cum eſſent inco
Exod.1.a læ in terra Ægypti, & in brachio ex-
Exo.13.d celſo eduxit eos ex ea, & per quadra-
Exo.16.a ginta annorũ tempus mores eorum
ſuſtinuit in deſerto. Et deſtruens gen
Ioſu.14.a tes ſeptem in terra Chanaan, forte di-
Iudic.3.b ſtribuit eis terram eorum. Et poſt hęc
annis circiter quadringentis & quin-
quaginta, dedit iudices, vſque ad Sa-
1.Reg.8.a muel prophetam. Et exinde poſtula-
1.Reg.9.c uerunt regem: & dedit illis Saul filiũ
10.a Cis, virum de tribu Beniamin annis
quadraginta. Et amoto illo, ſuſcita- D
uit illis Dauid regem: cui teſtimoniũ
perhibẽs, dixit, Inueni Dauid filium
Ieſſę, virum ſecundum cor meũ, qui
Pſal.88.b faciet omnes volũtates meas. Huius
1.reg.16.c ex ſemine deus ſecũdum promiſſio-
Eſa.11.a nem, eduxit Iſraeli ſaluatorem IE-
SVM, prædicante Ioanne ante faciẽ
Mat.3.a aduentus eius, baptiſmum pœniten-
Mar.1.a tiæ omni populo Iſrael. Cum imple
Luc.3.a ret autem Ioannes curſum ſuum, di
cebat, Quem me arbitramini eſſe nõ

ſum ego: ſed ecce venit poſt me, cu- Ioan.1.c.
ius non ſum dignus calceamenta pe- Mar.1.a
dum ſoluere. Viri fratres, filij generis
Abraham, & qui in vobis timent de-
um, vobis verbum ſalutis huius miſ-
ſum eſt. Qui enim habitabant Hieru-
ſalem, & principes eius hunc ignorá-
tes, & voces prophetarum, quæ per
omne ſabbatum leguntur, iudicátes
impleuerunt: & nullam cauſam mor Mat.27.c
tis inuenientes in eo, petierunt à Pi- Mar.15.b
E lato vt interficerent eum. Cumq; cõ- Luc.23.c
ſummaſſent omnia quę de eo ſcripta Ioan.19.c
erant, deponentes eum de ligno, po-
ſuerunt eum in monuméto. Deus au
tem ſuſcitauit eum à mortuis tertia
die: qui viſus eſt per dies multos his Mat.28.
qui ſimul aſcenderant cum eo de Ga Mar.16.
lilæa in Hieruſalem, qui vſque nunc Luc.24.
ſunt teſtes eius ad plebem. Et nos vo Ioan.20.
bis annuntiamus eam, quæ ad patres
noſtros repromiſſio facta eſt: quoniã
hanc deus adimpleuit filijs illorũ re-
ſuſcitans IESVM, ſicut & in pſal-
mo ſecũdo ſcriptum eſt, Filius meus Pſal.2.b

Hebr.1.b es tu, ego hodie genui te. Quòd au-
tem ſuſcitauit eum à mortuis, am-
plius iam non reuerſurum in corru-
ptionem, ita dixit, Dabo vobis ſancta
Eſa.55.b Dauid fidelia. Ideoq; & aliâs dicit,
Pſal.15.d Non dabis ſanctum tuum videre cor-
ruptionem. Dauid enim in ſua gene-
3.Reg.2.b ratione cum adminiſtraſſet volunta-
ti dei, dormiuit, & appoſitus eſt ad
patres ſuos, & vidit corruptionem.
Quẽ deus vero ſuſcitauit à mortuis, F
nõ vidit corruptionẽ. Notum igitur
ſit vobis viri fratres, quòd per hunc
vobis remiſſio peccatorum annũtia-
tur: & ab omnibus quibus non po-
tuiſtis in lege Moyſi iuſtificari, in hoc
omnis qui credit, iuſtificatur. Videte
Abac.1.b ergo ne ſuperueniat vobis quod di-
ctum eſt in prophetis, Videte cõtem-
ptores, & admiramini, & diſperdimi
ni: quia opus operor ego in diebus
veſtris, opus quod non credetis ſi qs
enarrauerit vobis. Exeũtibus autem
è ſynagoga Iudæis, rogabant gẽtes,
vt ſequenti ſabbato loquerentur ſibi

verba hæc. Cumq; dimiſſa eſſet ſyna-
goga, ſecuti ſunt multi Iudęorum, &
colentium deum aduenarũ, Paulum
& Barnabã: qui loquentes ſuadebant
eis vt permanerent in gratia dei. Se-
quenti vero ſabbato penè vniuerſa ci-
G uitas conuenit audire verbum dei. Vi-
A dentes autem turbas Iudæi, repleti
ſunt zelo, & contradicebant his quæ
à Paulo dicebantur, blaſphemantes.
Tunc conſtanter Paulus & Barnabas
dixerunt: Vobis oportebat primum
loqui verbum dei: ſed quoniã repel-
litis illud, & indignos vos iudicatis
æterna vita: ecce conuertimur ad gẽ-
tes. ſic enim præcępit nobis dominꝰ;
Poſui te in lucẽ gentium, vt ſis in ſa- Eſa.49.b
lutem vſq; ad extremum terræ. Au-
dientes autem gentes, gauiſæ ſunt, &
glorificabant verbum domini: & cre-
diderunt quotquot erant ordinati ad
vitam æternam. Diſſeminabatur au-
tem verbum domini per vniuerſam
regionem. Iudęi autẽ concitauerunt
mulieres religioſas & honeſtas, & pri

mos ciuitatis, & excitauerunt perſe-
cutionem in Paulum & Barnabam:
& eiecerunt eos de finibus ſuis. At illi
Mat.10.b excuſſo puluere pedum in eos, vene
Mar.6.b runt Iconium. Diſcipuli quoq; reple
Luc.9.a bantur gaudio & ſpiritu ſancto.

CAPVT XIIII.

FActum eſt autem Iconij, vt A ſimul introirent ſynagogã Iudæorum, & loquerētur ita, vt crederet Iudæorum & Græcorũ copioſa multitudo. Qui vero increduli fuerunt Iudæi, ſuſcitauerunt & ad iracundiam concitauerunt animas gentiũ aduerſus fratres. Multo igitur tēpore demorati ſunt fiducialiter agentes in domino, teſtimoniũ perhibente verbo gratiæ ſuæ, dante ſigna & prodigia fieri per manus eorum. Diuiſa eſt autem multitudo ciuitatis: & quidã quidem erant cum Iudæis, quidam vero cum apoſtolis. Cum autem factus eſſet impetus gentilium & Iudæorũ cum principibus ſuis, vt contumelijs afficerēt

& lapidarent eos, intelligentes con/
fugerunt ad ciuitates Lycaoniæ, Ly/
ſtram & Derben, & vniuerſam in cir/
cuitu regionem, & ibi euangelizan/
B tes erant. Et quidam vir Lyſtris infir/
mus pedibus ſedebat, claudus ex vte
ro matris ſuæ: qui nunquam ambu/
lauerat. Hic audiuit Paulum loquen
tem. Qui intuitus eum, & videns ꝙ
fidé haberet vt ſaluus fieret, dixit ma
gna voce, Surge ſuper pedes tuos re/
ctus. Et exiliit, & ambulabat. Turbæ
auté cum vidiſſent quod fecerat Pau
lus, leuauerunt vocem ſuam, Lycao/
nice dicentes, Dij ſimiles facti homi/
nibus, deſcenderunt ad nos. Et voca/
bant Barnabam, Iouem: Paulum ve
ro, Mercurium, quoniá ipſe erat dux
verbi. Sacerdos quoq; Iouis, qui erat
ante ciuitaté, tauros & coronas ante
ianuas afferés, cum populis volebat
C ſacrificare. Quod vbi audierunt apo/
ſtoli Barnabas & Paulus, cõſciſſis tu/
nicis ſuis, inſilierunt in turbam, cla/
mantes & dicentes, Viri, quid hæc fa/

citis? Et nos mortales ſumus, ſimiles
vobis homines, annuntiantes vobis
ab his vanis cōuerti ad deum viuum
qui fecit cœlum & terram & mare &
Pſal. 145. a omnia quæ in eis ſunt, qui in præte-
Apo. 14. b ritis generationibus dimiſit omnes
gentes ingredi vijs ſuis. Et quidē non
ſine teſtimonio ſemetipſum reliquit,
benefaciens de cœlo, dans pluuias, &
tempora fructifera, implens cibo &
lætitia corda eorum. Et hæc dicētes,
vix ſedauerūnt turbas ne ſibi immo-
larent. Superuenerūt autem quidam
ab Antiochia & Iconio Iudæi: & per
2. cor. 11. f ſuaſis turbis lapidantes Paulum, tra-
xerunt extra ciuitatem, exiſtimantes
eum mortuum eſſe. Circundantibus D
autem eum diſcipulis, ſurgens intra-
uit ciuitatē: & poſtera die profectus
eſt cum Barnaba in Derben. Cumq;
euangelizaſſent ciuitati illi, & docuiſ-
ſent multos, reuerſi ſunt Lyſtram &
Iconium, & Antiochiam, confirman-
tes animas diſcipulorum, exhortan-
teſq; vt permanerent in fide, & quòd

per multas tribulatiões oportet nos
intrare in regnum dei. Et cum conſti
tuiſſent illis per ſingulas eccleſias pre
ſbyteros, & oraſſent cum ieiunijs, cõ
mendauerunt eos domino in quem
crediderãt. Tranſeuntes'q; Piſidiam,
venerunt in Pamphyliam. & loquen
tes verbum domini in Perge, deſcen
derunt in Attaliam, & inde nauiga-
uerunt Antiochiam, vnde erant tra- Supr.13.a
diti gratiæ dei in opus, quod comple
uerunt. Cum autem veniſſent & con
gregaſſent eccleſiam, retulerunt quã-
ta feciſſet deus cum illis, quòd ape-
ruiſſet gentibus oſtium fidei. Morati
ſunt autem tempus non modicum il
lic cum diſcipulis.

CAPVT XV.

A ET quidam deſcendentes de Gala.5.a
Iudæa, docebãt fratres, Niſi
circuncidamini ſecundum
morem Moyſi, non pote-
ſtis ſaluari. Facta ergo ſeditione & di
ſceptatione nõ exigua Paulo & Bar-
nabæ aduerſus illos, ſtatuerunt vt

aſcenderent Paulus & Barnabas &
quidam alij ex illis ad apoſtolos &
presbyteros in Hieruſalem, ſuper hac
quæſtione. Illi ergo deducti ab eccle
ſia, pertranſibant Phœnicen & Sama
riam, narrantes conuerſionem gen/
tium: & faciebāt gaudium magnum
omnibus fratribus. Cum autem ve/
niſſent Hieroſolymam, ſuſcepti ſunt
ab eccleſia & ab apoſtolis & ſeniori/
bus, annuntiantes quanta deus feciſ/
ſet cum illis. Surrexerūt autem qui/
dam de hæreſi phariſæorum, qui cre/
diderant, dicētes, quod oporteret cir B
cuncidi eos, præcipere quoq; ſeruare
legem Moyſi. Conueneruntq; apo/
ſtoli & ſeniores videre de verbo hoc.
Cum autem magna conquiſitio fie/
Supra. 10. ret, ſurgens Petrus dixit ad eos, Viri
fratres, vos ſcitis ꝙ ab antiquis die/
bus deus in nobis elegit per os meū
audire gentes verbum euangelij, &
credere. Et qui nouit corda deus, te/
ſtimonium perhibuit, dans illis ſpi/
ritum ſanctum ſicut & nobis, & nihil
diſcreuit

diſcreuit inter nos & illos, fide puri-
ficans corda eorum. Nunc ergo quid
tentatis deum, imponere iugum ſu-
per ceruices diſcipulorum: quod ne-
que nos neque patres noſtri portare
C potuimus? Sed per gratiam domini
IESV CHRISTI credimus ſal-
uari queadmodum & illi. Tacuit au-
tem omnis multitudo, & audiebant
Barnabam & Paulũ narrantes quan-
ta deus feciſſet ſigna & prodigia in
gentibus per eos. Et poſtquam tacue
runt, reſpondit Iacobus, dicẽs, Viri
fratres, audite me. Simon narrauit
quemadmodum primum deus viſi-
tauit ſumere ex gentibus populũ no
mini ſuo. Et huic concordant verba
prophetarum, ſicut ſcriptum eſt, Poſt
hæc reuertar, & reædificabo taberna- Amos.9.c
D culum Dauid, quod decidit, & diruta
eius reædificabo, & erigam illud, vt
requirãt cæteri homines dominum:
& omnes gentes ſuper quas inuoca-
tum eſt nomẽ meum, dicit dominus
faciens hæc. Nota à ſeculo ſunt do-

mino opa ſua omnia. Propter quod
ego iudico, non inquietari eos qui ex
gentibus conuertuntur ad deum, ſed
ſcribere ad eos, vt abſlineant ſe à con
taminationibus ſimulacrorũ, & for/
nicatione, & ſuffocatis, & ſanguine.
Moyſes enim à temporibus antiquis
habet in ſingulis ciuitatibus qui eum
prædicent in ſynagogis, vbi per om/
ne ſabbatũ legitur. Tunc placuit apo/
ſtolis & ſenioribus cum omni eccle/
ſia, eligere viros ex eis, & mittere An
tiochiam cum Paulo & Barnaba, Iu
dam, qui cognominabatur Barſabas,
& Silam viros primos in fratribus,
ſcribētes per manus eorum. APO E
STOLI & ſeniores fratres, his qui
ſunt Antiochię & Syrię & Ciliciæ fra
tribus ex gentibus, ſalutem. Quo/
niam audiuimus quòd quidã ex no/
bis exeuntes, turbauerunt vos ver/
bis, euertentes animas veſtras, qui/
bus non mandauimus: placuit nobis
collectis in vnum, eligere viros, &
mittere ad vos cum chariſſimis no/

ſtris Barnaba & Paulo, hominibus
qui tradiderunt animas ſuas pro no-
mine domini noſtri IESV CHRI-
STI, Miſimus ergo Iudam & Si-
lam, qui & ipſi vobis verbis referent
eadem. Viſum eſt enim ſpiritui ſan-
cto & nobis, nihil vltra imponere vo
bis oneris quàm hæc neceſſaria: vt
abſtineatis vos ab immolatis ſimu-
lacrorũ, & ſanguine, & ſuffocato, &
fornicatione, à quibus cuſtodientes
F vos, bene agetis. Valete. Illi ergo di-
miſſi deſcenderunt Antiochiã: & con
gregata multitudine tradiderunt epi
ſtolam. Quam cum legiſſent, gauiſi
ſunt ſuper cõſolatione. Iudas autem
& Silas, & ipſi cum eſſent prophetæ,
verbo plurimo cõſolati ſunt fratres,
A & confirmauerunt. Facto autẽ ibi ali
quanto tẽpore, dimiſſi ſunt cum pace
à fratribus ad eos qui miſerant illos.
Viſum eſt autem Silæ ibi remanere:
Paulus autẽ & Barnabas demorabã-
tur Antiochiæ, docentes, & euãgeli-
zantes cum alijs pluribus, verbũ do-

mini. Poſt aliquot autẽ dies dixit ad
Barnabam Paulus, reuertentes viſi- G
temus fratres per vniuerſas ciuitates
in quibus prędicauimus verbum do
mini, quomodo ſe habeãt. Barnabas
autem volebat ſecũ aſſumere & Ioã
nem, qui cognominabatur Marcus:
Paulus autem rogabat, eum (vt qui
diſceſſiſſet ab eis de Pãphylia, & non
iſſet cum eis in opus) non debere re-
cipi. Facta eſt autem diſſenſio, ita vt
diſcederent ab inuicem. & Barnabas
quidem aſſumpto Marco nauigaret
Cyprũ: Paulus vero electo Sila pro-
fectus eſt, traditus gratiæ dei à fratri-
bus. Perambulabat autem Syriam &
Ciliciam, confirmans eccleſias.

CAPUT XVI.

PEruenit autem in Derben A
& Lyſtram. Et ecce, diſci-
pulus quidam erat ibi no
mine Timótheus, filius mu
lieris Iudęę fidelis, patre gẽtili. Huic
teſtimonium bonum reddebant qui
Lyſtris erant & Iconij, fratres. Hunc

voluit Paulus ſecum proficiſci: & aſ-
ſumens circuncidit eum propter Iu-
dæos qui erant in illis locis. Sciebant
enim omnes quòd pater eius erat gē
tilis. Cum autem pertranſirent ciui-
tates, tradebant eis cuſtodire dogma
ta quæ erant decreta ab apoſtolis &
ſenioribus qui erant Hieroſolymis.
Et eccleſiæ quidem confirmabantur
fide, & abundabāt numero quotidie.
B Tranſeuntes autem Phrygiam & Ga
latiæ regionem, vetiti ſunt à ſpiritu
ſancto loqui verbū dei in Aſia. Cum
veniſſent autē in Myſiam, tentabant
ire in Bithyniam: & non permiſit eos
ſpiritus. Cum autem pertranſiſſent
Myſiam, deſcenderunt Troadem: &
viſio per noctem Paulo oſtenſa eſt:
C Vir Macedo quidam erat ſtans, & de
precans eum, & dicens, Tranſiens in
Macedoniam adiuua nos. Vt autem
viſum vidit: ſtatim quæſiuimus pro-
ficiſci in Macedoniā, certi facti quòd
vocaſſet nos deus euangelizare eis.
Nauigantes autem à Troade, recto

curſu venimus Samothracen, & ſe-
quenti die Neapolim: & inde Phi-
lippos, quæ eſt prima partis Mace-
doniæ ciuitas, colonia. Eramus au- C
tem in hac vrbe diebus aliquot con-
ſiſtentes. Die autem ſabbatorum e-
greſſi ſumus extra portam iuxta flu-
men, vbi videbatur oratio eſſe: & ſe-
dentes loquebamur mulieribus quæ
conuenerant. Et quædam mulier no
mine Lydia purpurarum venditrix
ciuitatis Thyatirorum, colés deum,
audiuit. cuius dominus aperuit cor,
intendere his quæ dicebantur à Pau-
lo. Cum autem baptizata eſſet, & do
mus eius, deprecata eſt dicens, Si iu-
dicaſtis me fidelem domino eſſe, in-
troite in domum meam, & manete.
Et coegit nos. Factum eſt autem eun D
tibus nobis ad orationem, puellam
quandam habentem ſpiritum pytho
nis obuiare nobis: quæ quæſtum ma
gnum præſtabat dominis ſuis diui-
nando. Hæc ſubſecuta Paulũ & nos,
clamabat, dicens, Iſti homines, ſerui

dei excelſi ſunt, qui annunciant vo-
bis viam ſalutis. Hoc autem faciebat
multis diebus. Dolés autem Paulus
& conuerſus, ſpiritui dixit, Præcipio
tibi in nomine IESV CHRISTI
exire ab ea. Et exiit eadem hora. Vi-
dentes autem domini eius, quòd exi
uit ſpes quæſtus eorum, apprehen-
dentes Paulū & Silam perduxerunt
in forum ad principes: & offerentes
eos magiſtratibus, dixerūt, Hi homi-
nes conturbant ciuitatem noſtram,
cum ſint Iudæi: & annuntiant mo-
rem quem non licet nobis ſuſcipere
E neque facere cum ſimus Romani. Et
cucurrit plebs aduerſus eos. & magi-
ſtratus ſciſſis tunicis ſuis, iuſſerunt
eos virgis cædi. Et cum multas pla-
gas eis impoſuiſſent, miſerunt eos in 2.cor.11.f
carcerem, præcipientes cuſtodi vt di-
ligenter cuſtodiret eos. Qui cum tale
præceptū accepiſſet, miſit eos in in-
teriorem carcerem, & pedes eorum
ſtrinxit ligno. Media autē nocte Pau
lus & Silas orantes laudabant deū. Et

audiebant eos qui in cuſtodia erant.
Subito vero terræmotus factus eſt
magnus, ita vt mouerentur funda-
menta carceris. Et ſtatim aperta ſunt
omnia oſtia: & vniuerſorum vincu-
la ſoluta ſunt. Expergefactus autem
cuſtos carceris, & videns ianuas aper
tas carceris, euaginato gladio, vole-
bat ſe interficere, exiſtimans fugiſſe
vinctos. Clamauit autem Paulus vo
ce magna, dicens, Nihil tibi mali fe- F
ceris: vniuerſi enim hic ſumus. Peti-
toq́ lumine introgreſſus eſt: & tre-
mefactus, procidit Paulo & Silæ ad
pedes: & producẽs eos foras, ait, Do-
mini, quid me oportet facere vt ſal-
uus fiam? At illi dixerũt, Crede in do
minum IESVM: & ſaluus eris tu, &
[illegible] domus tua. Et locuti ſunt ei verbum
domini cum omnibus qui erãt in do
mo eius. Et tollẽs eos in illa hora no
ctis, lauit plagas eorum: & baptiza-
tus eſt ipſe, & omnis domus eius cõ-
tinuo. Cumq́ perduxiſſet eos in do
mum ſuam, appoſuit eis menſam, &

lætatus eſt cum omni domo ſua cre-
dens deo. Et cũ dies factus eſſet, mi-
ſerunt magiſtratus lictores, dicentes,
Dimitte homines illos. Nuntiauit au
tem cuſtos carceris verba hæc Pau-
G lo, Quia miſerunt magiſtratus vt di-
mittamini. nunc igitur exeuntes, ite
in pace. Paulus autem dixit eis, Cæ-
ſos nos publice indicta cauſa homi-
nes Romanos miſerunt in carcerem,
& nũc occulte nos eijciunt? Non ita,
ſed veniant ipſi, & nos educant. Nun
tiauerunt autem magiſtratibus licto
res verba hæc. Timueruntq; audito
quòd Romani eſſent: & veniẽtes de-
precati ſunt eos, & educentes roga-
bant vt egrederentur de vrbe. Exeun
tes autem de carcere, introierunt ad
Lydiam: & viſis fratribus, conſolati
ſunt eos, & profecti ſunt.

CAPVT XVII.

A Cvm autem perambulaſſent
Amphipolim & Apollo-
niam, venerunt Theſſalo-
nicam, vbi erat ſynagoga

Iudæorum. Secundum conſuetudi-
nem autem Paulus introiuit ad eos:
& p ſabbata tria diſſerebat eis e ſcri-
pturis, adaperiens & inſinuans quòd
CHRISTVM oportuit pati & re-
ſurgere à mortuis, & quòd hic, eſt
CHRISTVS, IESVS quem ego,
inquit, annũtio vobis. Et quidam ex
eis crediderunt, & adiuncti ſunt Pau
lo & Silæ, & de colentibus gentilibus
multitudo magna, & mulieres nobi-
les non paucæ. Zelantes autẽ Iudæi B
increduli, aſſumentesq; de vulgo vi
ros quoſdam malos, & turba facta,
concitauerunt ciuitatem: & inſiſten-
tes domui Iaſonis, quærebant eos
producere in populum. Et cùm non
inueniſſent eos, trahebant Iaſonem
& quoſdam fratres ad principes ciui
tatis clamantes, Hi qui orbem cõtur
barunt, huc quoq; venerunt: quos oc
culte ſuſcepit Iaſon: & hi omnes con
tra decreta Cæſaris faciũt, regem ali-
um dicentes eſſe, IESVM. Concita-
uerunt autem plebem & principes ci

nitatis audientes hæc. Et accepta ſa-
tiſfactione ab Iaſone & à cæteris, di-
miſerunt eos. Fratres vero, cōfeſtim
per noctem dimiſerūt Paulum & Si-
C lam in Berrhœam. Qui cum veniſ-
ſent, in ſinagogam Iudæorum intro
ierunt. Hi autem erāt nobiliores eo-
rum qui ſunt Theſſalonicæ, qui ſuſce-
perunt verbum cum omni auidita-
te; quotidie ſcrutantes ſcripturas, ſi
hæc ita ſe haberent. Et multi quidem
crediderunt ex eis, & mulierum gen
tilium honeſtarum, & viri nō pauci.
Cum autem cognouiſſent in Theſſa-
lonica Iudæi, quòd & Berrhœæ præ-
dicatum eſt à Paulo verbum dei, ve-
nerunt & illuc; cōmouentes turbas.
Statimq; tunc Paulū emiſerunt fra-
tres, vt iret velut ad mare. Silas autē
D & Timótheus remanſerunt ibi. Qui
autem deducebāt Paulum, perduxe-
runt eū vſque ad Athenas. & accepto
mandato ad Silam & Timótheum vt
quàcelerrime venirent ad ſe: profecti
ſunt. Paulus autem cum Athenis eos

expectaret, incitabatur ſpiritus eius
in ipſo, cum videret idololatriæ de-
ditam ciuitatem. Diſputabat igitur in
ſynagoga cum Iudæis & colentibus,
& in foro per omnes dies cum iis qui
ipſum forte adiiſſent. Quidam autẽ
Epicurei & Stoici philoſophi diſſe-
rebant cum eo: & quidam dicebant,
Quid vult ſeminiuerbius hic dicere?
Alii vero, Nouorum dæmoniorum
videtur annuntiator eſſe. quia IE-
SVM & reſurrectionem annuntia-
bat eis. Et apprehenſum eũ, ad Areo- E
pagum duxerũt, dicentes, Poſſumus
ſcire quæ eſt hæc noua quæ à te dici-
tur, doctrina? noua enim quædam in
fers auribus noſtris. Volumus ergo
ſcire quidnã velint hæc eſſe. Atheniẽ
ſes autem omnes, & qui illic erãt ho
ſpites, ad nihil aliud vacabãt, niſi aut
dicere aut audire aliquid noui. Stans
autẽ Paulus in medio Areopagi, ait,
Viri Athenienſes, per omnia quaſi ſu-
perſtitioſiores vos video. Preteriens
enim & videns ſimulacra veſtra: in-

ueni & aram in qua ſcriptum erat,
IGNOTO DEO. Quem ergo igno
rantes colitis, hunc ego annuntio vo
F bis. Deus qui fecit mũdum & omnia
quæ in eo ſunt, hic cœli & terræ cum
ſit dominus, non in manufactis tem Supra.7.f
plis habitat, nec manibus humanis
colitur, indigẽs aliquo, cum ipſe det
omnibus vitam & inſpirationem per
omnia: fecitq́; ex vno ſanguine om-
ne genus hominũ vt inhabitaret ſu-
per vniuerſam faciem terræ, præfi-
niitq́; ſtatuta tempora, & præfixit ter
minos habitationis eorum, quærere
deum, ſi forte attrectent eum & inue
niant, quamuis non longe ſit ab vno
quoq; noſtrum. In ipſo enim viui-
mus & mouemur & ſumus, ſicut &
quidam veſtrorum poetarum dixe-
runt, Ipſius enim & genus ſumus. Aratus.
Genus ergo cum ſimus dei, non de-
bemus exiſtimare auro & argento, Eſa.40.c
aut lapidi ſculpturæ artis & cogita-
tionis hominis, diuinum eſſe ſimile.
G Et tempora quidem huius ignoran-

tiæ cum diſſimularit deus, nunc an-
nuntiat hominibus, vt omnes vbiq;
pœnitentiam agant, eo quòd ſtatuit
diem in quo iudicaturus eſt orbem
in æquitate in viro in quo decreue-
rat, fide præſtita omnibus, cum ſuſci- B
tauerit eum à mortuis. Cum audiſ-
ſent autem reſurrectionem mortuo-
rum, quidam quidem irridebãt, qui-
dam vero dixerunt, Audiemus te de
hoc iterum. Sic Paulus exiuit de me-
dio eorum. Quidam vero viri adhę-
rentes ei crediderũt: in quibus & Dio
nyſius Areopagita, & mulier nomi-
ne Damaris, & alij cum eis.

CAPVT XVIII.

POſt hæc Paulus digreſſus A
Athenis, venit Corinthũ.
& inueniens quendam Iu
dæum nomine Aquilam,
Ponticum genere, qui nuper venerat
ab Italia, & Priſcillam vxoré eius,
eo quòd præcępiſſet Claudius diſce-
dere omnes Iudæos à Roma: acceſ-
ſit ad eos. Et quia eiuſdem erat artis,

manebat apud eos & operabat᷑. erant
autem ſcenofactoriæ artis. Et diſpu-
tabat in ſynagoga per omne ſabba-
tum, interponens nomẽ domini IE
SV: ſuadebatq; Iudæis & Græcis.
B Cum veniſſent autem de Macedo-
nia Silas & Timótheus, coartabatur
ſpiritu Paulus, teſtificans Iudęis eſſe
CHRISTVM IESVM. Contradi
centibus autem eis & blaſphemanti-
bus, excutiens veſtimenta ſua, dixit
ad eos; Sanguis veſter ſuper caput ve
ſtrum. Mundus ego. ex hoc ad gẽtes
vadã. Et migrans inde, intrauit in do
mum cuiuſdã, nomine Titi Iuſti, co-
lentis deũ, cuius domus erat coniun
C cta ſynagogæ. Criſpus autẽ archiſy-
nagogus credidit domino cum om-
ni domo ſua: & multi Corinthiorũ
audientes credebant, & baptizaban-
tur. Dixit autem dominus nocte per
viſionem Paulo, Noli timere: ſed lo-
quere, & ne taceas: propterea ꝙ ego
ſum tecũ: & nemo adorietur te, vt af
fligat te. quoniam populus eſt mihi

multus in hac ciuitate. Sedit aūtē ibi
annū & ſex menſes, docens apud eos
verbum dei. Gallione autem procon D
ſule Achaiæ, inſurrexerunt vno ani-
mo Iudæi in Paulum, & adduxerūt
eum ad tribunal, dicentes, Contra le
gem hic ſuadet hominib⁹ colere de-
um. Incipiente autem Paulo aperire
os, dixit Gallio ad Iudæos, Si quidē
eſſet iniquum aliquid aut facinus peſ
ſimum, ô viri Iudæi, rectè vos ſuſti-
nerem. ſi vero quęſtiones ſunt de ver
bo & nominibus legis veſtrę, voſipſi
videritis, iudex ego horū nolo eſſe.
Et expulit eos à tribunali. Apprehen
dentes autem omnes Græci Soſthe-
nem principem ſynagogæ, percutie-
bant eum ante tribunal: & nihil eo-
rum Gallioni curæ erat. Paulus ve- E
ro cum adhuc ſuſtinuiſſet dies mul-
tos, fratribus valefaciens, nauigauit
in Syriā, & cum eo Priſcilla & Aqui-
la, qui ſibi totonderat in Cenchreis
caput. habebat enim votum. Deue-
nitq; Epheſum, & illos ibi reliquit.
Ipſe

Ipſe vero ingreſſus ſynagogam, diſputabat cum Iudæis. Rogãtibus autem eis vt ampliori tempore maneret, non conſenſit, ſed valefaciens & dicens, Oportet omnino me feſtum, quod inſtat, agere Hieruſalem: ſed iterum reuertar ad vos, deo volente: profectus eſt ab Epheſo. Et deſcen-
F dens Cæſaream, aſcendit, & ſalutauit eccleſiam: & deſcendit Antiochiã. Et facto ibi aliquanto tempore, profectus eſt, perambulans ex ordine Galatiam regionem & Phrygiam, confirmans omnes diſcipulos. Iudæus autem quidã, Apollos nomine, Alexandrinus genere, vir eloquens, deuenit Epheſum, potens in ſcripturis. Hic erat edoctus viam domini, & feruens ſpiritu, loquebatur & docebat diligenter ea quæ ſunt IESV, ſciens
G tantum baptiſma Ioannis. Hic ergo cœpit fiducialiter agere in ſynagoga. Quẽ cum audiſſent Priſcilla & Aquila, aſſumpſerunt eum, & diligentius expoſuerunt ei viam domini. Cum

autem vellet ire Achaiam, exhortati
fratres, ſcripſerunt diſcipulis, vt ſu-
ſciperent eũ. Qui cum veniſſet, contu
lit multũ his qui crediderant per gra-
tiam. Vehemẽter enim Iudęos reuin
cebat publice, oſtendens per ſcriptu-
ras, eſſe CHRISTVM, IESVM.

CAPVT XIX.

A F Actum eſt autẽ cum Apol-
los eſſet Corinthi, vt Pau-
lus peragratis ſuperiorib9
partibus veniret Epheſum,
& inueniret quoſdam diſcipulos: di-
xitq; ad eos, Si ſpiritum ſanctum ac-
cępiſtis credentes? At illi dixerunt ad
eum, Sed neq; ſi ſpiritus ſanctus eſt,
audiuimus. Ille vero ait, In quo er-
go baptizati eſtis? Qui dixerunt, In
Mat.3.c Ioannis baptiſmate. Dixit autẽ Pau-
lus, Ioãnes baptizauit baptiſmo pœ
nitentiæ, populo dicens, in eum qui
venturus eſſet poſt ipſum, vt crede-
rent, hoc eſt, in IESVM. His audi-
tis, baptizati ſunt in nomine domi-
ni IESV. Et cum impoſuiſſet illis

manus Paulus, venit ſpiritus ſanctus
ſuper eos, & loquebantur linguis, &
prophetabant. Erant autē omnes vi-
ri ferè duodecim. Introgreſſus autē
ſynagogam, cum fiducia loquebatur
per tres menſes, diſputans & ſuadēs
B de regno dei. Cum autem quidā in-
durarentur & non crederent: male-
dicentes viam domini coram mul-
titudine, diſcedens ab eis, ſegregauit
diſcipulos, quotidie diſputās in ſcho
la Tyranni cuiuſdam. Hoc autem fa-
ctum eſt per biennium, ita vt omnes
qui habitabant in Aſia audirent ver-
bum domini, Iudæi atque Gentiles.
Virtutesq; non quaſlibet faciebat de-
us per manum Pauli: ita vt etiam ſu
per languidos deferrentur à corpo-
re eius ſudaria & ſemicinctia, & rece-
debant ab eis languores, & ſpiritus
C nequam egrediebātur. Tentauerunt
autem quidam & de circumeuntibus
Iudęis exorciſtis inuocare ſuper eos
qui habebant ſpiritus malos, nomen
domini IESV, dicentes, Adiuro

Paulus in ſpiritu, tranſita Macedo-
nia & Achaia, ire Hieroſolymam, di-
cens. Poſtquã fuero ibi, oportet me
E & Romam videre. Mittens autem in
Macedoniam duos ex miniſtrãtibus
ſibi Timótheum & Eraſtum, ipſe re-
manſit ad tempus in Aſia. Facta eſt
autem illo tempore turbatio nõ exi-
gua de via domini. Demetrius enim
quidam nomine, argentarius, faciens
ædes argenteas Dianæ, præſtabat ar-
tificibus nõ modicum quæſtũ: quos
cõuocans & eos qui huiuſmodi erãt
opifices, dixit, Viri ſcitis quòd de hoc
artificio eſt nobis acquiſitio: & vide-
tis & auditis quòd non ſolũ Epheſi,
ſed penè totius Aſiæ Paulus hic ſua-
dens auertit multam turbam, dicẽs,
quòd nõ ſunt dij qui manibus fiunt.
Non ſolum autẽ hæc periclitatur no-
bis pars in redargutionẽ venire, ſed
& magnæ Dianæ templum in nihilũ
reputabitur, & deſtrui incipiet maie-
ſtas eius, quam tota Aſia & orbis co-
lit. His auditis, repleti ſunt ira, & ex-

clamauerunt, dicentes, Magna Dia-
na Epheſiorum. Et impleta eſt ciui- F
tas tota confuſione, & impetum fe-
cerũt vno animo in theatrum, rapto
Gaio & Ariſtarcho Macedonibus, co
mitibus Pauli. Paulo autem volen-
te intrare in populum, non permiſe-
runt diſcipuli. Quidam autem & de
Aſię principibus qui erãt amici eius,
miſerunt ad eum, rogantes ne ſe da-
ret in theatrum. Alij autem aliud cla
mabant. Erat enim eccleſia confuſa:
& plures neſciebant qua ex cauſa cõ-
ueniſſent. De turba autem protraxe-
runt Alexandrum, propellentibus eũ
Iudæis. Alexander autem manu ſilẽ
tio poſtulato, volebat reddere ratio-
nem populo. Quẽ vt cognouerũt Iu
dæum eſſe, vox facta vna eſt omniũ
quaſi per horas duas clamãtium, Ma G
gna Diana Epheſiorum. Et cum ſedaſ
ſet ſcriba turbas, dixit, Viri Epheſij,
quis enim eſt hominum qui neſciat
Epheſiorum ciuitatẽ cultricem eſſe
magnæ Dianæ, & à Ioue delapſi ſi-

mulacri? Cũ ergo his contradici non
poſſit, oportet vos ſedatos eſſe, & ni
hil temere agere. Adduxiſtis enim ho
mines iſtos, neque ſacrilegos, neque
blaſphemātes deam veſtram. Quod
ſi Demetrius & qui cum eo ſunt arti-
fices habent aduerſus aliquē cauſam,
conuentus forenſes aguntur, & pro-
a conſules ſunt, accuſent inuicem. Si
quid autem alterius rei quæritis: in
legitima eccleſia poterit abſolui. Nā
& periclitamur argui ſeditionis ho-
diernæ: cum nullus obnoxius ſit de
quo poſſimus reddere rationem con-
curſus iſtius. Et cum hæc dixiſſet, di-
miſit eccleſiam.

CAPVT XX.

A POſtquā autem ceſſauit tu-
multus, vocatis Paulus di-
ſcipulis, & exhortatꝰ eos,
valedixit, & profectus eſt
vt iret in Macedoniam. Cum autem
perambulaſſet partes illas, & exhor-
tatus eos fuiſſet multo ſermone, ve-
nit ad Græciam: vbi cum fuiſſet men

ſes tres, factæ ſunt illi inſidiæ à Iu/
dæis, nauigaturo in Syriã: habuitq́ꝫ
conſilium vt reuerteretur per Mace/
doniam. Comitatus eſt autem eum
vſque ad Aſiam Sopater Berrhœen/
ſis, Theſſalonicenſium vero Ariſtar/
chus, & Secũdus, & Gaius Derbæus,
& Timótheus, Aſiani vero Tychicus
& Trophimus. Hi cum pręceſſiſſent, B
expectarũt nos Troade: nos vero na
uigauimus poſt dies azymorũ à Phi
lippis, & venimus ad eos Troadem
in diebus quinque. vbi demorati ſu/
mus diebus ſeptem. Vna autem ſab/
batorum cum conueniſſemus ad frã
gendum panẽ. Paulus diſſerebat eis
profecturus poſtridie, protraxitq́ꝫ ſer
monem vſque in mediam noctem.
Erant autem lampades multę in cœ/
naculo vbi eramus congregati. Se/
dens autem quidam adoleſcens, no/
mine Eutychus ſuper feneſtram, cum
mergeretur ſomno graui, diſputan/
te diu Paulo, ductus ſomno cecidit
de tertio cœnaculo deorſum, & ſub/

latus eſt mortuus. Ad quem cum de-
ſcendiſſet Paulus, incubuit ſuper eũ:
C & complexus, dixit, Nolite turbari,
anima enim ipſius in ipſo eſt. Aſcen-
dens autem, frangensq́ panem & gu
ſtans, ſatisq́ allocutus vſque in lucẽ,
ſic profectus eſt. Adduxerunt autem
puerum viuentem, & conſolati ſunt
non mediocriter. Nos autem aſcen-
dendentes nauẽ, nauigauimus in Aſ-
ſon, inde ſuſcępturi Paulũ. Sic enim
diſpoſuerat, ipſe per terram iter fa-
cturus. Cum autem conueniſſemus
in Aſſon, aſſumpto eo, venimus Mi-
tylenem. Et inde nauigantes, ſequen-
ti die venimus contra Chium. & alia
die applicuimus Samum: & commo
rati Trogylij, ſequenti die venimus
Miletum. propoſuerat enim Paulus
pręternauigare Epheſum, ne qua mo
E ra illi fieret in Aſia. Feſtinabat enim,
ſi poſſibile ſibi eſſet, vt diem pente-
coſtes faceret Hieroſolymis. A Mile-
to autem mittens Epheſum, vocauit
preſbyteros eccleſię. Qui cum veniſ-

ſent ad eum, & ſimul eſſent, dixit eis,
Vos ſcitis à prima die qua ingreſſus
ſum in Aſiam, qualiter vobiſcum per
omne tempus fuerim, ſeruiens do-
mino cũ omni humilitate & lachry-
mis, & tentationibus quæ mihi acci-
derunt ex inſidijs Iudæorum: quo-
modo nihil ſubtraxerim vobis vti-
lium, quominus annuntiarem vo-
bis & docerem vos publice & per do-
mos, teſtificans Iudæis atque Gen-
tilibus in deum pœnitentiam, & fi-
dem in dominum noſtrum IESVM
CHRISTVM. Et nunc ecce ego al- E
ligatus ſpiritu, vado in Hieruſalem:
quę in ea ventura ſunt mihi, ignorás:
niſi quòd ſpiritus ſanctus per omnes
ciuitates mihi proteſtatur, dicens, ꝙ
vincula & tribulationes Hieroſoly-
mis me manent. Sed nihil horum ve
reor: nec facio animam meam pre-
cioſam mihi, dummodo conſummē
curſum meum cum gaudio, & mini-
ſterium verbi quod accępi à domino
IESV, teſtificari euangelium gratiæ

dei. Et nunc ecce ego ſcio quòd am-
plius non videbitis faciem meā vos
omnes, per quos tranſiui, prædicans
regnum dei. Quapropter conteſtor
vos hodierna die, quòd mūdus ſum
à ſanguine omnium. Non enim ſub-
terfugi, quo minus annuntiarem om
ne conſilium dei vobis. Attendite vo
bis & vniuerſo gregi, in quo vos ſpi-
F ritus ſanctus poſuit epiſcopos rege-
re eccleſiam dei, quam acquiſiuit ſan
guine ſuo. Ego ſcio quòd intrabunt
poſt diſceſſionem meam lupi graues
in vos, non parcentes gregi. Et ex vo
biſipſis exurgent viri loquentes per-
uerſa vt abducant diſcipulos poſt ſe.
Propter quod vigilate, memoria re-
tinentes, quòd per triennium nocte
& die nō ceſſaui cum lachrymis mo-
nere vnumquenq; veſtrum. Et nunc
commendo vos deo & verbo gratię
ipſius, qui potens eſt ædificare, & da-
re vobis hæreditatem inter ſanctifica 1.cor.4.c
G tos omnes. Argentum & aurum, aut 1.theſ.2.b
veſtem nullius cōcupiui. Sed ipſi ſci- 2.theſ.3.b

tiæ cum diſſimularit deus, nunc an-
nuntiat hominibus, vt omnes vbiq;
pœnitentiam agant, eo quòd ſtatuit
diem in quo iudicaturus eſt orbem
in æquitate in viro in quo decreue-
rat, fide præſtita omnibus, cum ſuſci-
tauerit eum à mortuis. Cum audiſ- B
ſent autem reſurrectionem mortuo-
rum, quidam quidem irridebãt, qui-
dam vero dixerunt, Audiemus te de
hoc iterum. Sic Paulus exiuit de me-
dio eorum. Quidam vero viri adhæ-
rentes ei crediderũt: in quibus & Dio
nyſius Areopagita, & mulier nomi-
ne Damaris, & alij cum eis.

CAPVT XVIII.

POſt hæc Paulus digreſſus A
Athenis, venit Corinthũ.
& inueniens quendam Iu
dæum nomine Aquilam,
Ponticum genere, qui nuper venerat
ab Italia, & Priſcillam vxorẽ eius,
eo quòd præcepiſſet Claudius diſce-
dere omnes Iudæos à Roma: acceſ-
ſit ad eos. Et quia eiuſdem erat artis,

manebat apud eos & operabat̃. erant
autem ſcenofactoriæ artis. Et diſpu-
tabat in ſynagoga per omne ſabba-
tum, interponens nomẽ domini IE
SV: ſuadebatq; Iudæis & Græcis.
B Cum veniſſent autem de Macedo-
nia Silas & Timótheus, coartabatur
ſpiritu Paulus, teſtificans Iudęis eſſe
CHRISTVM IESVM. Contradi
centibus autem eis & blaſphemanti-
bus, excutiens veſtimenta ſua, dixit
ad eos, Sanguis veſter ſuper caput ve
ſtrum. Mundus ego. ex hoc ad gẽtes
vadã. Et migrans inde, intrauit in do
mum cuiuſdã, nomine Titi Iuſti, co-
lentis deũ, cuius domus erat coniun
C cta ſynagogæ. Criſpus autẽ archiſy-
nagogus credidit domino cum om-
ni domo ſua: & multi Corinthiorũ
audientes credebant, & baptizaban-
tur. Dixit autem dominus nocte per
viſionem Paulo, Noli timere: ſed lo-
quere, & ne taceas, propterea ꝙ ego
ſum tecũ: & nemo adorietur te, vt af
fligat te. quoniam populus eſt mihi

multus in hac ciuitate. Sedit aūtē ibi
annū & ſex menſes, docens apud eos
verbum dei. Gallione autem procon D
ſule Achaiæ, inſurrexerunt vno ani-
mo Iudæi in Paulum, & adduxerūt
eum ad tribunal, dicentes, Contra le
gem hic ſuadet hominib⁹ colere de-
um. Incipiente autem Paulo aperire
os, dixit Gallio ad Iudæos, Si quidē
eſſet iniquum aliquid aut facinus peſ
ſimum, ô viri Iudæi, rectè vos ſuſti-
nerem. ſi vero quęſtiones ſunt de ver
bo & nominibus legis veſtrę, voſipſi
videritis, iudex ego horū nolo eſſe.
Et expulit eos à tribunali. Apprehen
dentes autem omnes Græci Soſthe-
nem principem ſynagogæ, percutie-
bant eum ante tribunal: & nihil eo-
rum Gallioni curæ erat. Paulus ve- E
ro cum adhuc ſuſtinuiſſet dies mul-
tos, fratribus valefaciens, nauigauit
in Syriā, & cum eo Priſcilla & Aqui-
la, qui ſibi totonderat in Cenchreis
caput. habebat enim votum. Deue-
nitq; Epheſum, & illos ibi reliquit.

Ipſe

Ipſe vero ingreſſus ſynagogam, di/
ſputabat cum Iudæis. Rogãtibus au
tem eis vt ampliori tempore mane/
ret, non conſenſit, ſed valefaciens &
dicens, Oportet omnino me feſtum,
quod inſtat, agere Hieruſalem: ſed
iterum reuertar ad vos, deo volen/
F te: profectus eſt ab Epheſo. Et deſcen
dens Cæſaream, aſcendit, & ſaluta/
uit eccleſiam: & deſcendit Antiochiã.
Et facto ibi aliquanto tempore, pro/
fectus eſt, perambulans ex ordine Ga
latiam regionem & Phrygiam, con/
firmans omnes diſcipulos. Iudæus
autem quidã, Apollos nomine, Ale/
xandrinus genere, vir eloquens, de/
uenit Epheſum, potens in ſcripturis.
Hic erat edoctus viam domini, & fer
uens ſpiritu, loquebatur & docebat
diligenter ea quæ ſunt IESV, ſciens
G tantum baptiſma Ioannis. Hic ergo
cœpit fiducialiter agere in ſynagoga.
Quẽ cum audiſſent Priſcilla & Aqui
la, aſſumpſerunt eum, & diligentius
expoſuerunt ei viam domini. Cum

autem vellet ire Achaiam, exhortati
fratres, ſcripſerunt diſcipulis, vt ſu-
ſciperent eũ. Qui cum veniſſet, contu
lit multũ his qui crediderant per gra-
tiam. Vehemẽter enim Iudęos reuin
cebat publice, oſtendens per ſcriptu-
ras, eſſe CHRISTVM, IESVM.

CAPVT XIX.

A FActum eſt autẽ cum Apol-
los eſſet Corinthi, vt Pau-
lus peragratis ſuperiorib⁹
partibus veniret Epheſum,
& inueniret quoſdam diſcipulos: di-
xitq́; ad eos, Si ſpiritum ſanctum ac-
cępiſtis credentes? At illi dixerunt ad
eum, Sed neq; ſi ſpiritus ſanctus eſt,
audiuimus. Ille vero ait, In quo er-
go baptizati eſtis? Qui dixerunt, In
Mat. 3. c Ioannis baptiſmate. Dixit autẽ Pau-
lus, Ioãnes baptizauit baptiſmo pœ
nitentiæ, populo dicens, in eum qui
venturus eſſet poſt ipſum, vt crede-
rent, hoc eſt, in IESVM. His audi-
tis, baptizati ſunt in nomine domi-
ni IESV. Et cum impoſuiſſet illis

manus Paulus, venit ſpiritus ſanctus
ſuper eos, & loquebantur linguis, &
prophetabant. Erant autē omnes vi-
ri fere duodecim. Introgreſſus autē
ſynagogam, cum fiducia loquebatur
per tres menſes, diſputans & ſuadēs
B de regno dei. Cum autem quidā in-
durarentur & non crederent: male-
dicentes viam domini coram mul-
titudine, diſcedens ab eis, ſegregauit
diſcipulos, quotidie diſputās in ſcho
la Tyranni cuiuſdam. Hoc autem fa-
ctum eſt per biennium, ita vt omnes
qui habitabant in Aſia audirent ver-
bum domini, Iudæi atque Gentiles.
Virtutesq; non quaſlibet faciebat de-
us per manum Pauli: ita vt etiam ſu
per languidos deferrentur à corpo-
re eius ſudaria & ſemicinctia, & rece-
debant ab eis languores, & ſpiritus
C nequam egrediebātur. Tentauerunt
autem quidam & de circumeuntibus
Iudęis exorciſtis inuocare ſuper eos
qui habebant ſpiritus malos, nomen
domini IESV, dicentes, Adiuro

Paulus in ſpiritu, tranſita Macedo-
nia & Achaia, ire Hieroſolymam, di-
cens. Poſtquā fuero ibi, oportet me
E & Romam videre. Mittens autem in
Macedoniam duos ex miniſtrātibus
ſibi Timótheum & Eraſtum, ipſe re-
manſit ad tempus in Aſia. Facta eſt
autem illo tempore turbatio nō exi-
gua de via domini. Demetrius enim
quidam nomine, argentarius, faciens
ædes argenteas Dianæ, præſtabat ar-
tificibus nō modicum quæſtū: quos
cōuocans & eos qui huiuſmodi erāt
opifices, dixit, Viri ſcitis quòd de hoc
artificio eſt nobis acquiſitio: & vide-
tis & auditis quòd non ſolū Epheſi,
ſed penè totius Aſiæ Paulus hic ſua-
dens auertit multam turbam, dicēs,
quòd nō ſunt dij qui manibus fiunt.
Non ſolum autē hæc periclitatur no
bis pars in redargutionē venire, ſed
& magnæ Dianæ templum in nihilū
reputabitur, & deſtrui incipiet maie-
ſtas eius, quam tota Aſia & orbis co-
lit. His auditis, repleti ſunt ira, & ex-

clamauerunt, dicentes, Magna Dia-
na Epheſiorum. Et impleta eſt ciui- F
tas tota confuſione, & impetum fe-
cerũt vno animo in theatrum, rapto
Gaio & Ariſtarcho Macedonibus, co
mitibus Pauli. Paulo autem volen-
te intrare in populum, non permiſe-
runt diſcipuli. Quidam autem & de
Aſię principibus qui erãt amici eius,
miſerunt ad eum, rogantes ne ſe da-
ret in theatrum. Alij autem aliud cla
mabant. Erat enim eccleſia confuſa:
& plures neſciebant qua ex cauſa cõ-
ueniſſent. De turba autem protraxe-
runt Alexandrum, propellentibus eũ
Iudæis. Alexander autem manu ſilẽ
tio poſtulato, volebat reddere ratio-
nem populo. Quẽ vt cognouerũt Iu A
dæum eſſe, vox facta vna eſt omniũ
quaſi per horas duas clamãtium, Ma G
gna Diana Epheſiorum. Et cum ſedaſ
ſet ſcriba turbas, dixit, Viri Epheſij,
quis enim eſt hominum qui neſciat
Epheſiorum ciuitatẽ cultricem eſſe
magnæ Dianæ, & à Ioue delapſi ſi-

mulacri? Cũ ergo his contradici non poſſit, oportet vos ſedatos eſſe, & nihil temere agere. Adduxiſtis enim homines iſtos, neque ſacrilegos, neque blaſphemãtes deam veſtram. Quòd ſi Demetrius & qui cum eo ſunt artifices habent aduerſus aliquẽ cauſam, conuentus forenſes aguntur, & proconſules ſunt, accuſent inuicem. Si quid autem alterius rei quæritis: in legitima eccleſia poterit abſolui. Nã & periclitamur argui ſeditionis hodiernæ: cum nullus obnoxius ſit de quo poſſimus reddere rationem concurſus iſtius. Et cum hæc dixiſſet, dimiſit eccleſiam.

CAPVT XX.

A Poſtquã autem ceſſauit tumultus, vocatis Paulus diſcipulis, & exhortatus eos, valedixit, & profectus eſt vt iret in Macedoniam. Cum autem perambulaſſet partes illas, & exhortatus eos fuiſſet multo ſermone, venit ad Græciam: vbi cum fuiſſet men

ſes tres, factæ ſunt illi inſidiæ à Iu/
dæis, nauigaturo in Syriã: habuitq́ꝫ
conſilium vt reuerteretur per Mace/
doniam. Comitatus eſt autem eum
vſque ad Aſiam Sopater Berrhœen/
ſis, Theſſalonicenſium vero Ariſtar/
chus, & Secũdus, & Gaius Derbæus,
& Timótheus, Aſiani vero Tychicus
& Trophimus. Hi cum pręceſſiſſent, B
expectarũt nos Troade: nos vero na
uigauimus poſt dies ázymorũ à Phi
lippis, & venimus ad eos Troadem
in diebus quinque. vbi demorati ſu/
mus diebus ſeptem. Vna autem ſab/
batorum cum conueniſſemus ad frã
gendum pané. Paulus diſſerebat eis
profecturus poſtridie, protraxitq́ꝫ ſer
monem vſque in mediam noctem.
Erant autem lampades multę in cœ/
naculo vbi eramus congregati. Se/
dens autem quidam adoleſcens, no/
mine Eutychus ſuper feneſtram, cum
mergeretur ſomno graui, diſputan/
te diu Paulo, ductus ſomno cecidit
de tertio cœnaculo deorſum, & ſub/

latus eſt mortuus. Ad quem cum de-
ſcendiſſet Paulus, incubuit ſuper eũ:
C & complexus, dixit, Nolite turbari,
anima enim ipſius in ipſo eſt. Aſcen-
dens autem, frangensq́ꝫ panem & gu
ſtans, ſatisq́ꝫ allocutus vſque in lucē,
ſic profectus eſt. Adduxerunt autem
puerum viuentem, & conſolati ſunt
non mediocriter. Nos autem aſcen-
dendentes nauē, nauigauimus in Aſ-
ſon, inde ſuſcępturi Paulũ. Sic enim
diſpoſuerat, ipſe per terram iter fa-
cturus. Cum autem conueniſſemus
in Aſſon, aſſumpto eo, venimus Mi-
tylenem. Et inde nauigantes, ſequen-
ti die venimus contra Chium. & alia
die applicuimus Samum: & commo
rati Trogylij, ſequenti die venimus
Miletum. propoſuerat enim Paulus
pręternauigare Epheſum, ne qua mo
E ra illi fieret in Aſia. Feſtinabat enim,
ſi poſſibile ſibi eſſet, vt diem pente-
coſtes faceret Hieroſolymis. A Mile-
to autem mittens Epheſum, vocauit
presbyteros eccleſię. Qui cum veniſ-

ſent ad eum, & ſimul eſſent, dixit eis,
Vos ſcitis à prima die qua ingreſſus
ſum in Aſiam, qualiter vobiſcum per
omne tempus fuerim, ſeruiens do-
mino cũ omni humilitate & lachry-
mis, & tentationibus quæ mihi acci-
derunt ex inſidijs Iudæorum: quo-
modo nihil ſubtraxerim vobis vti-
lium, quominus annuntiarem vo-
bis & docerem vos publice & per do
mos, teſtificans Iudæis atque Gen-
tilibus in deum pœnitentiam, & fi-
dem in dominum noſtrum IESVM
CHRISTVM. Et nunc ecce ego al- E
ligatus ſpiritu, vado in Hieruſalem:
quę in ea ventura ſunt mihi, ignorás:
niſi quòd ſpiritus ſanctus per omnes
ciuitates mihi proteſtatur, dicens, ꝙ
vincula & tribulationes Hieroſoly-
mis me manent. Sed nihil horum ve
reor: nec facio animam meam pre-
cioſam mihi, dummodo conſummẽ
curſum meum cum gaudio, & mini-
ſterium verbi quod accępi à domino
IESV, teſtificari euangelium gratiæ

dei. Et nunc ecce ego ſcio quòd am-
plius non videbitis faciem meã vos
omnes, per quos tranſiui, prædicans
regnum dei. Quapropter conteſtor
vos hodierna die, quòd mũdus ſum
à ſanguine omnium. Non enim ſub-
terfugi, quo minus annuntiarem om
ne conſilium dei vobis. Attendite vo
bis & vniuerſo gregi, in quo vos ſpi-
F ritus ſanctus poſuit epiſcopos rege-
re eccleſiam dei, quam acquiſiuit ſan
guine ſuo. Ego ſcio quòd intrabunt
poſt diſceſſionem meam lupi graues
in vos, non parcentes gregi. Et ex vo
biſipſis exurgent viri loquentes per-
uerſa vt abducant diſcipulos poſt ſe.
Propter quod vigilate, memoria re-
tinentes, quòd per triennium nocte
& die nõ ceſſaui cum lachrymis mo-
nere vnumquenq; veſtrum. Et nunc
commendo vos deo & verbo gratię
ipſius, qui potens eſt ædificare, & da-
re vobis hæreditatem inter ſanctifica 1.cor.4.c
G tos omnes. Argentum & aurum, aut 1.theſ.2.b
veſtem nullius cõcupiui. Sed ipſi ſci- 2.theſ.3.b

mus in Syriam, & venimus Tyrum. ibi enim nauis expoſitura erat onus. Inuentis autem diſcipulis, mãſimus ibi diebus ſeptem: qui Paulo dicebãt per ſpiritum, ne aſcenderet Hieroſolymam. Et expletis diebus, profecti ibamus, deducentibus nos omnibus cũ vxoribus & filijs donec exiſſemus ciuitatem: & poſitis genibus in lito-
B re, orauimus. Et cum valefeciſſemus inuicem, aſcendimus nauem, illi autem redierunt in ſua. Nos vero nauigatione expleta, à Tyro deſcẽdimus Ptolemaidam: & ſalutatis fratribus, manſimus die vna apud illos. Poſtri die profecti venimus Cæſaream. Et intrantes domum Philippi euangeliſtæ, qui erat vnus de ſeptem, manſimus apud eum. Huic autem erant quatuor filiæ virgines, prophetantes. Et cum moraremur per dies aliquot, ſuperuenit quidã vir à Iudæa, propheta, nomine Agabus. Is cum veniſſet ad nos, tulit zonam Pauli: & alligans ſibi pedes & manus, dixit,

Supra. 6. b

Hęc dicit ſpiritus ſanctus: virum cu- C
ius eſt zona hęc, ſic alligabunt in Hie
ruſalem Iudæi, & tradent in manus
gentium. Quod cum audiſſemus, ro
gabamus nos & qui loci illius erant,
ne aſcenderet Hieroſolymam. Tunc
reſpondit Paulus, & dixit, Quid fa-
citis flentes & affligentes cor meum?
Ego autem non ſolum alligari, ſed
& mori in Hieruſalem paratus ſum
propter nomen domini IESV. Et
cum ei perſuadere nō poſſemus, quie
uimus, dicentes, Domini voluntas
fiat. Poſt dies autem iſtos præparati,
aſcendebamus in Hieruſalem. Vene-
runt autem quidam ex diſcipulis à
Cęſarea nobiſcum, adducētes ſecum
(apud quem hoſpitaremur) Mnaſō-
nem quendam Cyprium, antiquum
diſcipulum. Et cum veniſſemus Hie
roſolymam, libenter excęperūt nos
fratres. Sequēti autem die, introibat
Paulus nobiſcum ad Iacobum, om-
nesq́ collecti ſunt ſeniores. Quos cū D
ſalutaſſet, narrabat per ſingula, quæ

deus feciſſet in gentibus per miniſte-
rium ipſius. At illi cum audiſſent, glo
rificabant deum, dixeruntq́; ei, Vides
frater quot millia ſunt in Iudæis qui
crediderunt: & omnes æmulatores
ſunt legis. Audierunt autem de te ꝙ
diſceſſionē doceas à Moyſe, eos qui
per gentes ſunt Iudæos, dicens non
debere eos circuncidere filios ſuos,
neque ſecundum conſuetudinem in-
gredi. Quid ergo eſt? Vtique oportet
conuenire multitudinē. audient enī
te ſuperueniſſe. Hoc ergo fac, quod
tibi dicimus. Sunt nobis viri quatu-
or, votum habentes ſuper ſe. His aſ-
ſumptis ſanctifica te cum illis. & im-
pende in illis, vt radant capita: & ſci-
ent omnes quod quæ de te audierūt,
nihil ſunt, ſed ambulas & ipſe cuſto-
E diens legem. De his autem qui credi-
derunt ex gentibus nos ſcripſimus,
iudicantes vt abſtineant ſe ab idôlis
immolato, & ſanguine, & ſuffocato,
& fornicatione. Tunc Paulus aſſum-
ptis viris poſtera die purificatus cum

ad illos. Qui cum vidiſſent tribunũ & milites, ceſſauerunt percutere Paulum. Tunc accedens tribunus apprehendit eum, & iuſſit eum alligari catenis duabus: & iterrogabat quis eſſet, & quid feciſſet. Alij autẽ aliud clamabant in turba. Et cum non poſſet certum cognoſcere præ tumultu, iuſſit
G duci eum in caſtra. Et cũ veniſſet ad gradus, contigit vt portaretur à militibus propter vim populi. Sequebatur enim multitudo populi clamãs, Tolle eum. Et cum cœpiſſet induci in caſtra Paulus, dicit tribuno, Si licet mihi loqui aliquid ad te? Qui dixit ei, Græce noſti? Nónne tu es ille Ægyptius qui ante hos dies tumultũ concitaſti, & eduxiſti in deſertũ quatuor millia virorum ſicariorũ? Et dixit ad eum Paulus, Ego homo ſum quidẽ Iudæus à Tharſo Ciliciæ, non ignotæ ciuitatis municeps. Rogo autem te, permitte mihi loqui ad populum. Et cum ille permiſiſſet, Paulus ſtans in gradibus, annuit manu ad plebem, &

copioſa:& decidens in terram, audi-
ui vocem dicentem mihi, Saul Saul,
quid me perſequeris? Ego autem re-
ſpondi, Quis es domine? Dixitq́; ad
me, Ego ſum IESVS Nazarenus quē
tu perſequeris. Et qui mecum erant,
lumen quidē viderunt & territi ſunt:
vocem autem non audierūt eius qui
C loquebatur mecum. Et dixi, Quid fa-
ciam domine? Dominus autem dixit
ad me, Surgens vade Damaſcū:& ibi
tibi dicetur de omnibus quę te opor-
teat facere. Et cum non viderē prę cla-
ritate luminis illius, ad manum de-
ductus à comitibus, veni Damaſcū.
Ananias autem quidam, vir pius, ſe-
cundum legem, teſtimonium habēs
ab omnibus cohabitantibus Iudæis,
veniens ad me & ſtans, dixit mihi,
D Saul frater, reſpice. & ego eadem ho-
ra reſpexi in eum. At ille dixit, Deus
patrum noſtrorum præordinauit te,
vt cognoſceres voluntatem eius, &
videres iuſtum, & audires vocem ex
ore eius: quia eris teſtis illius ad om-

nes homines, eorum quæ vidiſti & audiſti. Et nunc quid moraris? Exurge & baptizare, & ablue peccata tua inuocato nomine ipſius. Factũ eſt autem cum reuerſus eſſem Hieruſalé, & orarem in templo, vt raperer extra me, & viderem illum dicẽtem mihi, Feſtina, & exi velociter ex Hieruſalé, quoniam non recipient teſtimonium D tuum de me. Et ego dixi, Domine, ipſi E ſciunt ꝙ ego eram concludens in carceré, & cędens per ſynagogas eos qui

Supra.7.g credebãt in te: & cum funderetur ſanguis Stéphani teſtis tui, ego aſtabam & conſentiebam morti eius, & cuſtodiebam veſtimẽta interficientium illum. Et dixit ad me. Vade, quoniam ego in natione longe mittã te. Audiebant auté eum vſq; ad hoc verbum, & leuauerunt vocem ſuam, dicẽtes, Tolle de terra huiuſmodi hominem. non enim fas eſt eum viuere. Vociferantibus autem eis, & proijcientibus F veſtimenta ſua, & puluerem iactãtibus in aerem, iuſſit tribunus induci

eum in caſtra, & flagellis cædi & tor-
queri eum: vt ſciret propter quã cau-
ſam ſic acclamarent ei. Et cum aſtrin-
xiſſet eum loris, aſtanti ſibi centurio-
ni Paulus dixit, Si hominem Roma-
num & indemnatum licet vobis fla-
gellare? Quo audito, centurio acceſſit
ad tribunum, & nuntiauit ei, dicens;
G Quid acturus es? Hic enim homo, ci-
uis Romanus eſt. Accedens autẽ tri-
bunus: dixit illi, Dic mihi, ſi tu Roma
nus es? At ille dixit, Etiam. Et reſpon-
dit tribunus, Ego multa ſumma ciui-
litatem hanc conſecutus ſum. Et Pau
lus ait, Ego autẽ & natus ſum. Proti-
nus ergo diſceſſerũt ab illo, qui eum
torturi erant. Tribunus quoq; timuit
poſtquam reſciuit quòd ciuis Roma-
nus eſſet, & quòd alligaſſet eum. Po-
ſtera autem die, volens ſcire diligen-
tius, qua ex cauſa accuſaretur à Iudę-
is, ſoluit eum, & iuſſit ſacerdotes con
uenire, & omne concilium. & produ
cens Paulum, ſtatuit inter illos.

eſſe reſurrectionẽ mortuorum, neq̨ angelum, neq; ſpiritum: Phariſęi au-
C tem vtraq̨ cõfitentur. Factus eſt autẽ clamor magnus. & exurgentes quidã phariſæorũ, pugnabant dicẽtes, Nihil mali inuenimus in homine iſto. quid ſi ſpiritus locutus eſt ei, aut angelus? Et cum magna diſſenſio facta eſſet, timens tribunus ne diſcerperetur Paulus ab ipſis, iuſſit milites deſcẽdere & rapere eum de medio eorũ, ac deducere eum in caſtra. ſequenti autem nocte, aſſiſtens ei dominus ait, Cõſtans eſto. ſicut enim teſtificatus es de me in Hieruſalem, ſic te oportet & Romæ teſtificari. Facta autem die, collegerunt ſe quidam ex Iudæis, & deuouerunt ſe, dicentes neq; manducaturos, neq; bibituros, donec occide-
D rent Paulum. Erãt autem plus quàm quinquaginta viri, qui hanc coniurationem fecerant: qui acceſſerunt ad principem ſacerdotum & ſeniores & dixerũt, Deuotione deuouimus nos, nihil guſtaturos, donec occidamus

Paulum. Nunc ergo vos notũ facite
tribuno & concilio, vt cras producat
illum ad vos tanq̃ aliquid certius co
gnituri de eo. Nos vero prius q̃ ap/
propinquet, parati ſumus interficere
illum. Cum autem audiſſet filius ſo/
roris Pauli inſidias, venit & intrauit
in caſtra, nuntiauitq́ Paulo. Vocans
autem Paulus ad ſe vnum ex centu/
rionibus, ait, Adoleſcentem hunc duc
ad tribunũ: habet enim aliquid indi/
care illi. Et ille quidẽ aſſumens eum,
duxit ad tribunũ, & ait, Vinctus Pau E
lus rogauit me, hunc adoleſcentem
perducere ad te, habentem aliquid lo
qui tibi. Apprehendens autẽ tribunus
manũ illius, ſeceſſit cum eo ſeorſum,
& interrogauit illum, Quid eſt quod
habes indicare mihi? Ille autẽ dixit,
Iudæis cõuenit rogare te, vt craſtina
die producas Paulum in concilium,
quaſi aliquid certius inquiſituri ſint
de illo. tu vero ne credideris illis. inſi
diãtur enim ei ex eis viri amplius q̃
quadraginta: qui ſe deuouerunt non

manducare neq; bibere, donec inter-
ficiant eum: & nunc parati ſunt, expe
ctantes promiſſum tuum. Tribunus
igitur dimiſit adoleſcētem, pręcipiēs
ei ne cui loqueretur quoniā hæc nota
F ſibi feciſſet. Et vocatis duobus centu
rionibus dixit illis, Parate milites du
centos, vt eant vſq; Cæſareā, & equi-
tes ſeptuaginta, & lancearios ducen-
tos, à tertia hora noctis, & iumenta
præbete, vt imponentes Paulum, ſal
uum perducant ad Felicē præſidem,
ſcriptis literis in hanc formā. CLAV
DIVS Lyſias, optimo pręſidi Felici
ſalutem. Virum hunc cōprehenſum à
Iudæis, & incipientē interfici ab eis,
ſuperueniens cum exercitu, eripui, co
gnito ꝙ Romanus eſſet: volens'q; ſci
re cauſam quā obijciebant illi, deduxi
G eum in concilium eorum. Quem in-
ueni accuſari de quęſtionibus legis ip
ſorum: nullum vero dignum morte
aut vinculis habentē crimen. Et cum
mihi perlatū eſſet de inſidijs quas pa
rauerāt illi, miſi eū ad te, denūtians &

B ne. Ne diutius autem te protraham,
oro, breuiter audias nos pro tua cle-
mentia. Inuenimus hunc hominē pe
ſtiferum & concitantem ſeditionem
omnibus Iudęis in vniuerſo orbe, &
authorem ſeditionis ſectæ Nazareno
rum, qui etiam templū violare cona-
tus eſt, quem & apprehenſum volui-
mus ſecundū legem noſtrā iudicare.
Superueniēs autem tribunus Lyſias,
cum vi magna eripuit eū de manibus
noſtris, iubens accuſatores eius ad te
venire, à quo poteris ipſe iudicās de
omnibus iſtis cognoſcere, de quibus
C nos accuſamus eū. Adiecerunt autem
& Iudęi, dicētes hęc ita ſe habere. Re
ſpondit autē Paulus, annuēte ſibi prę
ſide dicere, Ex multis annis te eſſe iu
dicem genti huic ſciens, bono animo
pro me ſatiſfaciā. Potes enim cogno-
ſcere ꝙ non plures ſunt mihi dies q̃
duodecim, ex quo aſcendi adorare in
Hieruſalē. & neq; in tēplo inuenerūt
me cū aliquo diſputantē aut concur-
ſum faciētē turbæ. neq; in ſynagogis,

neq; in ciuitate. neq; probare poſſunt
tibi de quibus nunc me accuſant. Cō D
fiteor autē hoc tibi, ꝙ ſecundū viam,
quam dicunt hęreſim, ſic deſeruio pa
trio deo meo, credens omnibus quæ
in lege & prophetis ſcripta ſunt: ſpē
habēs in deum, quam & hi ipſi expe-
ctant, reſurrectionem futuram mor-
tuorum iuſtorum & iniquorum. In
hoc & ipſe ſtudeo, ſine offendiculo cō
ſcientiam habere ad deum & ad ho-
mines ſemper. Poſt annos autē plu- E
res, eleemoſynas facturus in gentem
meam veni & oblationes, in quibus
inuenerunt me purificatum in tēplo,
Supra. 21. c non cū turba neq; cum tumultu qui-
dam ex Aſia Iudæi, quos oportebat
apud te pręſto eſſe & accuſare, ſi quid
haberent aduerſum me: aut hi ipſi di
cant ſi quid inuenerunt in me iniqui
tatis, cum ſtem in cōcilio, niſi de vna
Supr. 23. b hac ſolūmodo voce, qua clamaui in-
ter eos ſtans, De reſurrectione mor- F
tuorum ego iudicor hodie à vobis.
Auditis autē his, diſtulit illos Felix,

certiſſime ſciens de via hac, dicens,
Cum tribunus Lyſias deſcenderit, au-
diam vos. Iuſſitq́ꝫ centurioni cuſto-
dire eũ, & habere requiem, nec quen
quã de ſuis prohibere miniſtrare ei,
aut adire eum. Poſt aliquot autẽ dies
veniẽs Felix cum Druſilla vxore ſua,
quæ erat Iudæa, vocauit Paulum, &
audiuit ab eo fidẽ quę eſt in CHRI-
G STVM IESVM. Diſputante autem
illo de iuſtitia & caſtitate & de iudi-
cio futuro, tremefactus Felix, reſpon
dit, Quod nũc attinet, vade: tempore
autem opportuno accerſam te. ſimul
& ſperans quòd pecunia ei daretur à
Pulo, vt ſolueret ipſum, propter q̃d
& frequẽter accerſens eũ, loquebatur
cum eo. Biẽnio autẽ expleto, accępit
ſucceſſorem Felix, Porcium Feſtum.
Volens autẽ gratiam præſtare Iudęis
Felix, reliquit Paulum vinctum.

CAPVT XXV.

A FEſtus ergo cum veniſſet in
prouinciam, poſt triduum
aſcendit Hieroſolymam à

aſcendere, & ibi de his iudicari apud me? Dixit autem Paulus, Ad tribunal Cæſaris ſto, ibi me oportet iudicari. Iudæis non nocui ſicut tu melius noſti. Si enim nocui, aut dignum morte aliquid feci, non recuſo mori. ſi vero nihil eſt eorum de quibus hi accuſant me: nemo poteſt me illis donare. Cæſarem appello. Tunc Feſtus cum conſilio locutus, reſpondit, Cæſarem appellaſti? ad Cęſarem ibis. Et cum dies aliquot tráſacti eſſent, Agrippa rex & Bernice deſcenderunt Cæſareā ad ſa-

D lutādum Feſtum. Et cum dies plures ibi morarentur: Feſtus regi indicauit de Paulo, dicens, Vir quidam eſt derelictus à Felice vinctus, de quo cum eſſem Hieroſolymis, adierūt me principes ſacerdotū & ſeniores Iudæorū poſtulantes aduerſus illū dānationē. Ad quos reſpondi, Quòd non eſt Romanis conſuetudo ob gratiā donare aliquem hominē vt pereat prius q̄ꝫ is qui accuſat, præſentes habeat accuſatores, locumq́ꝫ defendēdi accipiat ad

abluenda crimina quę ei obijciuntur. Cum ergo huc cõueniſſent, ſine vlla E
dilatione, in ſequenti die ſedens pro tribunali, iuſſi adduci virum. De quo, cum ſtetiſſent accuſatores, nullũ crimen intẽdebant ſuper hiſce rebus: de quibus ego ſuſpicabar: quęſtiones vero quaſdam de ſua ſuperſtitione habebant aduerſus eũ, & de quodã IESV defuncto, quẽ affirmabat Paulus viuere. Hæſitans autem ego de huiuſmodi quęſtione, dicebam, ſi vellet ire Hieroſolymã, & ibi iudicari de iſtis.
Paulo autem appellãte vt ſeruaretur F
Auguſti cognitioni, iuſſi ſeruari eum, donec mitterẽ eum ad Cæſarẽ. Agrippa autem dixit ad Feſtum, Volebam & ipſe hominẽ audire. Cras (inquit) audies eum. Poſtero autem die cum veniſſent Agrippa & Bernice cũ multa ambitione, & introiſſent in auditorium cum tribunis & viris principalibus ciuitatis, iubente Feſto, adductus eſt Paulus. Et dicit Feſtus, Agrip G
pa rex, & omnes qui ſimul adeſtis nobiſcum

biſcum viri, videtis hunc hominem, de quo omnis multitudo Iudęorum interpellauit me Hieroſolymis, petẽtes & acclamantes, nõ oportere eum viuere amplius. Ego vero comperi, nihil dignum morte eum admiſiſſe. Ipſo autem hoc appellante ad Auguſtum, judicaui mittere. De quo quid certum ſcribam domino, non habeo. Propter quod perduxi eum ad vos, & maxime ad te rex Agrippa, vt interrogatione facta, habeam quod ſcribam. Sine ratione enim mihi videtur, mittere vinctum, & cauſas eius non ſignificare.

CAPVT XXVI.

A Agrippa vero ad Paulũ ait, Permittitur tibi loqui pro temetipſo. Tũc Paulus extenta manu, cœpit rationẽ reddere. De omnibus quibus accuſor à Iudæis rex Agrippa, exiſtimo me beatum, apud te cum ſim defenſurus me hodie, maxime te ſciente omnes quæ apud Iudæos ſunt, conſuetudi-

nes & quæſtiones. propter quod ob/
ſecro, patiēter me audias. Et quidem
vitam meam à iuuentute, quę ab ini
tio fuit in gēte mea in Hieroſolymis,
nouerunt omnes Iudæi: præſcientes D
me ab initio (ſi velint teſtimonium B
perhibere) quòd ſecūdum certiſſimā
ſectam noſtræ religionis, vixi Phari/
ſæus. Et nunc de ſpe quę ad patres no
ſtros repromiſſionis facta eſt à deo,
ſto iudicio ſubiectus, in quam duode
cim tribus noſtræ inſtanter nocte &
die deſeruientes, ſperant deuenire. De
qua ſpe accuſor à Iudæis, rex. Quid
incredibile iudicatur apud vos, ſi de⁹
mortuos ſuſcitat? Et ego quidem æſti C
mauerā me aduerſus nomen IESV
Nazareni debere multa cōtraria age/
Supra.8.a re: quod & feci Hieroſolymis. & mul
tos ſanctorum ego in carceribus in/ E
cluſi à principibus ſacerdotum pote
ſtate accępta: & cum occiderētur, de/
tuli ſententiam. Et per omnes ſyna/
gogas frequenter puniens eos, com/
pellebā blaſphemare: & amplius in/

ſaniens in eos,perſequebar vſq; in ex
teras ciuitates. In quibus dum irem
Damaſcum cum poteſtate & permiſ-
D ſu principum ſacerdotum,die media,
in via vidi, rex,de cœlo ſupra ſplen-
dorem ſolis circũfulſiſſe me lumẽ &
eos qui mecum ſimul erãt. Omneſq;
nos cum decidiſſemus in terram,au-
diui vocem loquentẽ mihi Hebraica
lingua,Saul,Saul,quid me perſeque-
ris?Durum eſt tibi contra ſtimulũ cal
citrare. Ego autem dixi, Quis es do-
mine?Dominus autẽ dixit, Ego ſum
IESVS, quem tu perſequeris. Sed
exurge & ſta ſuper pedes tuos. Ad
hoc enim apparui tibi, vt cõſtituam
te miniſtrum & teſtem eorum quę vi
diſti,& eorũ in quibus apparebo tibi,
E eripiens te de populo & gentibus, in
quas nunc ego mitto te aperire ocu-
los eorum: vt cõuertantur à tenebris
ad lucem, & de poteſtate ſatanæ ad
deum: vt accipiant remiſſionem pec-
catorum, & ſortem inter ſanctos per
fidem,quæ eſt in me. Vnde,rex Agrip

pa, non ſui incredulus cœleſti viſio-
ni: ſed his qui ſunt Damaſci primum,
& Hieroſolymis & in omnem regio-
nem Iudeę, & gentibus annuntiabã,
Sup. 13. 14 vt pœnitentiam agerent, & cõuerte-
rentur ad deũ, digna pœnitentię ope
ra facientes. Hac ex cauſa me Iudæi F
cum eſſem in templo comprehẽſum
tentabant interficere. Auxilio autem
Supra. 21. e adiutus dei, vſq; in hodiernum diem
ſto, teſtificans minori atq; maiori, ni-
hil aliud dicens quàm ea quę prophe
tæ locuti ſunt futura eſſe, & Moyſes,
ſi paſſibilis CHRISTVS, ſi primus
ex reſurrectione mortuorum lumen
annuntiaturus eſt populo & gẽtibus.
Hæc loquente eo & rationem reddẽ A
re, Feſtus magna voce dixit, Inſanis
Paule, multæ te literæ ad inſaniã con
uertunt. Et Paulus, Non inſanio (in-
quit) optime Feſte: ſed veritatis & ſo
brietatis verba loquor. Scit enim de
his rex, ad quem conſtanter loquor.
Latêre enim eum nihil horum arbi- G
tror. Neq; enim in angulo quicquam

horum geſtum eſt. Credis rex Agrippa prophetis? Scio ꝙ credis. Agrippa autem ad Paulum, In modico ſuades me Chriſtianum fieri. Et Paulus, Opto apud deum & in modico, & in magno: nō tantum te, ſed etiam omnes qui audiūt hodie, fieri tales, qualis & ego ſum, exceptis vinculis his. Et exurrexit rex & præſes & Bernice & qui aſſidebant eis. Et cū ſeceſſiſſent, loquebantur adinuicē, dicentes, Nihil morte aut vinculis dignum quid, fecit homo iſte. Agrippa autē Feſto dixit, Dimitti poterat homo hic, ſi non appellaſſet Cæſarem.

CAPVT XXVII.

A VT autem iudicatum eſt vt nauigaremus in Italiā, tradiderunt Paulum cum reliquis cuſtodijs centurioni nomine Iulio, cohortis Auguſtæ. Aſcendentes autem nauem Adrumetinam incipientem nauigare circa Aſię loca, ſuſtulimus, perſeuerante nobiſcum Ariſtarcho Macedone Theſſalo

nicenſi. Sequenti autem die venimus
Sidonem. Humane auté tractans Iu
lius Paulum, permiſit ad amicos ire,
& curam ſui agere. Et inde cum ſuſtu
liſſemus, ſubnauigauimus Cyprum:
propterea quòd eſſent venti cõtrarij.
Et pelagus Ciliciæ & Pamphyliæ na
uigantes, venimus Myram, quæ eſt
Lyciæ: & ibi inueniens centurio na-
uem Alexandrinam, nauigantem in
Italiam, trãſpoſuit nos in eam. Et cũ B
multis diebus tarde nauigaremus &
vix deueniſſemus contra Gnidũ, pro-
hibente nos vento, adnauigauimus
Cretæ iuxta Salmonem: & vix iuxta
nauigantes, venimus in locum quen
dam qui vocatur Boni portus, cui iu
xta erat ciuitas Laſæa. Multo autem
tempore peracto, & cũ iam non eſſet
tuta nauigatio, ob id quoq; quòd iã
vltra tempus ſuſtinuiſſent inediam,
hortabatur eos Paulus, dicens eis, Vi
ri, video quòd cum iniuria & multo D
damno, non ſolum oneris & nauis,
ſed etiam animarum noſtrarum inci-

pit eſſe nauigatio. Centurio autē gu-
bernatori & nauclero magis crede-
bat, quàm his quæ à Paulo diceban-
C tur. Et cum aptus portus non eſſet ad
hyemandum, plurimi ſtatuerunt con
ſiliū nauigare inde, ſi quo modo poſ-
ſent deuenientes Phœnicen, illic hye
mare. Is eſt portus Cretæ, reſpiciens
ad Africum & ad Chorum. Aſpiran-
te autem Auſtro exiſtimantes propo
ſitum ſe tenere, cū ſuſtuliſſent de Aſ-
ſon, legebant Cretam. Non poſt mul
tum autem miſit ſe contra ipſam vē-
tus Typhonicus, qui vocatur Euro-
aquilo. Cumq; arrepta eſſet nauis, &
non poſſet conari in ventum, data na
ue flatibus ferebamur. In inſulam au
tem quandam decurrentes quę voca
tur Clauda, potuimus vix obtinere
ſcapham. Qua ſublata, adiutorijs vte
bantur, accingentes nauem, timentes
ne in Syrtim inciderent; ſubmiſſo va
D ſe, ſic ferebantur. Valida autem nobis
tempeſtate iactatis, ſequenti die iactū
fecerunt: & tertia die ſuis manibus ar

mamenta nauis proiecerunt. Neque autem ſole,neq; ſideribus apparentibus per plures dies,& tempeſtate nõ exigua iminente,iam ablata erat ſpes omnis ſalutis noſtræ. Et cum multa ieiunatio fuiſſet,tunc ſtans Paulus in medio eorum,dixit, Oportebat quidem,ô viri, audito me non tollere à Creta,lucriq; facere iniuriam hāc, & iacturam. Et nūc ſuadeo vobis bono animo eſſe,amiſſio enim nullius animæ erit ex nobis,pręterquam nauis. Aſtitit enim mihi hac nocte angelus dei cuius ſum ego,& cui deſeruio,dicens,Ne timeas Paule,Cęſari te oportet aſſiſtere: & ecce donauit tibi deus E omnes qui nauigant tecum. Propter quod, bono animo eſtote viri. credo enim deo qꝫ ſic erit quemadmodum dictum eſt mihi. In inſulam autem quandam oportet nos deuenire. Sed poſteaquā quartadecima nox ſuperuenit, nauigātibus nobis in Adria circa mediam noctē ſuſpicabātur nautę apparere ſibi aliquā regionem. Qui

& ſubmittentes bolidem, inuenerũt
paſſus viginti. & puſillum inde ſepa-
rati, inuenerũt paſſus quindecim. Ti-
mentes autem ne in aſpera loca inci-
deremus, de puppi mittentes anco-
ras quatuor, optabãt diem fieri. Nau-
tis vero quærentibus fugere de naui,
cum miſiſſent ſcapham in mare, ſub
prętextu quaſi inciperent à prora an-
coras extendere, dixit Paulus centu-
rioni & militibus, Niſi hi in naui mã-
F ſerint, vos ſalui fieri non poteſtis. Tũc
abſciderunt milites funes ſcaphæ: &
paſſi ſunt eam excidere. Et cũ lux inci
peret fieri, rogabat Paulus omnes ſu
mere cibũ, dicens, Quartadecima die
hodie expectãtes ieiuni permanetis,
nihil accipientes. Propter quod rogo
vos accipere cibum pro ſalute veſtra:
quia nullius veſtrum capillus de ca-
pite peribit. Et cum hæc dixiſſet, ſu-
mens panem gratias egit deo in con-
ſpectu omnium: & cum fregiſſet, cœ-
pit mãducare. Animæquiores autem
facti omnes, & ipſi ſumpſerunt cibũ.

Eramus vero vniuerſæ animæ in na-
ui ducentæ ſeptuagintaſex. Et ſatiati
cibo alleuiabant nauem, iactantes tri
ticum in mare. Cum autē dies factus G
eſſet, terram non agnoſcebant: ſinum
vero quendam conſiderabant haben
tem litus, in quod cogitabant (ſi poſ-
ſent) eijcere nauem. Et cum ancoras
ſuſtuliſſent, committebāt ſe mari, ſi-
mul laxātes iuncturas gubernaculo-
rum. & leuato artemone ſecundum
auræ flatum, tendebant ad litus. Et cū
incidiſſemus in locum dithalaſſum,
impegerunt nauem. & prora quidem
fixa, manebat immobilis. puppis ve-
ro ſoluebatur à vi maris. Militum au
tem conſilium fuit vt vinctos occide
rent, ne quis cum enataſſet, effugeret.
Centurio autem volens ſeruare Pau
lum, prohibuit fieri, iuſſitq; eos qui
poſſent natare, emittere ſe primos, &
euadere, & ad terrā exire: & cæteros,
alios in tabulis, quoſdā, ſuper ea quæ
de naui erant. Et ſic factum eſt vt om
nes animæ euaderent ad terram.

CAPVT XXVIII.

A ET cum euaſiſſemus, tūc cognouimus ꝙ Melite, inſula vocabatur. Barbari vero præſtabant non modicam humanitatē nobis. Accenſa enim pyra, recipiebāt nos omnes: propter imbrem qui imminebat & frigus. Cum congregaſſet autem Paulus ſarmentorum aliquantam multitudinem, & impoſuiſſet ſuper ignem, vipera à calore cum proceſſiſſet, inuaſit manum eius. Vt vero viderunt Barbari pendentem beſtiam de manu eius, adin-
B uicem dicebāt, Vtiqȝ homicida eſt homo hic, qui cum euaſerit de mari, vltio non ſinit eum viuere. Et ille quidem excutiens beſtiam in ignem, nihil mali paſſus eſt. At illi exiſtimabāt eum in tumorem conuertendum. &
C ſubito caſurum, & mori. Diu autem illis expectantibus, & videntibus nihil mali in eo fieri, conuertentes ſe, dicebant eum eſſe deum. In locis autē illis erant prædia principis inſulę, nō

mine Publij, qui nos ſuſcipiens, tri/
duo benigne habuit. Contigit autem
patrem Publij febribus, & dyſenteria
vexatum iacere. Ad quem Paulus in/
trauit: & cum oraſſet & impoſuiſſet
ei manus, ſanauit eũ. Quo facto, om- C
nes qui in inſula habebant infirmita/
tes, accedebãt, & curabantur: qui etiã
multis honoribus nos honorauerũt,
& nauigantibus impoſuerũt quæ ne
ceſſaria erant. Poſt mẽſes autem tres,
nauigauimus in naui Alexandrina,
quę in inſula hyemauerat, cui erat in/
ſigne Cáſtorum. Et cum veniſſemus E
Syracuſas, mãſimus ibi triduo. Inde
circũlegentes, deuenimus Rhegium:
& poſt vnum diem flante Auſtro, ſe/
cunda die venimus Puteolos. vbi in/
uentis fratribus, rogati ſumus mane/
re apud eos dies ſeptem, & ſic veni/
mus Romam. Et indę cum audiſſent D
fratres, occurrerũt nobis vſq; ad Ap/
pij forum, ac tres Tabernas. Quos cũ
vidiſſet Paulus, gratias agens deo, ac/
cępit fiduciam. Cum autem veniſſe/

mus Romam, centurio tradidit vin-
ctos principi exercit⁹. Permiſſum eſt
autẽ Paulo permanere ſibimet cum
cuſtodiente ſe milite. Poſt tertiũ au-
tem diem, cõuocauit primos Iudęo-
rum. Cumq́ꝫ veniſſent, dicebat eis,
Ego viri fratres, nihil aduerſus plebẽ
faciens, aut morem paternum, vin-
ctus ab Hieroſolymis traditus ſum
in manus Romanorum. qui cum in-
terrogationem de me habuiſſent, vo
luerunt me dimittere, eo quòd nulla
E eſſet cauſa mortis in me. Contradicẽ
tibus autem Iudæis, coactus ſum ap
pellare Cæſarem: non quaſi gentem
meam habeam in quo accuſem. Pro-
pter hãc igitur cauſam rogaui vos vi
dere & alloqui. Propter ſpem enim
Iſraęl, catena hac circũdatus ſum. At
illi dixerunt ad eum, Nos neque lite-
ras accępimus de te à Iudæa, neque
adueniens aliquis fratrum nuntiauit,
aut locutus eſt quid de te malum. Ro
gamus autem à te audire quæ ſentis:
nam de ſecta hac notum eſt nobis ꝗ

vbiq; ei contradicitur. Cum conſti/ F
tuiſſent autem illi diem, venerunt ad
eum in hoſpitiū plurimi: quibus ex/
ponebat teſtificans regnum dei, ſua/
densq; eis de IESV ex lege Moyſi
& prophetis, à mane vſque ad veſpe/
ram. Et quidam credebant his quæ di
cebantur: quidā vero non credebant.
Cumq; inuicē non eſſent conſentien
tes, diſcedebant, dicente Paulo vnum
verbum, Bene ſpiritus ſanctus locu/
tus eſt per Eſaiam prophetam ad pa/
tres noſtros, dicēs, Vade ad populum
Eſa.6.c iſtum, & dic, Aure audietis & non in/
Mat.13.b telligetis, & videntes videbitis, & nō
Mar.4.b perſpicietis. Incraſſatū eſt enim cor G
Luc.8.f populi huius, & auribus grauiter au/
Ioan.12.f dierunt & oculos ſuos cōpreſſerunt,
Rom.11.b ne quando videant oculis, & au r.bus
audiant, & corde intelligant, & con/
uertātur, & ſanem eos. Notum ergo
ſit vobis quòd gentibus miſſum eſt
hoc ſalutare dei, & ipſi audient. Et cū
hæc dixiſſet, exierūt ab eo Iudęi, mul
tam habētes inter ſe quæſtionē. Man

ſit autem biennio toto in ſuo condu/
cto. & ſuſcipiebat omnes qui ingre/
diebātur ad eum, prædicans regnum
dei, & docens quæ ſunt de domino
IESV CHRISTO, cum omni fi/
ducia, ſine prohibitione.

ACTORVM APOSTO/
LORVM, FINIS.

PAVLI APOSTOLI EPISTOLÆ.

Ad Romanos
Ad Corinthios II
Ad Galatas
Ad Epheſios
Ad Philippenſes
Ad Coloſſenſes
Ad Theſſalonicenſes II
Ad Timótheum II
Ad Titum
Ad Philemonem
Ad Hebræos

EPISTOLÆ CATHOLICÆ.

Iacôbi
Petri II
Ioannis III
Iudæ

APOCALYPSIS BEATI IOANNIS.

HIERONYMVS IN CAtalogo ſcriptorum eccleſiaſticorum.

PAulus apoſtolus, qui antè Saulus, extra numerũ duodecim apoſtolorũ, de tribu Beniamin & oppido Iudææ Giſchalis fuit: quo à Romanis capto, cum parẽtibus ſuis Tharſum Ciliciæ cõmigrauit. à quibus ob ſtudia legis miſſus Hieroſolymam, à Gamaliele viro doctiſſimo, cuius Lucas meminit, eruditus eſt. Cum autem interfuiſſet neci martyris Stéphani, & acceptis à pontifice templi, epiſtolis, ad perſequẽdos eos qui CHRISTO crediderãt, Damaſcum pergeret, reuelatione cõpulſus ad fidem, quæ in actibus apoſtolorũ ſcribitur, in vas electionis de perſecutore trãſlatus eſt. Cumq́; primum ad prędicationem eius Sergius Paulus proconſul Cypri credidiſſet, ab eo quòd eum CHRISTI fidei ſubegerat ſortitus eſt nomen Paulus & iun

ĉto ſibi Barnaba, multis vrbibus pera gratis, reuertensq́ꝫ Hieroſolymam, à Petro Iacoboq́ꝫ & Ioanne gentium apoſtolus ordinatur. Et quia in acti/ bus apoſtolorum pleniſſime de eius conuerſatione ſcriptum eſt, hoc tantũ dicam quòd poſt paſſionem domini viceſimoquinto anno, id eſt ſecundo Neronis, eo tẽpore quo Feſtus pro/ curator Iudęę ſucceſſit Felici, Romã vinctus mittitur, & biennium in libe ra manẽs cuſtodia, aduerſus Iudæos de aduentu CHRISTI quotidie di ſputauit. Sciendum autem in prima ſatiſfactione, necdum Neronis impe/ rio roborato, nec in tantã erumpente ſcelera, quanta de eo narrant hiſtorię, Paulum à Nerone dimiſſum, vt euã/ gelium CHRISTI, in occidentis quoq́ꝫ partibus prædicaret, ſicut ipſe ſcribit in ſecunda epiſtola ad Timó/ theum, eo tempore quo & paſſus eſt, de vinculis dictat epiſtolã, In prima meã ſatiſfactione, nemo mihi affuit, ſed omnes me dereliquerunt: non eis

imputetur. Dominus autem mihi aſ-
fuit & confortauit me, vt per me præ
dicatio compleretur, & audirent om
nes gẽtes, & liberatus ſum de ore leo
nis. Manifeſtiſſime leonem propter
crudelitatem, Neronem ſignificãs. Et
in ſequentibus, Liberatus ſum de ore
leonis. Et ſtatim, Liberauit me domi
nus ab omni opere malo, & ſaluauit
me in regnum ſuum cœleſte. quòd ſci
licet pręſens ſibi ſentiret īminere mar
tyrium. Nam & in eadẽ epiſtola præ-
miſerat, Ego enim iam immolor, &
tempus reſolutionis meæ inſtat. Hic
ergo decimoquarto Neronis anno,
eodem die quo Petrus, Romæ pro
CHRISTO, capite truncatus ſepul-
tusq́; eſt in via Oſtienſi, anno poſt paſ
ſionẽ domini triceſimoſeptimo. Scri
pſit autem decem ad ſeptem eccleſias
epiſtolas, ad Romanos vnam, ad Co
rinthios duas, ad Galatas vnam, ad
Epheſios vnã, ad Philippenſes vnam,
ad Coloſſenſes vnam, ad Theſſaloni
cenſes duas. Præterea ad diſcipulos

ſuos, Timótheo duas, Tito vnã, Phi-
lemoni vnam. Epiſtola autē quæ fer-
tur ad Hebræos, non eius creditur,
propter ſtili ſermonisq; diſtantiã. ſed
vel Barnabæ iuxta Tertullianum, vel
Lucę euangeliſtę iuxta quoſdam: vel
Clementis, Romanæ poſtea eccleſiæ
epiſcopi, quem aiunt ſententias Pau-
li proprio ordinaſſe & ornaſſe ſermo
ne. vel certe quia Paulus ſcribebat ad
Hebræos, & propter inuidiã ſui apud
eos nominis, titulum in principio ſa
lutationis amputauerat. Scripſerat,
vt Hebræus Hebræis Hebraice, id eſt
ſuo eloquio diſertiſſime, vt ea quę e-
loquenter ſcripta fuerant in Hebræo,
eloquentius verterentur in Gręcum.
& hanc cauſam eſſe, ꝙ à cęteris Pauli
epiſtolis diſcrepare videatur. Legunt
quidam & ad Laodicenſes, ſed ab om
nibus exploditur.

EPISTOLA PAVLI APOSTOLI AD ROMANOS.

A PAulus ſeruus IESV CHRISTI, vocatꝰ apoſtolus, ſegregatꝰ in euãgeliũ dei quod ante promiſerat per ꝓphetas ſuos in ſcripturis ſanctis de filio ſuo, qui factus eſt ex ſemine Dauid ſecundũ carnem, qui definitus eſt filius dei in virtute ſecundum ſpiritũ ſanctificationis, ex reſurrectione mortuorũ IESV CHRISTI domini noſtri, per quẽ accepimus gratiã & apoſtolatũ ad obediendum fidei in omnibus gẽtibus pro nomine eius, in quibꝰ eſtis & vos vocati IESV CHRISTI, oĩbus qui ſunt Romę dilectis dei, vocatis ſanctis, gratia vobis & pax à deo patre noſtro & domino IESV CHRISTO. Primũ quidem gratias ago deo meo per IE

SVM CHRISTVM pro omnibus
vobis, quòd fides veſtra annuntiatur
in vniuerſo mūdo. Teſtis enim mihi B
eſt deus, cui ſeruio in ſpiritu meo in
euangelio filij eius: quòd ſine inter-
miſſione memoriam veſtri facio, ſem
per in orationibus meis obſecrans ſi
quo modo tandem aliquādo proſpe
rum iter habeam in voluntate dei, ve
niendi ad vos. Deſidero enim videre
vos, vt aliquod impertiar vobis do-
num ſpirituale, ad confirmādos vos:
id eſt vt ſimul capiam cōſolationem
in vobis per eam quæ inuicem eſt; fi-
dem veſtram atq; meam. Nolo autē
vos ignorare fratres ꝙ ſæpe propo-
ſui venire ad vos (& prohibitus ſum
vſq; adhuc) vt aliquem fructum ha-
beā & in vobis, ſicut & in cęteris gen
tibus. Græcis ac barbaris, ſapientibus,
& inſipientibus debitor ſum: ita quā-
tum in me eſt, paratus ſum, & vobis
qui Romæ eſtis, euangelizare. Non
enim erubeſco euangelium CHRI-
STI. Virtus enim dei eſt, in ſalutem

omni credenti: Iudæo primũ & Græ
co. Iuſtitia enim dei in eo reuelatur
ex fide in fidẽ: ſicut ſcriptũ eſt, Iuſtus Abac. 2.a
C autem ex fide viuet. Reuelatur enim Hebr. 10.g
ira dei de cœlo ſuper omnem impie- Gala. 3.b
tatem & iniuſtitiam hominũ eorum
qui veritatem in iniuſtitia detinent.
quia quod notum eſt dei, manifeſtũ
eſt in illis. deus enim illis manifeſta-
uit. Inuiſibilia enim ipſius: à creatura
mundi, per ea quæ facta ſunt intel-
lecta, conſpiciuntur: ſempiternáque
eius virtus & diuinitas, in hoc vt ſint
inexcuſabiles, quod cũ cognouiſſent
deum: non ſicut deum glorificauerũt
aut gratias egerunt, ſed euanuerũt in Ephe. 4.c
cogitationibus ſuis, & obſcuratũ eſt
inſipiens cor eorũ. dicentes ſe eſſe ſa-
pientes, ſtulti facti ſunt. Et mutaue-
runt gloriam incorruptibilis dei, in
ſimilitudine imaginis corruptibilis
hominis, & volucrum & quadrupe-
dum, & ſerpẽtium. Propter quod tra
didit illos deus in deſiderijs cordiũ
ſuorum in immunditiam: vt ignomi

nia afficiant corpora ſua inter ſeſe.qui
cõmutauerunt veritatem dei in men
dacio:& coluerunt & ſeruierunt crea
turæ potius quàm creatori,qui eſt be
nedictus in ſecula. Amen. Propterea D
tradidit illos deus in paſſiones igno/
miniæ. Nam & fœminæ eorum im/
mutauerũt naturalem vſum, in eum
vſum qui eſt contra naturam.Simili/
ter autem & maſculi, relicto naturali
vſu fœminæ, exarſerunt in deſiderijs
ſuis,inuicẽ, maſculi in maſculos tur/
pitudinem operantes, & mercedem
(quam oportuit)erroris ſui in ſemet
ipſis recipientes. Et ſicut non proba/
uerunt deum habere in notitia:tradi/
dit illos deus in reprobum ſenſum,
vt faciant ea quæ non conueniunt,re
pletos omni iniquitate,malitia,forni
catione,auaritia,nequitia, plenos in/
uidia, homicidio, cõtentione, dolo,
malis moribus,ſuſurrones,detracto/
res,dei oſores,contumelioſos,ſuper/
bos,elatos,inuentores malorum,pa/
rentibus non obedientes,inſipientes,

incompoſitos, ſine affectione, abſque fœdere, ſine miſericordia. Qui cũ iuſtitiã dei cognouiſſent, quòd qui talia agunt, digni ſunt morte: nõ ſolũ ea faciunt, ſed etiã conſentiunt faciẽtibus.

CAPVT II.

A PRopter quod inexcuſabilis es ô homo omnis qui iudicas. In quo enim iudicas alterum, teipſum condemnas, eadem enim agis tu qui iudicas. Scimus autẽ quòd iudicium dei eſt ſecundum veritatem, in eos qui talia agunt. Exiſtimas autem hoc ô homo qui iudicas eos qui talia agunt & facis ea: quòd tu effugies iudiciũ dei? An diuitias bonitatis eius & patiẽtię & longanimitatis contẽnis, ignorans quòd benignitas dei ad pœnitẽtiam te ducit? Secundũm autem duritiam tuam & impœnitens cor, theſaurizas tibijpſi iram in die irę & reuelationis

B & iuſti iudicij dei, qui reddet vnicuiq; ſecundum opera ſua. ijs quidẽ qui ſecundum patientiam boni operis, glo-

Mat. 7.

Mat. 16. d

riam & honorem & incorruptionem
quærunt: vitam æternam. ijs autem
qui ſunt ex cōtentione, & qui non ac-
quieſcunt veritati, credunt autem ini
quitati: ira & indignatio, tribulatio &
anguſtia, in omnem animam, homi-
nis operātis malum, Iudæi primum
& Greci: Gloria autē & honor & pax,
omni operanti bonum, Iudæo pri-
Deut.10.d mum & Greco. Nō enim eſt accęptio
2.Par.19.c perſonarum apud deum. Quicunq;
Iob.37.b enim ſine lege peccauerunt: ſine lege
Act.10.c & peribunt. & quicunq; in lege pecca
Mat.7.d uerunt: per legem iudicabuntur. Non D
Iacob.1.d enim auditores legis iuſti ſunt apud
deū: ſed factores legis iuſtificabūtur.
Cum enim gentes quę legem nō ha- C
bent, naturaliter ea quę legis ſunt fa-
ciunt: ij legem non habentes, ſibijpſis,
ſunt lex: qui oſtendūt opus legis ſcri-
ptum in cordibus ſuis, teſtimonium
reddente conſcientia ipſorum, & in-
ter ſe inuicem cogitationibus accu-
ſantibus aut etiam defendentibus, in
die cum iudicabit deus occulta homi

num ſecundum euangelium meum per IESVM CHRISTVM. Ecce tu Iudæus cognominaris, & requieſcis in lege, & gloriaris in deo, & noſti volũtatem eius, & probas vtiliora instructus per legem: confidisq́ʒ teipſum eſſe ducem cęcorum, lumen eorum, qui in tenebris ſunt, eruditorem inſipientium, magiſtrum infantiũ habentem formam ſcientiæ & veritatis in lege. Qui ergo aliũ doces: teipſum non doces? qui prædicas non furandum: furaris? qui dicis non mœchandum: mœcharis? qui abominaris idôla: ſacrilegium facis? qui in lege gloriaris: per præuaricationem legis, deũ inhonoras? Nomen enim dei propter vos blaſphematur inter gentes: ſicut ſcriptum eſt. Nam circũciſio quidem prodeſt: ſi legem obſerues. ſi autẽ prę uaricator legis ſis: circũciſio tua præputium facta eſt. Si igitur præputiũ, iuſtitias legis cuſtodiat: nónne prępu tium illius in circunciſionem reputabitur? & iudicabit id quod ex natura

D

Eſa.52.b
Eze.36.e.

eſt præputium, legem conſummans, B
te qui per literam & circunciſionem
præuaricator legis es? Non enim qui
in manifeſto, Iudęus eſt: neq; quæ in
manifeſto in carne, eſt circunciſio. ſed
qui in abſcondito Iudęus eſt: & circũ
ciſio cordis in ſpiritu, nõ litera, cuius
laus nõ ex hominibus, ſed ex deo eſt.

CAPVT III.

QVid ergo amplius Iudæo A
eſt? aut quæ vtilitas circun
ciſionis? Multum per om-
nem modum. Primũ qui-
dem: quòd credita ſunt illis eloquia
dei. Quid enim, ſi quidam illorũ non
crediderunt? Nunquid incredulitas il
lorum fidem dei euacuabit? Abſit. Sit
Ioan.3.d autem deus verax: omnis autem ho- C
Pſal.115.a mo mendax, ſicut ſcriptum eſt. Vt iu-
Pſal.50. ſtificeris in ſermonibus tuis: & vincas
cum iudicaris. Si autem iniquitas no
ſtra, iuſtitiam dei cõmendat: quid di-
cemus? Nũquid iniquus eſt deus, qui
infert iram? ſecundum hominẽ dico.
Abſit. alioquin quomodo iudicabit

B deus mũdum? Si enim veritas dei in
meo mẽdacio abundauit in gloriam
ipſius: quid adhuc & ego tanquã pec
cator iudicor, & non (ſicut blaſphe-
mamur, & ſicut aiunt quidam nos di
cere) faciamus mala, vt veniãt bona?
quorum damnatio iuſta eſt. Quid er
go? præcellimus? Nequaquã. Cauſati Gala.3.d
enim ſumus Iudæos & Græcos, om Pſal.13.a
nes ſub peccato eſſe. ſicut ſcriptũ eſt,
Non eſt iuſtus quiſquã, non eſt intel-
ligens, non eſt requirens deum. Om-
nes declinauerunt, ſimul inutiles fa-
cti ſunt: non eſt qui faciat bonum, nõ Pſ.
eſt vſq; ad vnum. Sepulcrum patens &.13.b
eſt guttur eorum, linguis ſuis doloſe Pſal.139.a
agebãt. Venenum aſpidum ſub labijs Pſal.9.c
C eorum. Quorum os maledictione & Eſa.59.b
amaritudine plenum eſt: Veloces pe- & pſa.13.b
des eorum ad effundendum ſangui-
nem. Contritio & infelicitas in vijs
eorum, & viam pacis non cognoue-
runt: nõ eſt timor dei ante oculos eo-
rum. Scimus autem quòd quæcunq;
lex loquitur: ijs qui in lege ſunt, lo-

Galat. 2. d quitur. vt omne os obſtruatur, & ſub
ditus fiat omnis mũdus deo: quia ex
operibus legis non iuſtificabitur om/
nis caro coram illo. Per legem enim,
cognitio peccati. Nunc autẽ ſine lege
iuſtitia dei manifeſtata eſt: teſtifica/
ta à lege & prophetis. Iuſtitia autem
dei: per fidem IESV CHRISTI in
omnes & ſuper omnes qui credunt.
non enim eſt diſtinctio. Omnes enim
peccauerũt: & egent gloria dei. iuſti/ D
ficantur autẽ gratis per gratiã ipſius,
per redemptionẽ quæ eſt in CHRI/
STO IESV, quem propoſuit deus
propitiatorem per fidem in ſanguine
ipſius, ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ,
propter remiſſionem præcedentium
delictorum, in ſuſtentatione dei, ad
oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ in hoc tẽpo
re. vt ſit ipſe iuſtus, & iuſtificans eum
qui eſt ex fide IESV CHRISTI.
Vbi ergo gloriatio? Excluſa eſt. Per
quam legem? Factorum? Nõ: ſed per
legem fidei. Arbitramur enim iuſtifi/
cari hominẽ per fidem ſine operibus
legis.

legis. An Iudæorum deus tantum? Nónne & Gentium? Imò & Gentiú. quoniam quidem vnus eſt deus qui iuſtificabit circunciſionem ex fide, & præputium per fidem. Legé ergo deſtruimus per fidem? Abſit. ſed legem ſtatuimus.

CAPVT IIII.

A QVid ergo dicemus inueniſſe Abraham patrem noſtrú ſecúdum carnem? Si enim Abraham ex operibus iu-
ſtificatus eſt: habet gloriam, ſed non
apud deum. Quid enim dicit ſcriptu- Geñ.15.b
ra? Credidit Abraham deo: & reputa- Gala.5.a
tum eſt illi ad iuſtitiam. Ei autem qui Iacob.2.d
operatur: merces non imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum: Ei vero qui non operatur, credénti autem in eum qui iuſtificat impiú: reputatur fides eius ad iuſtitiam, ſicut & Dauid dicit beatitudiné hominis: cui deus accepto fert iuſtitiá ſine ope-
ribus, Beati quorum remiſſæ ſunt ini- Pſal.31.a
quitates: & quorú tecta ſunt peccata.

Beatus vir cui non imputauit domi/
nus peccatum, beatitudo ergo hæc, B
in circuncíſione,an etiã in præputio?
Dicimus enim ꝙ reputata eſt Abrahę
fides ad iuſtitiam. Quomodo ergo re
putata eſt? in circunciſione, an in præ
putio? Non in circũciſione,ſed in præ
Geñ.17.b putio. Et ſignum accępit circunciſio/
nis, ſignaculũ iuſtitiæ fidei quæ eſt in
præputio: vt ſit pater omnium credẽ
tium per præputium, vt reputetur &
illis ad iuſtitiam: & pater circunciſio/
nis, iis qui non tantum ſunt ex circũ/
ciſione,ſed qui ſectãtur veſtigia fidei,
quæ fuit in præputio patris noſtri A/
brahæ. Non enim per legem,promiſ/ G
ſio Abrahæ aut ſemini eius vt hæres
eſſet mundi: ſed per iuſtitiam fidei. Si
enim qui ex lege, hęredes ſunt: exina
nita eſt fides, abolita eſt ꝓmiſſio. Lex
enim iram operatur. Vbi enim nõ eſt
lex: nec præuaricatio. Ideo ex fide: vt
ſecundum gratiam firma ſit promiſ/
ſio omni ſemini,non ei quod ex lege
eſt ſolũ,ſed & ei quod ex fide eſt Abra

hæ, qui pater eſt omnium noſtrū, ſi-
A cut ſcriptum eſt. Patrem multarū gen- Gen.17.
tium poſui te ante deum, cui credidit,
qui viuificat mortuos: & vocat ea quę
non ſunt, tanq̃ ſint. qui contra ſpem
in ſpe credidit, vt fieret pater multarū
gentium ſecundum quod dictum eſt;
Sic erit ſemen tuum. Et non infirma- Gen.25.b
tus eſt fide: nec conſiderauit corpus Gen.13.d
ſuum emortuum, cum iam ferè cen- &.15.b
tum eſſet annorum, & emortuā vul-
D uam Sarræ. In promiſſione vero dei
non hæſitauit diffidentia: ſed confor-
tatus eſt fide, dans gloriā deo: pleniſ-
ſime ſciēs q̃ quęcūq; promiſit deus,
potens eſt & facere, ideo & reputa-
tum eſt illi ad iuſtitiam. Non eſt autē
ſcriptum tantū propter ipſum, quod
reputatum eſt illi: ſed & propter nos,
quibus imputabitur credētibus in eū
qui ſuſcitauit IESVM CHRI-
STVM dominum noſtrum à mor-
tuis, qui traditus eſt propter delicta
noſtra, & reſurrexit propter iuſtifica-
tionem noſtram.

CAPVT V.

IVſtificati ergo ex fide pacē A
habeamus ad deum per do
minum noſtrum IESVM
CHRISTVM: per quem
habemus acceſſum per fidem in gra-
tiam iſtā, in qua ſtamus & gloriamur
in ſpe gloriæ dei. Non ſolum autem:
ſed & gloriamur in tribulationibus,
Iacob.1.a ſcientes ꝙ tribulatio patientiam ope
ratur, patientia autem probationem,
probatio vero ſpem. ſpes autem non
confundit: quia charitas dei effuſa eſt
in cordibus noſtris per ſpiritum ſan-
Hebre.9.d ctum qui datus eſt nobis. CHRI- C
1.Pet.3.c STVS enim cum adhuc infirmi eſſe-
mus, ſecundum tempus pro impijs
mortuus eſt. Vix enim pro iuſto quis
morietur. nam pro bono forſitā quis
audeat mori. Commēdat autem cha B
ritatem ſuam deus in nobis: quòd cū
adhuc peccatores eſſemus ſecundum
tempus, CHRISTVS pro nobis
mortuꝰ eſt. Multo igitur magis, nūc,
iuſtificati in ſanguine ipſius, ſalui eri-

mus ab ira per ipſum. Si enim cũ ini/
mici eſſemus, recõciliati ſumus deo
per mortẽ filij eius: multo magis re/
conciliati, ſalui erimus in vita ipſius.
Non ſolum autem hoc: ſed & gloria/
mur in deo per dominum noſtrũ IE
SVM CHRISTVM, per quẽ nunc
reconciliationẽ accępimus. Propter/
ea, ſicut per vnum hominem peccatũ
in hunc mundum intrauit, & per pec
catum mors: & ita in omnes homi/
nes mors pertrãſijt in quo omnes pec
cauerunt. Vſq; ad legem enim, pecca/
C tum erat in mundo: peccatum autem
non imputatur, cum lex non eſt. Sed
regnauit mors ab Adam vſq; ad Moy
ſen, etiam in eos qui non peccauerũt
in ſimilitudinẽ præuaricationis Adę,
qui eſt forma futuri. Sed nõ ſicut deli
ctum, ita & donũ. Si enim vnius deli
cto, multi mortui ſunt: multo magis
gratia dei & donum, in gratia vnius
hominis IESV CHRISTI in plu
res abundauit. Et non ſicut per vnum
peccantem, ita & donum. nam iudi/

cium quidem ex vno, in condẽnatio-
nem: donum autẽ ex multis delictis,
in iuſtificationem. Si enim vnius deli D
cto, mors regnauit per vnum: multo
magis abundantiam gratiæ & dona-
tionis iuſtitiæ accipientes, in vita re-
gnabunt per vnũ IESVM CHRI-
STVM. Igitur ſicut per vnius deli-
ctum, in omnes homines in condem
nationem ſic & per vnius iuſtitiam,
in omnes homines in iuſtificationem
vitæ. Sicut enim per inobedientiam
vnius hominis, peccatores conſtituti
ſunt multi: ita & per vnius obeditio-
nem, iuſti cõſtituentur multi. Lex au
tem ſubintrauit, vt abũdaret delictũ. B
Vbi autẽ abundauit delictũ, ſuperabũ
dauit & gratia, vt ſicut regnauit pec-
catum in mortem: ita & gratia regnet
per iuſtitiam in vitam æternã per IE
SVM CHRISTVM.

CAPVT VI.

Quid ergo dicemus? Mane- A
bimus in peccato, vt gra-
tia abundet? Abſit. Cum

mortui ſumus peccato, quomodo ad
huc viuemus in illo? An ignoratis ꝙ
quicunq; baptizati ſumus in CHRI
STVM IESVM, in mortem ip
ſius baptizati ſumus? Conſepulti enī Galat.3.d
ſumus cum illo per baptiſmū in mor
tem: vt quomodo CHRISTVS
ſurrexit à mortuis per gloriam pa-
tris, ita & nos in nouitate vitæ am- Hebr.12.a
bulemus. Si enim complantati facti 1.Pet.2.a
ſumus ſimilitudini mortis eius: ſi- Ephe.4.c
mul & reſurrectionis erimus. hoc ſcié Coloſ.3.b
tes ꝙ vetus homo noſter ſimul cru-
cifixus eſt, vt deſtruatur corpus pec-
cati, vt vltra non ſeruiamus peccato.
B Qui enim mortuus eſt: iuſtificatus eſt
à peccato. Si autem mortui ſumus cū
CHRISTO: credimus quòd ſimul
etiam viuemus cū illo. ſcientes quòd
CHRISTVS reſurgens ex mortuis
iam non moritur: mors illi vltra nō
dominatur. Quòd enim mortu⁹ eſt,
peccato mortuus eſt ſemel: ꝙ autem
viuit, viuit deo. Ita & vos exiſtima-
te, voſipſos mortuos quidē eſſe pec-

cato: viuentes autem deo in CHRI-
STO IESV domino noſtro. Non
ergo regnet peccatum in veſtro mor
tali corpore: vt obediatis ei in concu
piſcentijs eius. Neq; exhibeatis mem
bra veſtra, arma iniquitatis peccato:
ſed exhibete vos deo, tanquã ex mor
tuis viuẽtes: & membra veſtra, arma
iuſtitiæ deo. Peccatũ enim vobis non C
dominabitur. nõ enim ſub lege eſtis,
ſed ſub gratia. Quid ergo? Peccabi-
mus: quoniã non ſumus ſub lege, ſed
Ioan.8.d ſub gratia? Abſit. An neſcitis quòd cui
2.Pet.2.d exhibetis vos ſeruos ad obediẽdum: A
ſerui eſtis eius cui obeditis, ſiue pecca
ti ad mortem, ſiue obeditionis ad iu-
ſtitiam? Gratia autẽ deo, quòd fuiſtis
quidem ſerui peccati, obediſtis autẽ
ex corde, in eam formam doctrinę in
quã traditi eſtis. Liberati autem à pec D
cato, ſerui facti eſtis iuſtitię. Humanũ
dicò, propter infirmitatem carnis ve
ſtrę. ſicut enim exhibuiſtis mẽbra ve
ſtra ſeruire immunditię & iniquitati,
ad iniquitatem: ita nunc exhibete mẽ

bra veſtra ſeruire iuſtitiæ, in ſanctifi-
cationé. Cum enim ſerui eſſetis pec-
cati, liberi fuiſtis iuſtitię. Quem ergo
fructum habuiſtis túc in illis, in qui-
bus nunc erubeſcitis? Nam finis illo-
rum: mors. Nunc vero liberati à pec-
cato, ſerui auté facti deo: habetis fru-
ctum veſtrum in ſanctificationem, fi-
nem vero vitam æternam. Stipendia
enim peccati mors: gratia autem dei,
vita æterna in CHRISTO IESV
domino noſtro.

CAPVT VI.

A AN ignoratis fratres (ſcien-
tibus enim legé, loquor)
quòd lex in homine domi
natur quanto tempore vi- 1.cor.7.g
uit? Nam quæ ſub viro eſt mulier: vi-
uente viro, alligata eſt legi. ſi autem
mortuus fuerit vir: ſoluta eſt à lege
viri. Igitur viuente viro: vocabitur
adultera ſi fuerit cum alio viro. ſi au-
tem mortuus fuerit vir: liberata eſt à
lege viri, vt non ſit adultera ſi fuerit
cum alio viro. Itaque fratres mei, &

vos mortificati eſtis legi per corpus
CHRISTI: vt ſitis alterius qui ex
mortuis reſurrexit, vt fructificetis
deo. Cum enim eſſemus in carne: paſ B
ſiones peccatorũ quę per legem erãt,
operabantur in mẽbris noſtris, vt fru
ctificarent morti. nũc autem ſoluti ſu
mus à lege, mortui ei, in qua detine-
bamur: vt ſeruiamus in nouitate ſpi-
ritus, & non in vetuſtate literę. Quid
ergo dicemus? Lex peccatum eſt? Ab-
ſit. Sed peccatũ non cognoui: niſi per
legem. nam & concupiſcentiã neſcie-
Exo. 20.c bam niſi lex diceret, Non cõcupiſces. D
Deu.5.b Occaſione autem accepta, peccatum
per mandatũ operatum eſt in me om
nem cõcupiſcentiam. Sine lege enim
peccatum mortuum erat. Ego autem
viuebam ſine lege aliquãdo. Sed cum
veniſſet mandatum, peccatum reui-
xit: ego autem mortuus ſum: & inuẽ
tum eſt, mihi mandatũ quod erat ad
vitam, hoc eſſe ad mortem. Nam pec C
catum, occaſione accępta per manda
tum, ſeduxit me: & per illud occidit.

Itaq; lex ipſa quidem ſancta,& man- 1.Tim.1.b
datum ſanctum & iuſtum &bonum.
Quod ergo bonum eſt, mihi factum
eſt mors? Abſit. Sed peccatum: vt ap-
pareat peccatum, per bonum operás
mihi mortem: vt fiat ſupra modũ pec
cans peccatum per mandatũ. Scimus
enim quòd lex ſpiritualis eſt: ego au-
tem carnalis ſum, venũdatus ſub pec
catum. Quod enim operor: non intel
ligo. non enim quod volo, hoc ago:
ſed quod odi, illud facio. Si autem
quod nolo, illud facio: conſentio legi
D quòd bona eſt. Nunc autem iam non
ego operor illud: ſed quod habitat in
me peccatum. Scio enim quòd nõ ha
bitat in me, hoc eſt, in carne mea, bo-
num. Nam velle adiacet mihi: perfi-
cere autem bonum, nõ inuenio. Non
enim quod volo bonũ, hoc facio: ſed
quod nolo malum, hoc ago. Si autẽ
quod nolo, illud facio: iam non ego
operor illud, ſed quod habitat in me
peccatum. Inuenio igitur legẽ, volen
ti mihi facere bonum: ꝙ mihi malum

adiacet. Condelector enim legi dei ſe
cundum interiorem hominē: video
autem aliam legem in membris meis
repugnantem legi mentis meæ, & ca
ptiuantem me in lege peccati quæ eſt
in membris meis. Infelix ego homo, B
quis me liberabit de corpore mortis
huius? Gratia deo p IESVM CHRI
STVM dominum noſtrum. Igitur
ego ipſe mente ſeruio legi dei: carne
autem, legi peccati.

CAPVT VIII.

NIhil ergo nunc dānationis A
eſt ĳs qui ſunt in CHRI-
STO IESV: qui non ſe-
cundum carnem ambulāt.
Lex enim ſpiritus vitæ in CHRI-
STO IESV, liberauit me à lege pec
cati & mortis. Nam quod impoſſibi-
le erat legi, in quo infirmabatur per
carnem. deus filium ſuum mittens in
ſimilitudinem carnis peccati, de pec- C
cato damnauit peccatum in carne, vt
iuſtificatio legis impleretur in nobis,
qui non ſecundum carnem ambula-

mus,ſed ſecundũ ſpiritum. Qui enim
ſecundum carnem ſunt: quæ carnis
ſunt,ſapiunt.qui vero ſecundum ſpi-
ritum ſunt:quæ ſunt ſpiritus. Nã pru
dentia carnis,mors eſt:prudentia au-
tem ſpiritus,vita & pax.quoniam ſa-
B pientia carnis,inimicitia eſt in deum:
legi enim dei non eſt ſubiecta,nec enĩ
poteſt. Qui autem in carne ſunt:deo
placere non poſſunt. Vos autẽ in car
ne non eſtis,ſed in ſpiritu:ſi quidẽ ſpi
ritus dei habitat in vobis. Si quis au-
tem ſpiritum CHRISTI nõ habet:
hic non eſt eius. Si autem CHRI-
STVS in vobis eſt:corpus quidem
mortuum eſt propter peccatum, ſpi-
ritus vero vita eſt propter iuſtificatio
nem. Quòd ſi ſpiritus eius qui ſuſcita
uit IESVM à mortuis,habitat in vo
bis:qui ſuſcitauit CHRISTVM à
mortuis, viuificabit & mortalia cor-
pora veſtra, propter inhabitantẽ ſpi-
C ritum eius in vobis. Ergo fratres, de-
bitores ſumus non carni, vt ſecũdum
carnem viuamus. Si enim ſecundum

carnem vixeritis: moriemini.ſi auté
ſpiritu, facta carnis mortificaueritis:
viuetis. Quicunque enim ſpiritu dei
2.Tim.1.b aguntur: ij ſunt filij dei. Non enim ac
Gala.4.a cępiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in
timorem. ſed accępiſtis ſpiritum ado E
ptionis filiorum, in quo clamamus
abba, pater. Ipſe enim ſpiritus, teſti-
monium reddit ſpiritui noſtro quòd
ſumus filij dei. Si autem filij: igitur &
hæredes. hæredes quidem dei: cohæ-
redes autem CHRISTI. ſi quidem
compatimur: vt & conglorificemur.
Exiſtimo enim quòd non ſunt condi D
gnę paſſiones huius temporis, ad fu-
turam gloriam quę reuelabitur in no
bis. Nam expectatio creaturæ: reuela
tionem filiorũ dei expectat. Vanitati
enim creatura ſubiecta eſt, non volẽs, F
ſed propter eum qui ſubiecit eam in
ſpe: quia & ipſa creatura liberabitur à
ſeruitute corruptionis, in libertatem
gloriæ filiorum dei. Scimus enim ꝙ
omnis creatura congemiſcit, & par-
turit vſque adhuc. Non ſolum autem

illa, ſed & noſipſi primitias ſpiritus
habentes, & ipſi intra nos gemimus
adoptionem filiorum expectantes, re
demptioné corporis noſtri. Spe enim
ſalui facti ſumus. Spes autem quæ vi
E detur: nõ eſt ſpes. nã quod videt quis:
quid etiam ſperat? Si autem quod nõ
videmus, ſperamus: per patientiam
expectamus. Similiter autem & ſpi-
ritus adiuuat infirmitatem noſtram.
nam quid oremus ſicut oportet, ne-
ſcimus: ſed ipſe ſpiritus poſtulat pro
nobis, gemitibus inenarrabilibus.
Qui autem ſcrutatur corda, ſcit quid
deſideret ſpiritus: quia ſecundum de-
um poſtulat pro ſanctis. Scimus au-
tem quòd diligentibus deum omnia
cooperantur in bonum, ijs qui ſecun-
F dum propoſitum vocati ſunt. Nam
quos præſciuit: & prædeſtinauit con-
formes imaginis filij ſui, vt ſit ipſe
primogenitus in multis fratribus.
Quos autem prædeſtinauit: hos &
vocauit. & quos vocauit: hos & iu-
ſtificauit. quos autem iuſtificauit: il-

los & glorificauit. Quid ergo dicem⁹
ad hęc? Si deus pro nobis quis contra
nos? Qui etiam proprio filio non pe-
percit, ſed pro nobis omnibus tradi-
dit illum: quomodo non etiam cum
illo omnia nobis donabit? Quis accu
ſabit aduerſus electos dei? Deus qui
iuſtificat. Quis eſt qui condemnet? G
CHRISTVS eſt qui mortuus eſt,
imò qui & reſurrexit, qui & eſt ad de
xteram dei, qui etiam interpellat pro
nobis. Quis nos ſeparabit à charitate
dei? Tribulatio? an anguſtia? an fa-
Pſal.43.d mes? an nuditas? an periculū? an gla-
dius? ſicut ſcriptū eſt, Propter te mor
tificamur tota die: ęſtimati ſumus ſi-
cut oues occiſionis. Sed in his omni-
bus ſuperamus per eum qui dilexit
nos. Certus ſum enim ꝙ neq; mors,
neq; vita, neq; angeli, neq; principa-
tus, neq; virtutes, neq; inſtantia, neq;
futura, neq; altitudo, neq; profundū,
neq; creatura alia poterit nos ſepara-
re à charitate dei, quæ eſt in CHRI-
STO IESV domino noſtro.

Caput

CAPVT IX.

A VEritatem dico in CHRI-
STO IESV, non men-
tior, teſtimonium mihi
perhibente cõſcientia mea
in ſpiritu ſancto, quòd triſtitia mihi
magna eſt & continuus dolor cordi
meo. Optabam enim ego ipſe anáthe
ma eſſe à CHRISTO pro fratribus
meis, cognatis meis ſecundum carnẽ,
qui ſunt Iſraelitæ, quorũ adoptio eſt,
& gloria, & teſtamenta & legiſlatio,
& obſequium, & promiſſa, quorũ pa
tres, ex quibus eſt CHRISTVS ſe-
cundum carnem, qui eſt ſuper omnia
deus benedictus in ſecula. Amẽ. Non
B autem ꝙ exciderit verbum dei. Non
enim omnes qui ex Iſrael ſunt: ij ſunt
Iſraelitæ. neq; quia ſemen ſunt Abra
hæ: omnes filij. Sed in Iſaac vocabi- Gen.21.b
tur tibi ſemen: id eſt, non qui filij car-
nis, hi filij dei: ſed qui filij ſunt promiſ Gala.4.
ſionis, æſtimantur in ſemine. Promiſ
ſionis enim verbum hoc eſt, Secundũ
hoc tempus veniam: & erit Sarræ fi- Gen.18.b

lius. Non ſolum autem illa: ſed & Re
Gen.25.e becca ex vno, cubile habens Iſaac pa-
tris noſtri. Cum enim nondum nati C
fuiſſent, aut aliquid boni egiſſent aut
mali, vt ſecũdum electionem propo-
ſitum dei maneret: non ex operibus,
Gen.25.c ſed ex vocante dictũ eſt ei, Maior ſer-
Mala.1.a uiet minori, ſicut ſcriptum eſt, Iacob
dilexi, Eſau autem odio habui. Quid
ergo dicemus? Nunquid iniquitas a-
pud deum? Abſit. Moyſi enim dicit,
Exo.33.d Miſerebor cuius miſereor, & miſera-
bor quem miſeror. Igitur non volen
tis, neq; currentis, ſed miſerentis eſt
dei. Dicit enim ſcriptura Pharaoni: D
Exo.9.d In hoc ipſum excitaui te, vt oſtẽdam
in te virtutem meam: & vt annũtie-
tur nomen meum in vniuerſa terra.
Ergo, cuius vult miſeretur, & quem
vult indurat. Dicis itaq; mihi: Quid
adhuc queritur? voluntati enim eius
Eſai.45.b quis reſtitit? O homo, tu quis es qui
Hier.18.a reſpondes deo? Nunquid dicit figmẽ
Sapi.15.b tum ei qui finxit, Quid me feciſti ſic?
An non habet poteſtatem figulus luti

ex eadem maſſa facere aliud quidem
vas in honorem, aliud vero in contu
meliam? Quòd ſi deus volens oſten/
dere iram, & notam facere potẽtiam
ſuam, ſuſtinuit in multa patiẽtia vaſa
irę aptata in interitum, vt oſtenderet
diuitias glorię ſuæ in vaſa miſericor/
diæ quæ præparauit in gloriã. Quos
& vocauit, nos: nõ ſolum ex Iudæis,
ſed etiam ex gẽtibus, ſicut in Oſee di/ Oſee.2.d
cit: Vocabo non plebem meam, ple/ 1.Pet.2.b
bem meam: & non dilectam, dilectã:
& non miſericordiam conſecutã, mi/
ſericordiam conſecutam. Et erit: in lo Oſee.1.d
co vbi dictum eſt eis, Non plebs mea
vos: ibi vocabuntur filij dei viuentis.
F Eſaias autem clamat pro Iſrael. Si fue Eſa.10.c
rit numerus filiorum Iſrael tanquam
arena maris, reliquiæ ſaluæ fient. Ver
bum autem conſummans, & abbre/
uians in æquitate: quia verbum bre/
uiatum faciet domin⁹ ſuper terram.
Et ſicut prędixit Eſaias, Niſi dominus Eſa.1.c
ſabaoth reliquiſſet nobis ſemen: ſicut
Sodoma facti eſſemus, & ſicut Go/

morrha ſimiles fuiſſemus. Quid er/
go dicemus? Quòd gentes quæ non G
ſectabantur iuſtitiam, apprehenderũt
iuſtitiam, iuſtitiam autem quę ex fide
eſt: Iſraël vero ſectando legẽ iuſtitię,
in legem iuſtitiæ non peruênit. Qua/
re? Quia non ex fide: ſed quaſi ex ope
ribus legis. Offenderunt enim in lapi
Eſa. 28.d dem offenſionis, ſicut ſcriptũ eſt, Ecce
&.8.c pono in Sion lapidem offenſionis, &
1.Pet. 2.b petram ſcandali: & omnis qui credit
in eum, non confundetur.

CAPVT X.

FRatres, bona quidem volũ A
tas cordis mei, & obſecra/
tio quæ fit ad deũ, pro Iſra
el eſt ad ſalutem. Teſtimo/
nium enim perhibeo illis quòd æmu
lationem dei habent, ſed non ſecun/
dum ſcientiam. ignorãtes enim iuſti/
tiam dei, & ſuam iuſtitiam quærẽtes
ſtatuere: iuſtitiæ dei nõ ſunt ſubiecti.
Finis enim legis, CHRISTVS: ad
iuſtitiam omni credẽti. Moyſes enim
Leui. 18.a ſcribit iuſtitiam quę ex lege eſt, quod

B qui fecerit hęc homo, viuet ĩ eis. Quę Eze.20.b
autem ex fide eſt iuſtitia, ea ſic dicit, Deu.30.c
Ne dixeris in corde tuo, Quis aſcẽdet
in cœlum? id, eſt CHRISTVM de-
ducere. Aut, quis deſcendet in abyſ-
ſum? hoc, eſt CHRISTVM à mor-
tuis reuocare. Sed quid dicit? Pro- Deu.30.c
pe te eſt verbum in ore tuo, & in cor
de tuo. hoc eſt verbũ fidei, quod prę-
dicamus. Quia ſi cõfitearis in ore tuo
dominum IESVM, & in corde tuo
credideris quòd deus illum ſuſcitauit
C à mortuis: ſaluus eris. Corde enĩ cre-
ditur ad iuſtitiam: ore autem cõfeſſio
fit ad ſalutẽ. Dicit enim ſcriptura, Om Eſa.28.d
nis qui credit in illum, non confun-
detur. Non enim eſt diſtinctio Iudæi
& Græci. Nam idẽ dominus omniũ,
diues in omnes qui inuocant illum.
Omnis enim qui inuocauerit nomen
domini: ſaluus erit. Quomodo ergo
inuocabunt eum in quẽ non credide Ioel.2.g
runt? Aut quomodo credent ei quem Act.2.e
non audierunt? Quomodo autem au
dient ſine prædicante? Quomodo ve

ro prædicabunt, niſi mittantur? ſicut
Eſa.52.b Naum.1.d ſcriptũ eſt, Quàm ſpecioſi pedes euã
gelizantium pacem, euãgelizãtium
bona. Sed nõ omnes obedierunt euã
Eſa.53.a Ioan.12.f gelio. Eſaias enim dicit, Domine: quis D
credidit auditui noſtro? Ergo fides, ex
auditu: auditus autem, per verbũ dei.
Pſal.18.a Sed dico, Nunquid non audierũt? Et
quidem in omnem terram exiuit ſo-
nus eorum: & in fines orbis terrę ver
ba eorum. Sed dico, Nunquid Iſrael
Deu.32.c non cognouit? Primus Moyſes dicit,
Ego ad æmulationem vos adducam
in non gente: in gente inſipiente, in
Eſa.65.a iram vos mittam. Eſaias autẽ audet
& dicit, Inuentus ſum à non quæren-
tibus me: palàm apparui iis qui me
Eſa.65.a non interrogabant. Ad Iſrael autem
dicit, Tota die expandi manus meas
ad populum non credentem & con-
tradicentem.

CAPVT XI.

DIco ergo, Nũquid deus re- A
pulit populũ ſuum? Abſit.
Nam & ego Iſraelita ſum,

ex ſemine Abraham de tribu Benia-
min. Non repulit deus plebem ſuam
quã præſciuit. An neſcitis de Elia quid
dicit ſcriptura: queadmodum inter-
pellat deum aduerſum Iſrael? Domi- 3.reg.19.b
ne, prophetas tuos occiderunt, & al-
taria tua ſuffoderunt: & ego relictus
ſum ſolus, & quærunt animam meã.
Sed quid dicit illi diuinũ reſponſum? 3.reg.19.b
Reliqui mihijpſi ſeptem millia viro-
rum: qui non curuauerunt genu ante
Baal. Sic ergo & in hoc tempore, reli-
quiæ ſecundum electionem gratiæ fa
ctæ ſunt. Si autem gratia: iam non ex
operibus. Alioquin gratia iam nõ eſt
gratia. Si autem ex operibus, nõ iam
ex gratia. alioquin opus iam non eſt
opus. Quid ergo? Quod quærit Iſra-
el, hoc non eſt conſecutus: electio au-
tem conſecuta eſt, cæteri vero excæ-
B cati ſunt: ſicut ſcriptum eſt, Dedit illis Eſa.6.c
deus ſpiritum cõpunctionis: oculos, Mat.13.b
vt non videant: & aures, vt non au- Ioan.12.f
diant vſq; in hodiernum diem. Et Da Act.28.f
uid dicit, Fiat mẽſa eorum corã ipſis Pſal.68.e

in laqueum,& in captionem & in ſcā
dalum & in retributioné illis. Obſcu/
rentur oculi eorum ne videát:& dor
ſum eorū ſemper incurua. Dico ergo,
Nunquid offenderūt vt caderét? Ab/
ſit. Sed illorum delicto, ſalus genti/
bus: vt illos æmulentur. Quòd ſi de/
lictum illorum diuitiæ ſunt mūdi,&
diminutio eorum diuitiæ gentium:
quanto magis plenitudo eorū? Vobis
enim dico gentibus, Quādiu quidem
ego ſum gentium apoſtolus, miniſte
rium meum honorifico, ſi quo modo
ad æmulandum prouocem carnem
meam,& ſaluos faciam aliquos ex il/
lis. Si enim amiſſio eorum, recōcilia/
tio eſt mūdi: quæ aſſumptio, niſi vita
ex mortuis? Quòd ſi delibatio ſancta C
eſt:& maſſa.& ſi radix ſancta:& rami.
Quòd ſi aliqui ex ramis fracti ſunt, tu
autem cum oleaſter eſſes, inſertus es
in illis, & ſocius radicis & pinguedi/
nis oliuæ factus es, noli gloriari ad/
uerſus ramos. Quòd ſi gloriaris: non
tu radicem portas, ſed radix te. Dicis

ergo, Fracti ſunt rami: vt ego inſerar.
Bene. Propter incredulitatem fracti
ſunt: tu autem fide ſtas, noli altum ſa
pere: ſed time. Si enim deus naturali-
bus ramis non pepercit: ne forte nec
tibi parcat. Vide ergo bonitatem & ſe
ueritatem dei. in eos quidem qui ce-
ciderũt, ſeueritatem: in te autẽ bonita
tem, ſi permanſeris in bonitate. alio-
quin & tu excidêris. Sed & illi, ſi non
permanſerint in incredulitate: inſerẽ-
tur. potens eſt enim deus iterum inſe
rere illos. Nam ſi & tu ex naturali ex-
ciſus es oleaſtro, & contra naturã in-
ſertus es in bonam oliuam: quãto ma
gis ij qui ſecundum naturam, inſeren
tur ſuæ oliuæ? Nolo enim vos igno-
rare fratres myſteriũ hoc, vt non ſitis
vobiſipſis ſapientes, ꝙ cæcitas ex par
te contigit in Iſrael, donec plenitudo
gentium intraret: & ſic omnis Iſrael
D ſaluus fieret, ſicut ſcriptum eſt, Veniet Eſa. 59. d
ex Sion, qui eripiat: & auertet impie-
tates à Iacob. Et hoc illis à me teſta-
mẽtum, cum abſtulero peccata eorũ.

Secundum euangelium quidem, ini-
mici propter vos: ſecũdum electionẽ
autem, chariſſimi propter patres. Sine
pœnitẽtia enim ſunt dona & vocatio
dei. Sicut enim aliquando & vos nõ
credidiſtis deo, nunc autẽ miſericor-
diam conſecuti eſtis propter incredu-
litatem illorũ: ita & iſti nunc non cre-
diderũt per veſtram miſericordiam:
vt & ipſi miſericordiã conſequantur.
Concluſit enim deus omnes in incre
dulitatem, vt omnium miſereretur.
O altitudo diuitiarum & ſapientię &
ſcientiæ dei: quàm incõprehenſibilia
ſunt iudicia eius, & ininueſtigabiles
Sapiẽ. 9. c vię eius. Quis enim cognouit ſenſum
Eſa. 40. d domini? Aut quis conſiliarius ei⁹ fuit?
1. cor. 2. d Aut quis prior dedit illi: & retribue-
tur ei? Quoniã ex ipſo, & per ipſum,
& in ipſum omnia. ipſi gloria in ſecu
la. Amen.

CAPVT XII.

OBſecro itaque vos fratres A
per miſerationes dei, vt ex
hibeatis corpora veſtra ho

ſtiam viuentem,ſanctam,deo placen Phili.4.d
tem, rationale obſequium veſtrum.
Et nolite conformari huic ſeculo:ſed
reformamini in nouitate ſenſus ve-
ſtri, vt probetis quæ ſit voluntas dei Ephe.5.d
bona & beneplacens, & perfecta. Di- 1.theſ.4.a
co enim per gratiā quæ data eſt mihi,
omnibus qui ſunt inter vos, Nō plus
ſapere quàm oportet ſapere,ſed ſape-
re ad ſobrietatē,& vnicuiq; ſicut deus 1.cor.12.b
diuiſit menſuram fidei. Sicut enim in Ephe.4.d
vno corpore, multa membra habe-
mus,omnia autem membra non eun
dem actum habent: ita multi vnum
corpus ſumus in CHRISTO,ſingu
li autem alter alterius mēbra: ſed ha-
B bentes donationes,ſecūdum gratiam
quæ data eſt nobis, differentes: ſiue
prophetiam ſecūdum proportionem
fidei, ſiue miniſterium in miniſtran-
do,ſiue qui docet in doctrina,qui ex-
hortatur in exhortando, qui tribuit
in ſimplicitate,qui præeſt in ſolicitu-
dine, qui miſeretur in hilaritate. Di-
lectio ſine ſimulatione:odientes ma- Amos.5.d

Ephe.4.a lum, adhærentes bono: charitate fra- C
1.Pet.2.c ternitatis inuicem diligentes; hono-
1.Pet.5.b re inuicem præuenientes, ſolicitudi-
ne non pigri, ſpiritu feruentes, domi-
no ſeruientes, ſpe gaudentes, in tribu
latione patientes, orationi inſtantes,
neceſſitatibus ſanctorum communi-
cantes, hoſpitalitatem ſectantes. Be-
Hebr.13.a nedicite perſequentibus vos, benedi-
1.Pet.4.c cite: & nolite maledicere. Gaudere cũ
gaudentibus, flere cum flentibus, id-
ipſum inuicem ſentientes: non alta ſa D
pientes, ſed humilibus conſentientes.
Nolite eſſe prudentes apud voſmet-
Prou.3.a ipſos: nulli malum pro malo redden
1.Pet.3.d tes. Prouidentes bona coram omni-
2.cor.8.d bus hominibus. Si fieri poteſt, quod
Hebr.12.d in vobis eſt, cum omnibus homini-
Eccli.28.a bus pacem habentes. Non voſmetip-
ſos vindicantes chariſſimi, ſed date lo
Deu.32.e cum iræ. ſcriptum eſt enim, Mihi vin
Heb.10.e dictam: ego retribuam dicit domin⁹.
puer.25. Sed ſi eſurierit inimicus tuus, ciba il-
lum: ſi ſitit, potum da illi. hoc enim
faciens: carbones ignis cõgeres ſuper

caput eius. Noli vinci à malo: ſed vin-
ce in bono malum.

CAPVT XIII.

A Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. 1.Pet.2.c
Nõ eſt enim poteſtas niſi à deo. quæ autem ſunt po- Sapiẽ.6.a
teſtates: à deo ordinatæ ſunt. Itaque
qui reſiſtit poteſtati: dei ordinationi
reſiſtit. Qui autem reſiſtunt: ipſi ſibi
damnationem acquirunt. nam prin-
cipes non ſunt timor bonorum ope-
rum ſed malorum. Vis autem non ti-
mere poteſtatem? Bonum fac: & ha-
bebis laudem ex illa. dei enim mini-
ſter eſt tibi in bonum. Si autem ma-
lum feceris: time. non enim ſine cau-
ſa gladium portat. dei enim miniſter
eſt: vindex in iram, ei qui malũ agit.
Ideoq́; neceſſitate ſubditi eſtote: non
ſolum propter iram, ſed etiã propter
conſcientiam. Ideo enim & tributa
præſtatis. miniſtri enim dei ſunt: in
B hoc ipſum ſeruientes. Reddite ergo
omnibus debita. cui tributum, tribu- Mat.22.c

tum.cui vectigal, vectigal.cui timo-
rem,timorem.cui honorem,honorẽ. A
Nemini quicquam debeatis:niſi, Vt
inuicẽ diligatis.qui enim diligit pro-
Exo.20.c ximum, legem impleuit. Nam, Non
Deu.5.b adulterabis, Non occides, Non fura-
beris,Nõ falſum teſtimonium dices,
Non concupiſces, & ſi quod eſt aliud
mãdatum:in hoc verbo inſtauratur,
Leui.19.d Diliges proximum tuum ſicut teip-
Mat.22.d ſum. Dilectio proximi, malum non
Mar.12.c operatur. Plenitudo ergo legis eſt di
Galat.5.c lectio.Et hoc:ſcientes tempus, quòd
Iacob.2.b hora eſt iam nos de ſomno ſurgere.
Nunc enim propior eſt nobis ſalus, D
quàm cum credidimus. Nox proceſ-
ſit:dies autem appropinquauit.Abij-
ciamus ergo opera tenebrarum,&in-
duamur arma lucis. Sicut in die,ho-
neſte ambulemus non in comeſatio-
Luc.21.f nibus & ebrietatibus, non in cubili-
bus & impudicitijs,nõ in cõtentione
& æmulatione: ſed induimini dñm
Gala.5.c IESVM CHRISTVM.& carnis
1.Pet.2.c curã ne feceritis ad concupiſcentias.

CAPVT XIIII.

A INfirmum autem fide, aſſu-
mite: non in diſcęptationi-
bus cogitationũ. alius enim
credit manducare omnia.
qui autem infirmus eſt: olus mandu-
cat. Is qui manducat: non manducã-
tem non ſpernat. & qui non mandu-
cat: manducantem non iudicet. deus Iacob.4.d
enim illum aſſumpſit. Tu quis es, qui
iudicas alienũ ſeruum? Domino ſuo
ſtat aut cadit: ſtabit autem. potens eſt
enim deus ſtatuere illum. Nam alius
iudicat diem iuxta diem: alius autem
B iudicat omnem diem. Vnuſquiſq; in
ſuo ſenſu abundet. Qui ſapit diẽ: do-
mino ſapit. & qui non ſapit diem, do-
mino non ſapit. Et qui manducat: do
mino manducat. gratias enĩ agit deo.
Et qui non manducat: domino non
manducat. & gratias agit deo. Nemo
enim noſtrum ſibi viuit: & nemo ſibi
moritur. Siue enim viuimus, domi-
no viuimus: ſiue morimur, domino
morimur. Siue ergo viuimus, ſiue

morimur: domini ſumus. In hoc enĩ
CHRISTVS & mortuus eſt, & re-
ſurrexit & reuixit: vt & viuorum &
mortuorum dominetur. Tu autem
quid iudicas fratrem tuum? aut etiam
2.cor.5.b tu quare ſpernis fratrẽ tuum? Omnes
enim ſtabimus ante tribunal CHRI
Eſa.45.d STI. ſcriptum eſt enim, Viuo ego di
Philip.2.b cit dominus, quòd mihi flectetur om
ne genu: & omnis lingua confitebitur
deo. Itaq; vnuſquiſq; noſtrum pro ſe
rationem reddet deo. Non ergo am- C
plius inuicem iudicemus. ſed hoc iu-
dicate magis, ne ponatis offendiculũ
fratri vel ſcandalũ. Scio & certus ſum
in domino IESV, quòd nihil cõmu
ne per ſeipſum: niſi ei qui exiſtimat
quid commune eſſe, illi cõmune eſt.
Si autẽ propter cibum frater tuus cõ-
triſtatur: iam non ſecundum charita-
1.cor.8.d tem ambulas. Noli cibo tuo illũ per-
dere pro quo CHRISTVS mor-
tuus eſt. Non ergo blaſphemetur bo-
num veſtrum. Non eſt enim regnum
dei eſca & potus: ſed iuſtitia & pax, &

gaudium

D gaudiũ in ſpiritu ſancto. qui enim in
hoc ſeruit CHRISTO, placet deo:
& probatus eſt hominibus. Itaq; quę
pacis ſunt ſectemur, & quæ ædifica-
tionis inuicem. Noli propter eſcã de-
ſtruere opus dei. Omnia quidẽ ſunt Tit.1.d
mũda: ſed malum eſt homini qui per
offendiculum manducat. Bonum eſt
non mãducare carnem & non bibere 1.cor.8.d
vinum, neq; in quo frater tuus offen
dit aut ſcandalizatur aut infirmatur.
Tu fidem habes? penes temetipſum
habe, coram deo. Beatus qui non iu-
dicat ſemetipſum in eo quod probat.
Qui autem diſcernit, ſi manducaue-
rit, dãnatus eſt: quia non ex fide. Om
ne autem quod non eſt ex fide: pecca
tum eſt.

CAPVT XV.

A DEbemus autẽ nos firmio-
res imbecillitates infirmo
rum ſuſtinere, & non no-
bis placere. Vnuſquiſq; no
ſtrum proximo placeat in bonum, ad
ædificationẽ. Etenim CHRISTVS

non ſibi placuit: ſed ſicut ſcriptũ eſt,
Pſal.68.b Improperia improperãtium tibi, ce-
ciderũt ſuper me. Quæcũq; enim prę
ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinã ſcri
pta ſunt: vt per patientiam & conſola
tionem ſcripturarũ, ſpem habeamus.
Deus autẽ patientiæ & ſolatij, det vo B
bis idipſum ſapere in alterutrum ſe-
cundum IESVM CHRISTVM:
1.cor.1.b vt vnanimes, vno ore honorificetis
deum & patrẽ domini noſtri IESV
CHRISTI. Propter quod ſuſcipite
inuicem: ſicut & CHRISTVS ſuſcę
pit nos in gloriam dei. Dico autem
CHRISTVM IESVM, miniſtrũ
fuiſſe circuncifionis propter veritatẽ
dei, ad cõfirmandas promiſſiones pa
trum: Gentes autem ſuper miſericor-
Pſal.17.d dia, honorare deum, ſicut ſcriptũ eſt,
2.re.22.d Propterea confitebor tibi in gẽtibus
domine, & nomini tuo cantabo. Et C
iterum dicit, Lętamini gentes cũ ple-
be eius. Et iterum, Laudate omnes gẽ
Pſa.116.a tes dominũ: & magnificate eum om
Eſa.11.c nes populi. Et rurſus Eſaias ait, Erit ra

dix, Ieſſæ: & qui exurget regere gen-
tes, in eo gentes ſperabunt. Deus au-
tem ſpei, repleat vos omni gaudio &
pace in credendo: vt abūdetis in ſpe,
in virtute ſpiritus ſancti. Certus ſum
autem fratres mei & egoipſe de vo-
bis, quòd & ipſi pleni eſtis dilectio-
ne, repleti omni ſcientia, ita vt poſſi-
tis alterutrum monere. Audacius au-
tem ſcripſi vobis fratres ex parte, tan-
quā in memoriam vos reducēs: pro-
pter gratiam quę data eſt mihi à deo,
D vt ſim miniſter CHRISTI IESV
in gentibus, ſanctificans euangelium
dei, vt fiat oblatio gentium accępta,
ſanctificata in ſpiritu ſancto. Habeo
igitur gloriam in CHRISTO IE-
SV in his quæ ad deum. Non enim
audeo aliquid loqui eorū quę per me
non effecit CHRISTVS in obediē-
tiam gentium verbo & factis, in vir-
tute ſignorum & prodigiorū, in vir-
tute ſpiritus ſancti: ita vt ab Hieruſa-
lem per circuitum vſq; ad illyricum
repleuerim euāgelium CHRISTI.

Sic autem prædicaui euãgelium hoc, E
nõ vbi nominatus eſt CHRISTVS,
ne ſuper alienum fundamentum ædi
Eſa.52.d ficarem: ſed ſicut ſcriptum eſt. Quibꝰ
non eſt annuntiatum de eo, videbũt:
& qui non audierũt de eo, intelligent.
propter quod & impediebar plurimũ
venire ad vos. Nunc vero vlterius lo
cum nõ habens in his regionibus: cu-
piditatem autem habens veniendi ad
vos multis iam annis: cum in Hiſpa-
niam proficiſci cœpero, ſpero ꝙ præ-
teriens videam vos, & à vobis dedu-
car illuc, ſi vobis primũ ex parte frui-
tus fuero. Nunc igitur proficiſcor in F
Hieruſalem miniſtrare ſanctis. Proba
uerũt enim Macedonia & Achaia col
lationem aliquam facere in pauperes
ſanctos qui ſunt in Hieruſalem. Pla-
1.cor.9.b cuit enim eis: & debitores ſunt eorũ.
Nam ſi ſpiritualium eorũ participes
facti ſunt gentiles, debent & in carna
libus miniſtrare illis. Hoc igitur cum
cõſummauero & obſignauero eis fru
ctum hunc: per vos proficiſcar in Hi-

G ſpaniam. Scio autem quòd veniés ad
vos, in abũdantia benedictionis euan
gelij CHRISTI veniã. Obſecro er-
go vos fratres per dominum noſtrũ
IESVM CHRISTVM, & per cha
ritatẽ ſpiritus, vt adiuuetis me in ora
tionibus pro me ad deum, vt liberer
ab infidelibus qui ſunt in Iudæa, &
obſequij mei oblatio accepta fiat in
Hieruſalem ſanctis, vt veniã ad vos
in gaudio per volũtatem dei, vt refri-
gerer vobiſcum. Deus autem pacis ſit
cum omnibus vobis. Amen.

CAPVT XVI.

A Commendo autem vobis
Phœben ſororẽ noſtram,
quæ eſt miniſtra eccleſiæ
quæ eſt Cenchreis: vt eam
ſuſcipiatis in domino digne ſanctis:
& aſſiſtatis ei: in quocũq; negotio ve
ſtri indiguerit. etenim ipſa quoq; aſſi
tit multis & mihi ipſi. Salutate Pri-
ſcam & Aquilam adiutores meos in
CHRISTO IESV (qui pro anima Act. 18. a
mea, ſuas ceruices ſuppoſuerunt. qui-

bus non ſolus ego gratias ago:ſed &
cunctę eccleſię gentium)& domeſti/
cam eccleſiam eorum. Salutate Epæ/
netum dilectum mihi:qui eſt primi/
tiuus Achaiæ in CHRISTO. Salu/ C
tate Mariam,quę multum laborauit
in vobis. Salutate Andronicum & Iu
niam cognatos & cōcaptiuos meos:
qui ſunt nobiles in apoſtolis, qui &
ante me fuerunt in CHRISTO. Sa/ B
lutate Ampliam dilectum mihi in do
mino. Salutate Vrbanum adiutorem
noſtrum in CHRISTO,& Stachyn
dilectum meū. Salutate Apellen pro/
batum in CHRISTO. Salutate eos
qui ſunt ex Ariſtoboli domo. Saluta/
te Herodionem cognatum meū. Sa/
lutate eos qui ſunt ex Narciſſi domo,
qui ſunt in domino. Salutate Triphę/
nam & Triphoſam: quæ laborant in D
domino. Salutate Perſidē chariſſimā,
quæ multū laborauit in domino. Sa/
lutate Rufum electum in domino &
matrem eius & meam. Salutate Aſyn
critum,Phlegōtem,Hermen, Patro/

bam, Herman: & qui cũ eis ſunt, fra-
tres. Salutate Philologum & Iuliam,
Nereum & ſororẽ eius & Olympam:
& omnes qui cum eis ſunt, ſanctos.
C Salutate inuicem in oſculo ſancto. Sa
lutant vos omnes eccleſiæ CHRI-
STI. Rogo autem vos fratres vt ob- Phil.4.d
ſeruetis eos qui diſſenſiones & offen
dicula præter doctrinam quã vos di-
diciſtis faciũt: & declinate ab illis. Hu
iuſmodi enim CHRISTO domino
noſtro non ſeruiunt, ſed ſuo vẽtri: &
per dulces ſermones & benedictiões,
ſeducunt corda innocentium. Veſtra
enim obedientia, in omni loco diuul
gata eſt. Gaudeo igitur in vobis. Sed
volo vos ſapiẽtes eſſe in bono: & ſim
plices in malo. Deus autem pacis cõ-
terat ſatanam ſub pedibus veſtris ve-
D lociter. Gratia domini noſtri IESV
CHRISTI vobiſcum. Salutat vos Act.16.a
Timótheus adiutor meus: & Lucius,
& Iaſon, & Soſipater cognati mei. Sa
luto vos ego Tertius qui ſcripſi epi-
ſtolam in domino. Salutat vos Ca-

ius hoſpes meus & vniuerſę eccleſię.
Salutat vos Eraſtus arcarius ciuitatis,
& Quartus frater. Gratia domini no
ſtri IESV CHRISTI cum omni-
bus vobis. Amen. Ei autē qui potens
eſt vos confirmare iuxta euangelium
meū & prædicationē IESV CHRI
STI, ſecundum reuelationem myſte
rij, temporibus æternis taciti (quod
nunc patefactū eſt per ſcripturas pro
phetarum ſecūdum præceptū æterni
dei ad obeditionem fidei) in cunctis
gentibus cogniti, ſoli ſapiēti deo per
IESVM CHRISTVM, cui honor
& gloria in ſecula ſeculorū. AMEN.

AD ROMANOS MISSA FVIT
à Corintho per Phœben miniſtrā
Cenchrenſis eccleſiæ.

EPISTOLA PAVLI AD CORINTHIOS PRIMA.

A PAulus vocatus apoſtolus IESV CHRISTI, per voluntatẽ dei, & Soſthenes frater eccleſiæ dei quæ eſt Corinthi, ſanctificatis in CHRISTO IESV, vocatis ſanctis cum omnibus qui inuocãt nomẽ domini noſtri IESV CHRISTI in omni loco ipſorũ & noſtro, gratia vobis & pax à deo patre noſtro & domino IESV CHRISTO. Gratias ago deo meo ſemper pro vobis, in gratia dei quæ data eſt vobis in CHRISTO IESV, ꝙ in omnibus diuites facti eſtis in illo, in omni verbo & in omni ſcientia, ſicut teſtimonium CHRISTI confirmatũ eſt in vobis, ita vt nihil vobis deſit in vlla gratia, expectantibus reuelationẽ do

mini noſtri IESV CHRISTI, qui
& confirmabit vos vſq; in finem ſine
crimine, in die aduentus domini no/
I.theſ.5.d ſtri IESV CHRISTI. Fidelis de⁹: B
per quem vocati eſtis in ſocietatẽ fi/
lij eius IESV CHRISTI domini
noſtri. Obſecro autem vos fratres, per
nomẽ domini noſtri IESV CHRI
Rom.15.b STI, vt idipſum dicatis omnes, &
non ſint in vobis ſchiſmata: ſitis autẽ
perfecti eadem mente, & eadem ſen/
tentia. Significatũ eſt enim mihi de vo
bis fratres mei, ab ijs qui ſunt Chloes,
ꝙ contentiones ſunt inter vos. Hoc
Act.18.f autem dico quod vnuſquiſq; veſtrũ
dicit, Ego quidem ſum Pauli, ego au/
tem Apollo, ego vero Cephę: ego au
tem CHRISTI. Diuiſus eſt CHRI
STVS? Nunquid Paulus crucifixus D
eſt pro vobis, aut in nomine Pauli ba
ptizati eſtis? Gratias ago deo, ꝙ nemi
nem veſtrum baptizaui, niſi Criſpum
& Caium: ne quis dicat quòd in no/
mine meo baptizati eſtis. Baptizaui C
autem & Stephanę domum. Cęterũ.

neſcio ſi quem alium baptizauerim.
Non enim miſit me CHRISTVS
baptizare, ſed euangelizare: non in ſa
pientia verbi, vt non euacuetur crux
CHRISTI. Verbũ enim crucis, pe-
reuntibus quidem ſtultitia eſt: iis au-
tem qui ſalui fiunt, dei virtus eſt. Scri
ptum eſt enim, Perdam ſapiẽtiam ſa-
pientium: & prudentiam prudẽtium Eſa. 29.c
reprobabo. Vbi ſapiẽs? vbi ſcriba? vbi Abd. 1.c
conquiſitor huius ſeculi? Nónne ſtul- Eſa. 33.c
tam fecit deus ſapientiam huius mũ-
di? Nam quia in dei ſapientia non co-
gnouit mũdus per ſapientiam deum:
placuit deo per ſtultitiam prędicatio-
nis, ſaluos facere credentes. Quo-
niam & Iudæi ſigna petunt, & Græ-
ci ſapientiam quærunt: nos autẽ præ
D dicamus CHRISTVM crucifi-
xum, Iudæis quidem ſcandalum, gẽ
tibus autem ſtultitiam: ipſis autẽ vo
catis Iudæis atque Græcis CHRI-
STVM dei virtutem & dei ſapien-
tiam. quia quod ſtultum eſt dei, ſapi-
entius eſt hominibus: & quod infir-

mum eſt dei, fortius eſt hominibus.
Videtis enim vocationem veſtrā fra-
tres: q̄ non multi ſapientes ſecūdum
carnem, non multi potentes, nō mul
ti nobiles: ſed quæ ſtulta ſunt mundi
elegit deus, vt cōfundat ſapientes: & B
infirma mundi elegit deus, vt cōfun-
dat fortia: & ignobilia mundi & con
temptibilia elegit deus, & ea quę non
ſunt, vt ea quę ſunt deſtrueret: vt non
glorieť omnis caro in cōſpectu eius.
Ex Ipſo autē vos eſtis in CHRISTO
IESV, qui factus eſt nobis ſapiētia à
deo, & iuſtitia & ſanctificatio & redē
Hiere.9.g ptio: vt (quēadmodum ſcriptum eſt)
2.cor.10.d Qui gloriatur, in domino glorietur.

CAPVT II.

ET ego cū veniſſem ad vos A
fratres: veni non in ſubli-
mitate ſermonis aut ſapiē
tiæ, annuntians vobis teſti C
monium dei. Non enim iudicaui me
ſcire aliquid inter vos: niſi IESVM
CHRISTVM, & hunc crucifixum.
Et ego in infirmitate & timore & tre

more multo, fui apud vos. & ſermo
meus & prædicatio mea non in per-
ſuaſorijs humanę ſapiētię verbis, ſed
in oſtenſione ſpiritus & virtutis: vt
fides veſtra non ſit in ſapientia homi
B num, ſed in virtute dei. Sapientiā au-
tem loquimur inter perfectos, ſapien
tiam vero, nō huius ſeculi, neq; prin
cipum huius ſeculi qui deſtruuntur:
ſed loquimur dei ſapientiam in my-
ſterio, quæ abſcondita eſt, quam præ
ordinauit deus ante ſecula in gloriā
noſtram, quam nemo principum hu
ius ſeculi cognouit. ſi enim cognouiſ
ſent: nequaquā dominum gloriæ cru
cifixiſſent. Sed ſicut ſcriptum eſt, Ocu
lus nō vidit, nec auris audiuit, nec in Eſa. 64. b
cor hominis aſcenderunt, quæ prępa
rauit deus ijs qui diligunt illum: no-
bis autem reuelauit deus per ſpiritū
C ſuum. ſpiritus enim omnia ſcrutatur:
etiam profunda dei. Quis enim ho-
minum ſcit quę ſunt hominis, niſi ſpi
ritus hominis, qui in ipſo eſt? Ita, &
quę dei ſunt nemo cognouit: niſi ſpi-

ritus dei. Nos autem non ſpiritum
mundi accepimus, ſed ſpiritum qui
ex deo eſt: vt ſciamus quæ à deo do-
nata ſunt nobis. quę & loquimur nō
in doctis humanæ ſapientiæ verbis:
ſed in doctrina ſpiritus ſancti, ſpiri-
tualibus ſpiritualia cōparantes. Ani- D
malis autem homo non percipit ea
quę ſunt ſpiritus dei. ſtultitia enī ſunt
illi, & non poteſt intelligere: quia ſpi
ritualiter examinātur. Spiritualis au-
Eſa.40.d tem dijudicat omnia: & ipſe à nemi-
Sapi.9.c ne dijudicatur, Quis enim cognouit
Ro.11.d mentē domini, qui inſtruat eū? Nos
autem mentē CHRISTI tenemus.

CAPVT III.

ET ego fratres non potui vo- A
bis loqui quaſi ſpiritualib9
ſed quaſi carnalibus. Tanq̄
paruulis in CHRISTO,
lac vobis potū dedi, non eſcam, non-
dum enim poteratis: ſed ne nūc qui-
dem poteſtis, adhuc enim carnales e-
ſtis. Cum enim ſit inter vos zelus &
contentio & diſſenſiones, nónne car-

nales eſtis,& ſecundum hominē am-
B bulatis? Cum enim quis dicat, Ego
quidem ſum Pauli,alius autem,Ego
Apollo: nónne carnales eſtis? Quis
igit̄ eſt Paulus? Quis vero Apollos?
niſi miniſtri per quos credidiſtis, &
vnicuique ſicut dominus dedit. Ego
plātaui, Apollos rigauit:ſed deus in-
crementum dedit. Itaq; neq; qui plā
tat eſt aliquid, neq; qui rigat: ſed qui
incrementum dat, deus. Qui autem
plātat & qui rigat, vnum ſunt. Vnuſ-
quiſq; autem propriam mercedē ac- Pſal.61.d
cipiet ſecundum ſuum laborem. Dei Gala.6.b
enim ſumus cooperarij. Dei agricul-
tura: dei ædificatio eſtis. Secundum
gratiam dei quæ data eſt mihi, vt ſa-
piens architectus fundamentum po-
C ſui:alius autem ſuperædificat. Vnuſ-
quiſque autem videat quomodo ſu-
perædificet. Fundamentum enim a-
liud nemo poteſt ponere, præter id
quod poſitum eſt:quod eſt CHRI-
STVS IESVS. Si quis autem ſu-
perędificat ſuper fundamentum hoc,

aurum,argentum,lapides precioſos,
ligna,fœnum,ſtipulam: vniuſcuiuſq;
opus manifeſtum erit. Dies enim de-
clarabit:quia in igne reuelatur.& vni
uſcuiuſq; opus quale ſit, ignis proba-
bit. Si cuius opus manſerit quod ſu-
perædificauit: mercedem accipiet. Si
cuius opus arſerit:detrimentū patie-
tur. Ipſe autem ſaluus erit:ſic tamen
quaſi per ignem.Neſcitis ꝙ templum D
dei eſtis:& ſpiritus dei habitat in vo-
bis? Si quis templum dei violauerit:
diſperdet illum deus. Templū enim
Infra.6.d dei ſanctū eſt: quod eſtis vos. Nemo
2.cor.5.c ſe ſeducat.Si quis videtur inter vos ſa
piens eſſe in hoc ſeculo:ſtultus fiat vt
ſit ſapiens. Sapientia enim huius mū-
di:ſtultitia eſt apud deum. Scriptum
eſt enim, Qui comprehendit ſapien-
Iob.5.c tes in aſtutia eorū. Et iterum, Domi-
nus nouit cogitationes ſapiētium,ꝙ
Pſal.93.b vanæ ſunt.Nemo itaque glorietur in
hominibus.Omnia enim veſtra ſunt:
ſiue Paulus, ſiue Apollos, ſiue Ce-
phas,ſiue mūdus,ſiue vita,ſiue mors,
ſiue

ſiue præſentia; ſiue futura. Omnia ve
ſtra ſunt: vos autem CHRISTI.
CHRISTVS autem dei.

CAPVT IIII.

A SIc nos æſtimet homo, vt miniſtros CHRISTI, & diſpéſatores myſteriorum dei. Quod autem ſupereſt, quæritur inter diſpenſatores: vt fidelis quis inueniatur. Mihi auté pro minimo eſt, vt à vobis iudicer, aut ab humano die. ſed neq; meipſum iudico. Nihil enim mihi conſcius ſum: ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Qui auté iudicat me: dominus eſt. Itaq; nolite ante tempus iudicare quoaduſq; veniat dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum: & manifeſtabit conſilia cordiũ: & tunc laus erit vni- 1.cor.6.a
B cuiq; à deo. Hæc autem fratres trãſfiguraui in meipſum & in Apollo propter vos: vt in vobis diſcatis, non ſupra quàm ſcriptũ eſt, ſentire. ne vnus aduerſus alteŗ infletur pro alio. Quis enim te diſcernit? Quid auté habes,

quod non accepiſti? Si autem accepi-
ſti: quid gloriaris quaſi nō acceperis?
Iam ſaturati eſtis, iam diuites facti
eſtis: ſiue nobis regnaſtis, & vtinā re-
gnetis: vt & nos vobiſcū regnemus.
Puto enim quòd deus nos apoſtolos
nouiſſimos oſtendit: tanquam morti
deſtinatos. quia ſpectaculum facti ſu-
mus mūdo, & angelis & hominibus.
nos ſtulti propter CHRISTVM:
vos autē prudentes in CHRISTO.
nos infirmi: vos autē fortes. vos nobi C
les: nos autem ignobiles. Vſq; in hāc
horam & eſurimus, & ſitimus, & nu-
Act.20.g di ſumus, & colaphis cædimur, & in-
1.theſ.2.b ſtabiles ſumus, & laboramus operan
2.theſ.3.b tes manibus noſtris. maledicimur: &
benedicimus. perſecutionē patimur:
& ſuſtinemus. blaſphemamur: & ob-
ſecramus. tanquam purgamēta mun
di facti ſumus omnium peripſema vſ
que adhuc. Non vt confundam vos, D
hæc ſcribo: ſed vt filios meos chariſſi-
mos moneo. Nam & ſi decem millia
pædagogorum habeatis in CHRI-

B STO: ſed nõ multos patres. Nam in
CHRISTO IESV, per euangeliũ
ego vos genui. Rogo ergo vos, imi-
tatores mei eſtote. Ideo miſi ad vos
Timótheum, qui eſt filius meus cha-
riſſimꝰ & fidelis in domino: qui vos
cõmonefaciet vias meas quæ ſunt in
CHRISTO IESV, ſicut vbiq; in
omni eccleſia doceo. Tanquam non
venturus ſim ad vos, inflati ſunt qui-
C dam. Veniam autẽ ad vos cito, ſi do-
minus voluerit: & cognoſcam nõ ſer
monem eorũ qui inflati ſunt, ſed vir-
tutẽ. Non enim in ſermone eſt regnũ
dei: ſed in virtute. Quid vultis? in vir
ga veniam ad vos: an in charitate, &
ſpiritu manſuetudinis?

CAPVT V.

A Mnino auditur inter vos
fornicatio: & talis fornica
tio, qualis nec inter gẽtes
nominatur, vt vxorem pa
C tris ſui aliquis habeat. Et vos inflati
eſtis: & non magis luctum habuiſtis,
vt tollatur de medio veſtrũ qui hoc

Coloſ. 2. a opus fecit. Ego quidem abſens cor- B
pore, præſens autem ſpiritu, iam iudi
caui vt præſens, eũ qui ſic hoc opera-
tus eſt, in nomine domini noſtri IE-
SV CHRISTI, congregatis vobis
& meo ſpiritu, cũ virtute domini no-
Gala. 5. b ſtri IESV tradi ſatanę in interitũ car
nis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die domi-
ni IESV. Non eſt bona gloriatio ve- A
ſtra. Neſcitis ꝙ modicum fermẽtum,
totam maſſam corrũpit? Expurgate C
vetus fermentum, vt ſitis noua con-
ſperſio, ſicut eſtis azymi. Etenim pa-
ſcha noſtrũ pro nobis immolatus eſt
CHRISTVS. Itaq; epulemur non
in fermento veteri, neq; in fermento
malitię & nequitię, ſed in azymis ſyn
ceritatis & veritatis. Scripſi vobis per
epiſtolam, Ne commiſceamini forni
carijs, & non omnino fornicarijs hu- B
ius mundi, aut auaris, aut rapacibus,
aut idolis ſeruientibus: alioquin de-
bueratis de hoc mundo exiſſe. Nunc D
autem ſcripſi vobis, non cõmiſceri. ſi
is qui frater nominatur, eſt fornica-

tor,aut auarus,aut idolis ſeruiēs,aut
maledicus,aut ebrioſus,aut rapax:cũ
eiuſmodi nec cibũ ſumere. Quid enĩ
mihi de ĳs qui foris ſunt iudicare?
Nonne de ĳs qui intus ſunt vos iudi
catis?nam eos qui foris ſunt:deus iu-
dicabit.Auferte malũ ex vobiſipſis.

CAPVT VI.

A Vdet aliquis veſtrum ha-
bens negotium aduerſus
alterum,iudicari apud ini
quos,& non apud ſãctos?
An neſcitis φ ſancti mundum iudica-
bunt? Et ſi per vos iudicatur mũdus:
indigni eſtis qui de minimis iudice-
tis? Neſcitis φ angelos iudicabimus?
quanto magis ſecularia?Secularia igĩ
tur iudicia ſi habueritis:cõtemptibi-
les qui ſunt in eccleſia,illos cõſtituite
B ad iudicandum.Ad verecundiam ve-
ſtram dico. Sic nõ eſt inter vos ſapiẽs
quiſquã:qui poſſit iudicare inter fra-
trem ſuum & fratrem?Sed frater cum
fratre iudicio contendit:& hoc apud
infideles. Iam quidem omnino deli-

ctum eſt in vobis, quòd iudicia habe-
tis inter vos. Quare non magis iniu-
riam accipitis? quare non magis frau
dem patimini? Sed vos iniuriã facitis
& fraudatis: & hoc fratribus. An neſci
tis ꝙ iniqui regnum dei non poſſide-
bunt? Nolite errare. Neq; fornicarij,
neq; idôlis ſeruientes, neq; adulteri,
neq; molles, neq; maſculorum con- A
cubitores, neq; fures, neq; auari, neq;
ebrioſi, neq; maledici, neque rapaces
regnum dei poſſidebunt. Et hæc qui- C
dam fuiſtis: ſed abluti eſtis, ſed ſancti-
ficati eſtis, ſed iuſtificati eſtis in nomi
ne domini IESV CHRISTI & in
Infra.10.e ſpiritu dei noſtri. Omnia mihi licent:
Eccli.37.d ſed nõ omnia expediũt. Omnia mihi A
licent: ſed ego ſub nullius redigar po
teſtatem. Eſcæ ventri, & venter eſcis:
deus autẽ, & hunc & has deſtruet. cor B
pus autem non fornicationi, ſed do-
mino: & dominus corpori. deus vero
& dominum ſuſcitauit: & nos ſuſcita
bit per virtutem ſuam. Neſcitis ꝙ cor D
pora veſtra: mẽbra ſunt CHRISTI?

Tollens ergo membra CHRISTI: faciam membra meretricis? Abſit. An neſcitis quòd qui adhæret meretrici, vnũ corpus efficitur? Erunt enim (inquit) duo in carnem vnam. Qui autẽ adhęret domino: vnus ſpiritus eſt. Fugite fornicationem. Omne enim peccatum quodcũq; fecerit homo: extra corpus eſt. qui autẽ fornicatur: in corpus ſuum peccat. An neſcitis ꝙ corpora veſtra, templum eſt ſpiritus ſancti qui in vobis eſt, quem habetis à deo, & non eſtis veſtri? Empti enim eſtis pretio. Glorificate deũ in corpore veſtro: & in ſpiritu veſtro quæ ſunt dei.

Geñ. 2.b Mat. 19.a Mar. 10.a Ephe. 5.g Supra. 3.d 2.cor. 6.c Infra. 7.d 1. Pet. 1.d

CAPVT VII.

A DE quibus autem ſcripſiſtis mihi, Bonum eſt homini mulierẽ non tangere. propter fornicationes autem, vnuſquiſq; ſuam vxorem habeat, & vnaquæq; ſuum virum habeat. Vxori vir debitum reddat: ſimiliter autẽ & vxor viro. Vxor, ſui corporis poteſtatem non habet, ſed vir. Similiter autẽ

1. Pet. 3.b

& vir, ſui corporis poteſtatem nõ ha
bet:ſed vxor. Nolite fraudare inuicẽ:
niſi forte ex cõſenſu ad tempus, vt va
cetis ieiunio & orationi. & iterum in
vnum conueniatis:ne tentet vos ſa/
tanas propter incõtinentiam veſtrã.
Hoc autem dico ſecundum indulgen B
tiam:non ſecũdum imperium. Volo
enim omnes homines eſſe ſicut me/
ipſum. ſed vnuſquiſq; proprium do/
num habet ex deo: alius quidem ſic,
alius vero ſic. Dico autem nõ nuptis
& viduis: bonum eſt illis, ſi ſic permã
ſerint ſicut & ego. Quòd ſi non ſe cõ
tinent: nubant. melius eſt enim nube/
re, quàm vri. Iis autem qui matrimo
nio iuncti ſunt, præcipio, nõ ego, ſed
Mat.5.c dominus, Vxorem à viro non diſce/
&.19.b dere: q̃ ſi diſceſſerit, manere innuptã:
Mar.10.b aut viro ſuo reconciliari. Et vir vxo/
Luc.16.d rem non dimittat. Nam cæteris, ego
dico, nõ dominus, Si quis frater vxo
rem habet infidelem, & hæc cõſentit
habitare cum illo: nõ dimittat illam.
Et ſi qua mulier habet virum infide/ C

lem, & hic cõſentit habitare cum illa:
non dimittat virum. ſanctificatus eſt
enim vir infidelis per vxorem. & ſan
ctificata eſt vxor infidelis per virum.
alioquin filij veſtri immundi eſſent:
nunc autem ſancti ſunt. Quòd ſi infi-
delis diſcedit, diſcedat. non enim ſer-
uituti ſubiectus eſt frater, aut ſoror in
huiuſmodi. in pace autẽ vocauit nos
deus. Quid enim ſcis mulier, ſi virũ
ſaluum facies? aut quid ſcis vir, ſi mu
lierem ſaluã facies? niſi vnicuiq; ſicut
diuiſit dominus. Vnũquéq; ſicut vo-
cauit deus, ita ambulet; & ſic in om-
nibus eccleſijs doceo. Circunciſus ali
quis vocatus eſt? non adducat prępu
tiũ. In præputio aliquis vocatus eſt?
D non circuncidatur. Circunciſio nihil
eſt, & præputium nihil eſt: ſed obſer-
uatio mãdatorum dei. Vnuſquiſq; in Ephe.4.a
qua vocatione vocatus eſt: in ea per-
maneat. Seruus vocatus es? nõ ſit tibi
curæ. ſed & ſi potes fieri liber: magis
vtere. Qui enim in domino vocatus
eſt ſeruus, libertus eſt domini. Simi-

liter qui liber vocatus eſt, ſeruus eſt
Supra.6.d CHRISTI. Pretio empti eſtis:no/
1.Pet.1.d lite fieri ſerui hominum. Vnuſquiſq; E
ergo ĩ quo vocatus eſt, fratres: in hoc
maneat apud deũ. De virginibus au/
tem præceptum domini non habeo:
conſilium autem do, tanquam miſe/
ricordiã conſecutus à domino, vt ſim
fidelis. Exiſtimo enim hoc bonũ eſſe
propter præſentem neceſſitatẽ: quo/
niam bonum eſt homini ſic eſſe. Alli/
gatus es vxori? noli quærere ſolutio/
nem. Solutus es ab vxore? noli quæ/
rere vxorem. Si autem acceperis vxo
rem: nõ peccaſti. Et ſi nupſerit virgo:
non peccauit. tribulationẽ tamen car
nis habebunt huiuſmodi. Ego autem
vobis parco. Hoc itaq; dico fratres. tẽ
pus breue eſt. reliquum eſt: vt qui ha/
bent vxores, tanquam non habentes
ſint. & qui flent: tanquam nõ flentes.
& qui gaudent: tanquam non gauden
tes. & qui emunt: tanquam non poſſi
dentes, & qui vtuntur hoc mũdo: tan
quã non vtantur: præterit enim figu/ F

ſa huius mundi. Volo autem vos ſine
ſolicitudine eſſe. Qui ſine vxore eſt:
ſolicitus eſt quę domini ſunt, quomo
do placeat deo. Qui autē cum vxore
eſt: ſolicitus eſt quæ ſunt mundi, quo
modo placeat vxori. & diuiſus eſt. Et
mulier innupta & virgo, cogitat quę
domini ſunt: vt ſit ſancta & corpore
& ſpiritu, Quæ autem nupta eſt, cogi
tat quæ ſunt mundi: quomodo pla-
ceat viro. Porrò hoc ad vtilitatē ve-
ſtram dico: non vt laqueū vobis inij-
ciam, ſed vt id quod honeſtum eſt, ſe-
quamini: & quod facultatem prębeat
ſine impedimēto domino ſeruiendi.
G Si quis autem turpem ſe videri exiſti
mat ſuper virgine ſua, ꝙ ſit ſuperadul
ta, & ita oportet fieri, quod vult faci-
at, non peccat, ſi nubat. Nā qui ſtatuit
in corde ſuo firmus, non habens ne-
ceſſitatem, poteſtatem autem habens
ſuæ volūtatis, & hoc iudicauit in cor
de ſuo, ſeruare virginē ſuam: bene fa-
cit. Igitur & qui matrimonio iungit
virginem ſuam: bene facit, & qui non

Rom.7.a iūgit melius facit. Mulier alligata eſt
legi quanto tēpore vir eius viuit. ꝙ ſi
dormierit vir eius: libera ē vt cui vult
nubat: tantū in domino. Beatior autē
eſt, ſi ſic permanſerit ſecundum meū
conſilium. Puto autem quòd & ego
ſpiritum dei habeam.

CAPVT VIII.

DE ijs autem quæ idôlis im- A
molantur, ſcimus ꝙ om-
nes ſcientiā habemus. Sciē
tia inflat: charitas vero ędi
ficat. Si quis autē ſe exiſtimat ſcire ali
quid: nondum quicquam nouit quē-
admodum oporteat ſcire. Si quis au-
tem diligit deum: hic cognitus eſt ab
eo. De eſu igitur eorū quæ idôlis im- B
molantur, ſcimus quòd nihil eſt idô-
lum in mundo, & ꝙ nullus eſt deus
alius niſi vnus. Nam & ſi ſunt qui di-
cantur dij, ſiue in cœlo, ſiue in terra
(ſiquidem ſunt dij multi, & domini
multi) nobis tamē vnus deus pater,
ex quo omnia & nos in illū, & vnus
dominus IESVS CHRISTVS per

quę omnia, & nos per ipſum: ſed non
A in omnibus eſt ſcientia. Quidam au-
tem cum conſcientia idôli vſq; nunc
quaſi idolothytum manducant: & cō-
ſcientia ipſorum cum ſit infirma, pol
luitur. Eſca autem nos non cōmendat
C deo. Neq; enim ſi manducauerimus,
abundabimus: neq; non ſi manduca-
uerimus, deficiemus. Videte autē nē
forte hæc licentia veſtra, offendiculū
fiat infirmis. Si enim quis viderit te
qui habes ſcientiam, in idolio recum-
bentem: nōnne conſcientia eius qui
infirmus eſt, ædificabitur ad mandu- Rom. 14. c
D candum idolothyta? Et peribit infir-
mus in tua conſcientia frater, propter
quem CHRISTVS mortuus eſt?
Sic autem peccātes in fratres: & per-
cutientes conſcientiam eorum infir-
mam: in CHRISTVM peccatis. Rom. 14. d
Quapropter ſi eſca ſcandalizat fra-
trem meum: non mādúcabo carnem
in æternum, ne fratrem meum ſcan-
dalizem.

CAPVT IX.

NOn ſum liber? Non ſum A
apoſtolus? Nónne CHRI
STVM IESVM domi-
num noſtrũ vidi? Nónne
opus meum vos eſtis in domino? Et
ſi alijs non ſum apoſtolus: ſed tamen
vobis ſum. nam ſignaculum apoſto-
latus mei vos eſtis in domino. Mea
defenſio apud eos qui me interrogãt,
hæc eſt, Nunquid non habemus pote
ſtatem manducandi & bibendi? Nun-
quid non habemus poteſtatem ſoro-
rem mulierem circũducendi, ſicut &
cæteri apoſtoli & fratres domini, &
Cephas? Aut ego ſolus & Barnabas,
non habemus poteſtatẽ hoc operan-
di? Quis militat ſuis ſtipendijs vnq̃?
Quis plantat vineã: & de fructu eius
non edit? Quis paſcit gregem: & de la
cte gregis non mãducat? Nunquid ſe-
cundum hominẽ hæc dico? An & lex C
hæc non dicit? Scriptũ eſt enim in le-
Deu.25.a ge Moyſi, Non alligabis os boui tri-
1.Tim.5.c turanti. Nunquid de bobus cura eſt

deo? An propter nos vtiq; hoc dicit?
Nam propter nos ſcripta ſunt. quo-
niã debet in ſpe qui arat, arare: & qui
B triturat, ſpẽ ſuã participare in ſpe. Si Rom.15.f
nos vobis ſpiritualia ſeminauimus:
magnũ eſt ſi nos carnalia veſtra meta
mus? Si alij poteſtatis veſtræ partici-
pes ſunt: quare non potius nos? Sed
non vſi ſumus hac poteſtate: ſed om-
nia ſuſtinemus, ne quod offendiculũ
demus euangelio CHRISTI. Neſci Deu.18.a
tis ꝙ qui in ſacrario operãtur: quæ de
ſacrario ſunt edunt? & qui altari de-
ſeruiunt: cum altari participãt? Ita &
dominus ordinauit ijs qui euangeliũ
annunciant: de euangelio viuere. Ego
autem nullo horum vſus ſum. Non
autem ſcripſi hæc, vt ita fiat in me. Bo
num eſt enim mihi magis mori: q̃; vt
gloriam meam quis euacuet. Nam &
ſi euangelizauero: non eſt mihi glo-
C ria. neceſſitas enim mihi incumbit. vę
enim mihi eſt: ſi non euãgelizauero.
Si enim volens hoc ago: mercedẽ ha
beo. ſi autẽ inuitus: diſpenſatio mihi

credita eſt. Quę eſt ergo merces mea?
Vt euangelium prædicans: ſine ſum-
ptu ponam euagelium CHRISTI,
vt non abutar poteſtate mea in euan
gelio. Nam cum liber eſſem ex omni-
bus, omnium me ſeruum feci: vt plu-
res lucrifacerē. Et factus ſum Iudæis
tanquam Iudæus: vt Iudæos lucra- A
rer. ijs qui ſub lege ſunt: quaſi ſub le-
ge eſſem, vt eos qui ſub lege erant, lu D
crifacerē. ijs qui ſine lege erant, tanq̄;
ſine lege eſſem (cum ſine lege dei nō
eſſem: ſed in lege eſſem CHRISTI)
vt lucrifacerē eos qui ſine lege erant.
Factus ſum infirmis quaſi infirmus:
vt infirmos lucrifacerem. Omnibus
omnia factus ſum: vt omnino ali-
quos facerem ſaluos. Hoc autē facio
propter euāgelium: vt particeps eius
efficiar. Neſcitis ꝙ ij qui in ſtadio cur-
runt, omnes quidē currunt: ſed vnus
accipit brauium? Sic currite: vt cōpre B
hendatis. Omnis autem qui in agone
contendit: ab omnibus ſe abſtinet. &
illi quidem vt corruptibilē coronam
accipiant:

accipiant:nos autem incorruptibilē. Ego igitur ſic curro,nō quaſi in incertum:ſic pugno,non quaſi aerem verberás:ſed caſtigo corpus meū & in ſeruitutē redigo, ne quo modo cū alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar.

CAPVT X.

A NOlo autē vos ignorare fratres, ꝙ patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes mare trāſierunt. & omnes in Moyſen baptizati ſunt in nube & in mari. & omnes eandē eſcā ſpiritualē manducauerunt, & omnes eundem potum ſpiritualem biberūt: bibebant enim de ſpirituali, ſequente eos petra.petra autem erat CHRISTVS. Sed non in pluribus eorum, beneplacitum eſt deo. nam proſtrati ſunt in deſerto. Hæc autem figura noſtri fuerunt,vt non ſimus concupiſcē
B tes malorū,ſicut & illi concupierunt. neq; idololatræ efficiamini, ſicut qdā ex ipſis:quēadmodum ſcriptum eſt, Sedit populus manducare & bibere,

Nume.9.d
Exo.13.d
Exo.14.e
Exo.16.d
Exo.17.b
Nūe.20.b
Nūe.26.g
Exo.32.b

& ſurrexerunt ludere. neque fornice-
Nũe.25.b mur: ſicut quidam ex ipſis fornicati
Nũe.21.b ſunt, & ceciderunt vna die vigintitria
millia. neq; tẽtemus CHRISTVM:
Nũe.14.f ſicut quidam eorum tentauerũt, & à
judith.8.c ſerpentibus perierunt. neq; murmu- C
raueritis ſicut quidã eorum murmu-
rauerunt, & perierunt ab extermina-
tore. Hæc autẽ omnia, in figura con-
tingebant illis: ſcripta ſunt autem ad
correptionem noſtram, in quos, fines
ſeculorũ deuenerunt. Itaq; qui ſe exi-
ſtimat ſtare: videat ne cadat. Tẽtatio
vos nõ apprehendit, niſi humana. fi-
delis autem deus eſt, qui nõ patietur
vos tẽtari ſupra id quod poteſtis: ſed
faciet etiam cum tentatione euẽtum,
vt poſſitis ſuſtinere. Propter qđ cha-
riſſimi mihi, fugite ab idolorũ cultu-
ra. Vt prudentibus loquor: voſipſi iu-
dicate quod dico. Calix benedictio- D
nis cui benedicimus: nónne cõmuni-
catio ſanguinis CHRISTI eſt? Pa-
nis quẽ frangimus, nónne cõmunica-
tio corporis CHRISTI eſt? Quoniã

vnus panis, vnũ corpus multi ſum⁹. omnes enim de vno pane participa- mus. Videte Iſrael ſecũdum carnem. Nónne qui edunt hoſtias: participes
E ſunt altaris? Quid ergo dico? ꝙ idolũ ſit aliquid? aut ꝙ idolis immolatũ ſit aliquid? Sed quod quæ immolant gẽ tes: dæmonijs immolant, & nõ deo. Nolo autẽ vos ſocios fieri dęmonio- rum. Non poteſtis calicem domini bi bere, & calicem dæmoniorũ, non po- teſtis mẽſæ domini participes eſſe, & menſę dæmoniorũ. An prouocamus dñm? Nunquid fortiores illo ſumus? Omnia mihi licent, ſed nõ omnia ex- pediũt. omnia mihi licent, ſed nõ om
F nia ædificãt. Nemo quod ſuũ eſt quę- rat: ſed quod alterius. Omne quod in macello vænit: mãducate, nihil inter- rogantes propter cõſcientiã. Domini eſt terra & plenitudo eius. Si quis vo cat vos infideliũ, & vultis ire: omne quod vobis apponitur mãducate, ni- hil interrogãtes propter cõſcientiã. Si quis autẽ dixerit, Hoc immolatũ eſt

Supra. 6. c
Eccſi. 37. d
Pſal. 23. a

idôlis: nolite manducare propter illū
qui iudicauit, & propter conſcientiā. G
Domini enim eſt terra, & plenitudo
eius. conſcientiā autem dico non tuā,
ſed alterius. Vt quid enī libertas mea
iudicatur ab alia cōſcientia? Si ego cū B
gratia participo: quid blaſphemor ꝓ
Coloſ.3.c quo ego gratias ago? Siue ergo man-
ducatis, ſiue bibitis, vel aliud quid fa-
citis: omnia in gloriam dei facite. Si-
ne offenſione eſtote Iudæis & gen-
tibus, & eccleſiæ dei: ſicut & ego per
omnia omnibus placeo, nō quærens
quod mihi vtile eſt, ſed quod multis:
vt ſalui fiant.

CAPVT XI.

IMitatores mei eſtote: ſicut A C
& ego CHRISTI. Lau-
do autē vos fratres: quòd
omnia mea meminiſtis: &
ſicut tradidi vobis, præcepta mea te-
Ephe.5.e netis. Volo autem vos ſcire ꝙ omnis
viri caput, CHRISTVS eſt. caput
autē mulieris, vir. caput vero CHRI
STI, deus. omnis vir orans aut pro-

phetans velato capite: deturpat caput
ſuum. Omnis autem mulier orãs aut
prophetans nõ velato capite: detur-
pat caput ſuũ. vnum enim eſt & idẽ,
ac ſi decaluetur. Nam ſi non velatur
B mulier, etiam tondeatur. Si vero tur-
pe eſt mulieri tonderi aut decaluari:
veletur. Vir quidem non debet velare
caput, quoniam imago & gloria dei
eſt: mulier autem, gloria viri eſt. Non Gen. 2. d
enim vir ex muliere eſt: ſed mulier ex
viro. Etenim non eſt creatus vir pro-
pter mulierem: ſed mulier propter vi
rum. ideo debet mulier poteſtatẽ ha-
bere ſupra caput ſuum, propter ange-
los. Verũtamen neq; vir ſine muliere:
C neq; mulier ſine viro in domino. Nã
ſicut mulier de viro: ita & vir per mu
lierem: omnia autem ex deo. Voſipſi
iudicate: decet mulierem nõ velatam
orare deum? An non ipſa natura do-
cet vos; quòd vir quidẽ ſi comam nu
triat, ignominia eſt illi: mulier vero ſi
comam nutriat, gloria eſt illi? quoniã
capilli pro velamine ei dati ſunt. Si

quis autem videtur cōtentioſus eſſe:
nos talem conſuetudinem non habe/
mus,neq; eccleſiæ dei. Hoc autē prę/ D
cipiens non laudo, quòd non in me/
lius ſed in deterius conuenitis. Pri/
mum quidem conuenientibus vobis
in eccleſiam,audio ſciſſuras eſſe inter
vos, & ex parte credo. Nam oportet
& hæreſes in vobis eſſe: vt & qui pro
bati ſunt, manifeſti fiant in vobis. Cō
uenietibus ergo vobis in vnum: iam
non eſt dominicam cœnam mandu/
care. Vnuſquiſq; enim ſuam cœnam
præſumit ad manducandum Et alius
quidem eſurit: alius autem ebrius eſt.
Nunquid domos non habetis ad mā E
ducandum & bibendum? Aut eccle/
ſiam dei contemnitis: & confunditis
eos qui non habent? Quid dicam vo/
bis? Laudo vos? In hoc non laudo.
Ego enim accępi à domino quod &
Mat.26.c tradidi vobis,quoniam dominus IE
Mar.14.c SVS in qua nocte tradebatur,accępit
Luc.22.g panem: & gratias agens fregit, & di/
xit, Accipite, manducate: hoc eſt cor/

pus meum quod pro vobis frãgitur.
hoc facite in mei cõmemorationem.
Similiter & calicem, poſtq̃ cœnauit,
dicens, Hic calix nouum teſtamentũ
F eſt in meo ſanguine. Hoc facite, quo-
tieſcunq; bibetis, in mei cõmemora-
tionẽ. Quotieſcũq; enim manducabi
tis panem hunc, & calicẽ bibetis. mor
tem domini annuntiabitis, donec ve
niat. Itaq; quicũq; manducauerit pa- Ioan. 6. f
nem & biberit calicem domini indi-
gne: reus erit corporis & ſanguinis
domini. Probet autẽ ſeipſum homo:
& ſic de pane illo edat, & de calice bi-
G bat. Qui enim manducat & bibit indi
gne: iudicium ſibi manducat & bibit,
non dijudicans corpus domini. Ideo
inter vos multi infirmi & imbecilles:
& dormiũt multi. Quòd ſi noſmetip
ſos dijudicaremus: nõ vtiq; iudicare-
mur. Dum iudicamur autẽ à dño cor
ripimur, vt non cũ mundo dãnemur.
Itaq; fratres mei, cum conuenitis ad
manducãdum: inuicem expectate. Si
quis eſurit, domi manducet: vt nõ in

iudicium conueniatis. Cętera autem: cum venero, diſponam.

CAPVT XII.

De ſpiritualibus autem no- A
lo vos ignorare fratres. Sci
tis quòd gentes fuiſtis, ad
ſimulacra muta prout du
Mar.9.f cebamini euntes. Ideo notum vobis facio, q nemo in ſpiritu dei loquens, dicit anáthema IESVM. Et nemo po teſt dicere, dominum IESVM: niſi in ſpiritu ſancto. Diuiſiones vero do- norum ſunt: idem autem ſpiritus. Et diuiſiones miniſtrationū ſunt: idem autē dominus. Et diuiſiones opera- tionum ſunt: idē vero deus, qui ope- ratur omnia in omnibus. Vnicuique autem datur manifeſtatio ſpiritus, ad vtilitatem. Alij quidem, per ſpiritum
datur ſermo ſapientiæ. alij autem, ſer B
mo ſcientiæ, ſecundum eundem ſpi- ritum. alij fides, in eodem ſpiritu. alij dona ſanationum, in eodem ſpiritu. alij, operatio virtutū. alij, prophetia. alij, diſcretio ſpirituū. alij, genera lin-

guarum. alij, interpretatio ſermonũ. Hæc autẽ omnia operatur vnus atq; idem ſpiritus, diuidẽs ſingulis prout vult. Sicut enim corpus vnum eſt, & membra habet multa, omnia autem mẽbra corporis cum ſint multa, vnũ tamen corpus ſunt: ita & CHRI-STVS. Etenim in vno ſpiritu omnes nos in vnũ corpus baptizati ſumus, ſiue Iudæi, ſiue gẽtiles, ſiue ſerui, ſiue liberi: & omnes in vnum ſpiritũ potati ſumus. Nã & corpus non eſt vnũ membrum, ſed multa. Si dixerit pes. Quoniam non ſum manus, non ſum de corpore: num ideo non eſt de corpore? Et ſi dixerit auris, Quoniã non ſum oculus, nõ ſum de corpore: num ideo non eſt de corpore? Si totũ corpus oculus: vbi auditus? Si totum auditus: vbi odoratus? Nunc autem poſuit deus mẽbra vnũquodq; eorũ in corpore ſicut voluit. Quòd ſi eſſent omnia vnum mẽbrum, vbi corpus? Nunc autem multa quidem mẽbra: vnum autẽ corpus. Non poteſt autẽ

Rom. 12.
Ephe. 4. b

C

dicerẽ oculus manui, Opera tua non
indigeo. aut iterũ caput pedibus, Nõ
eſtis mihi neceſſarij. ſed multo magis
quę videntur membra corporis infir
miora eſſe: neceſſaria ſunt: & quæ pu
tamus ignobiliora membra eſſe cor/
poris: his honorem abundantiorẽ cir
cundamus. & quæ inhoneſta ſunt no
ſtra, abundantiorem honeſtatem ha/
bent. Honeſta autem noſtra: nullius D
egent. ſed deus contẽperauit corpus,
ei cui deerat abundantiorem tribuen
do honorẽ: vt non ſit ſchiſma in cor/
pore, ſed in idipſum pro inuicẽ ſolici
ta ſint membra. Et ſiue patitur vnum
membrum: cõpatiuntur omnia mẽ/
bra. ſiue glorificatur vnum mẽbrum:
congaudent omnia mẽbra. Vos autẽ
eſtis corpus CHRISTI, & membra
Ephe.4.c ex parte. Et quoſdam quidem poſuit
deus in eccleſia: primum apoſtolos,
ſecundo prophetas, tertio doctores,
deinde virtutes, exinde dona ſanatio/
num, opitulationes, gubernationes,
genera linguarum. Nunquid omnes

apoſtoli? nunquid omnes prophetæ?
nunquid omnes doctores? nunquid
omnes virtutes? nunquid omnes do
na habent ſanationum? nũquid om-
nes linguis loquuntur? nunquid om
nes interpretantur? Æmulamini autẽ
chariſmata potiora. Et adhuc his ex-
cellentiorẽ viam vobis demonſtro.

CAPVT XIII.

A SI linguis hominũ loquar &
angelorum, charitatẽ autem
non habeam, factus ſum æs
ſonans, aut cymbalum tin-
niens. Et ſi habuero prophetiã, & no-
uerim myſteria omnia, & omnẽ ſcien
tiam, & ſi habuero omnem fidem ita
vt montes transferam, charitatem au
B tem non habuero: nihil ſum. Et ſi di-
ſtribuero in cibos pauperum omnes
facultates meas, & ſi tradidero cor-
pus meum vt ardeam, charitatem au
tem nõ habuero: nihil mihi prodeſt.
Charitas patiens eſt, benigna eſt. Cha
ritas non æmulatur, non agit perpe-
ram, non inflatur, non agit inhoneſte,

non quęrit quæ ſua ſunt, nõ irritatur,
non cogitat malum: nõ gaudet ſuper
iniquitate, congaudet autem veritati:
omnia ſuffert, omnia credit, omnia C
ſperat, omnia ſuſtinet. Charitas nun/
quam excidit, ſiue prophetiæ euacua
buntur, ſiue linguę ceſſabũt, ſiue ſcië/
tia deſtruetur. Ex parte enim cogno/
ſcimus, & ex parte prophetamus. Cũ
autem venerit quod perfectũ eſt: eua
cuabitur quod ex parte eſt. Cũ eſſem D
paruulus, loquebar vt paruulus, ſa/
piebam vt paruulus, cogitabã vt par
uulus. Quando autẽ factus ſum vir:
euacuaui quæ erãt paruuli. Videmus
nunc per ſpeculum in ænigmate: tũc
autem, facie ad faciem. Nunc cogno/
ſco ex parte: tunc autem cognoſcam,
ſicut & cognitus ſum. Nunc autẽ ma
nent, fides, ſpes, charitas, tria hæc. ma
ior autem horum: eſt charitas.

CAPVT XIIII.

S Ectamini charitatẽ, ęmula A
mini ſpiritualia: magis au/
tem vt ꝓphetetis. Qui enĩ

loquitur lingua, non hominibus lo-
quitur, ſed deo: nemo enim audit, ſpi
ritu autem loquitur myſteria. nã qui
prophetat: hominibus loquitur ædi-
ficationem, & exhortationem, & cõ-
ſolationem. Qui loquitur lingua, ſe-
metipſum ædificat. qui autẽ prophe-
tat: eccleſiam ædificat. Volo autẽ om
nes vos loqui linguis: magis autem
prophetare. Nam maior eſt qui pro-
phetat, q̃ qui loquitur linguis: niſi in-
terpretetur vt eccleſia ædificationem
B accipiat. Nunc autẽ fratres, ſi venero
ad vos linguis loquens: quid vobis
prodero, niſi vobis loquar aut in re-
uelatione, aut in ſcientia, aut in pro-
phetia, aut in doctrina? Quin & quæ
ſine anima ſunt, vocem dantia, ſiue ti
bia, ſiue cithara: niſi diſtinctionem ſo
nis dederint, quomodo ſcietur, id qđ
tibia canitur, aut quod citharizatur?
Etenim ſi incertam vocem det tuba:
quis parabit ſe ad bellum? Ita & vos
per linguam niſi manifeſtum ſermo-
nem dederitis: quomodo ſcietur id

quod dicitur? Eritis enim in aera lo-
quentes. Tã multa vtputa genera lin
guarũ ſunt in mundo:& nihil ſine vo
ce eſt. Si ergo neſciero virtutẽ vocis: C
ero ei qui loquitur barbarus:& qui lo
quitur,mihi barbarus. Sic & vos,quo
niam æmulatores eſtis ſpirituum:ad
ædificationẽ eccleſiæ quęrite vt abun
detis. Et ideò qui loquit̃ lingua:oret
vt interpretetur. Nam ſi orẽ lingua:
ſpiritus meus orat, mens autem mea
ſine fructu eſt. Quid ergo eſt? Orabo
ſpiritu:orabo & mente. Pſallam ſpiri
tu:pſallã & mente. Cęterũ ſi benedi-
xeris ſpiritu:qui ſupplet locũ idiotæ,
quomodo dicet AMEN ſuper tuam
benedictionẽ? quoniam quid dicas,
neſcit. nam tu quidem bene gratias
agis:ſed alter non ædificatur. Gratias D
ago deo meo,ꝙ omnibus vobis ma-
gis linguis loquor. Sed in eccleſia vo
lo quinque verba ſenſu meo loqui,vt
& alios inſtruam:q̃ decẽ millia ver-
borum in lingua. Fratres,nolite pue-
ri effici ſenſibus, ſed malitia paruuli

eſtote,ſenſibus autem perfecti eſtote.
In lege eni ſcriptũ eſt, In alijs linguis Eſa. 28.c
& labijs alijs loquar populo huic: &
nec ſic exaudient me, dicit dominus.
Itaq; linguæ in ſignum ſunt nõ fide-
libus, ſed infidelibus: prophetia autẽ
non infidelibus, ſed fidelibus. Si ergo
conueniat vniuerſa eccleſia in vnum,
& omnes linguis loquantur, intrent
autem idiotæ aut infideles: nónne di
E cent ꝙ inſanitis? Si autẽ omnes pro-
phetent, intret autẽ quis infidelis vel
idiota: coarguitur ab omnibus, diju-
dicatur ab omnibus. & ſic occulta cor
dis eius manifeſta fiunt. & ita cadens
in faciem adorabit deum, pronũtians
quòd verè deus in vobis ſit. Quid er
go eſt fratres? Cum cõuenitis: vnuſ-
quiſqꝫ veſtrum pſalmũ habet, doctri-
nam habet, apocalypſin habet, linguã
habet, interpretationem habet: om-
nia ad ædificationem fiant. Siue lin-
gua quis loquitur: fiat per binos, aut
ad ſummum ternos, idque viciſſim:
& vnus interpretetur. Si autem non

fuerit interpres: taceat in eccleſia, ſibi
autē loquatur & deo. Prophetæ autē F
duo aut tres dicant, & cæteri dijudi-
cent. Quòd ſi alij reuelatum fuerit ſe
denti: prior taceat. Poteſtis enim om
nes ſingulatim prophetare: vt omnes
diſcant, & omnes conſolationē acci-
piant: & ſpiritus prophetarū, prophe
tis ſubiecti ſunt. Non enim eſt diſſen-
ſionis deus, ſed pacis: ſicut in omnib⁹
1.Tim.2.d eccleſijs ſanctorum. Mulieres veſtræ
in eccleſijs taceant, non enim permit
titur eis loqui, ſed ſubditas eſſe: ſicut
Geñ.3.c & lex dicit. Si quid autē volunt diſce
re: domi viros ſuos interrogent. Tur
pe eſt enim mulieri, loqui in eccleſia.
An à vobis verbum dei proceſſit? aut G
in vos ſolos peruenit? Si quis vide-
tur propheta eſſe, aut ſpiritualis: co-
gnoſcat quæ ſcribo vobis, ꝙ domini
ſunt mādata. Si quis autem ignorat:
ignoret. Itaq; fratres æmulamini pro
phetare: & loqui linguis, nolite pro-
hibere. Omnia autē, honeſte & ſecun-
dum ordinem fiant.

Caput

CAPVT XV.

NOtum auté vobis facio fra Gala.1.b
tres euãgelium,quod præ
dicaui vobis,quod & accę
piſtis, in quo & ſtatis,per
quod & ſaluamini, qua ratione præ/
dicauerim vobis ſi tenetis,niſi fruſtra
credidiſtis. Tradidi enim vobis in pri
mis quod & accępi:ꝙ CHRISTVS
mortuus eſt pro peccatis noſtris ſe/ Eſa.53.b
cundũ ſcripturas.& ꝙ ſepultus eſt,& Ionæ.2.a
ꝙ reſurrexit tertia die, ſecundum ſcri Oſee.6.a
pturas:& ꝙ viſus eſt Cephæ: & poſt Ioan.20.c
hoc vndecim. Deinde viſus eſt plusq̃;
quingẽtis fratribus ſimul: ex quibus
multi manent vſq; adhuc,quidã auté
dormierũt. Deinde viſus eſt Iacôbo. Act.9.a
deinde apoſtolis omnibꝰ. Nouiſſime
auté omniũ,tanq̃; abortiuo, viſus eſt Ephe.3.b
& mihi. Ego enim ſum minimus apo
ſtolorum·qui nõ ſum dignus vocari
apoſtolus, quoniã perſecutus ſum ec
cleſiam dei. Gratia auté dei ſum id qđ
ſum: & gratia eius in me vacua non
fuit,ſed abundãtius illis omnibus la/

boraui.nõ ego auté:ſed gratia dei quę
mecum eſt. Siue enim ego, ſiue illi ſic
prædicamus,& ſic credidiſtis. Si auté
CHRISTVS prędicaẽ ꝙ reſurrexit C
à mortuis:quomodo quidã dicũt in
vobis, ꝙ reſurrectio mortuorũm nõ
eſt? Si auté reſurrectio mortuorũ non
eſt:neq; CHRISTVS reſurrexit. Si
autéCHRISTVS nõ reſurrexit,ina
nis eſt prędicatio noſtra,inanis eſt &
fides veſtra.inuenimur auté & falſi te
ſtes dei:quoniã teſtimoniũ diximus
aduerſus deũ,ꝙ ſuſcitauerit CHRI-
STVM,qué non ſuſcitauit ſi mortui
non reſurgunt. Nam ſi mortui non re
ſurgunt:neq; CHRISTVS reſurre-
xit. Quòd ſi CHRISTVS nõ reſur-
rexit:vana eſt fides veſtra, adhuc eſtis
in peccatis veſtris.Ergo & qui dormie
runt in CHRISTO,perierunt. Si in
hac vita tantũ in CHRISTO ſperã-
tes ſumus:miſerabiliores ſumus om-
nibus hominibus.Nunc auté CHRI
Coloſ.1.c STVS reſurrexit à mortuis,primitię
Apoc.1.b dormientiũ:quoniam quidé per ho-

minem mors: & per hominẽ reſurre-
ctio mortuorũ. Sicut enim in Adam
omnes moriuntur, ita & in CHRI-
STO omnes viuificabuntur, vnuſ-
D quiſq; autẽ in ſuo ordine. Primitiæ,
CHRISTVS, deinde ij qui ſunt 1.theſ.4.d
CHRISTI, in aduentũ eius. Deinde
finis: cum tradiderit regnũ deo & pa
tri, cũ euacuauerit omnẽ principatũ
& poteſtatẽ & virtutẽ. Oportet enim Pſal.109.a
illũ regnare: donec ponat omnes ini- Hebr.1.d
micos ſub pedib⁹ ſuis. Nouiſſima au- &.10.c
tem inimica deſtruetur mors. Omnia Pſal.8.c
enim ſubiecit ſub pedibus eius. cũ au Hebr.2.d
tem dicat, Omnia ſubiecta ſunt ei: ſi-
ne dubio pręter eũ qui ſubiecit ei om
nia. Cum autem ſubiecta fuerint illi
omnia: tũc & ipſe filius ſubiectus erit
ei, qui ſubiecit ſibi omnia, vt ſit deus
omnia in omnibus. Alioquin quid fa
cient qui baptizantur pro mortuis, ſi
omnino mortui nõ reſurgũt? Vt quid
& baptizãtur pro illis? Vt quid & nos
periclitamur omni hora? Quotidie
morior per noſtrã gloriationem, quã

habeo in CHRISTO IESV domi
no noſtro. Si ſecūdum hominē ad be/
ſtias pugnaui Epheſi: quid mihi pro/
deſt, ſi mortui non reſurgūt? mandu/
Eſa. 22.a cemus & bibamus, cras enim morie/
Sapiē. 2.b mur. Nolite ſeduci. Corrumpūt mo/ E
Menander res bonos colloquia mala. Euigilate
iuſte: & nolite peccare. ignorantiam
enim dei quidā habent. Ad erubeſcen
tiam vobis loquor. Sed dicit aliquis:
Quomodo reſurgūt mortui? quali au
tem corpore venient? Inſipiens, tu qđ
ſeminas nō viuificatur, niſi moriatur.
Et quod ſeminas: nō corpus quod fu
turum eſt ſeminas, ſed nudū granū,
vtputa tritici, aut alicuius cæterorū.
Deus autē dat illi corpus ſicut vult: &
vnicuiq; ſeminū propriū corpus. Nō
omnis caro, eadē caro: ſed alia homi/
num, alia pecorū, alia autē volucriū,
alia piſciū. Et corpora cœleſtia, & cor
pora terreſtria: ſed alia quidem cœle/
ſtium gloria: alia autē terreſtriū. Alia F
claritas ſolis alia claritas lunę, & alia
claritas ſtellarum. Stella enim à ſtella

differt in claritate: ſic & reſurrectio mortuorũ. Seminatur in corruptiõe: ſurgit in incorruptione. Seminatur in ignobilitate: ſurgit in gloria. Seminať in infirmitate: ſurgit in virtute. Seminatur corpus animale: ſurgit corpus ſpirituale. Eſt corpus animale: eſt & corpus ſpirituale, ſicut ſcriptũ eſt, Factus eſt primus homo Adã in animã viuentẽ: nouiſſimus Adam in ſpiritũ viuificantẽ. ſed non prius qđ ſpirituale eſt, ſed quod animale: deinde quod ſpirituale. Primus homo de terra, terrenus: ſecundus homo ipſe dñs de cœlo. Qualis terrenus: tales & terreni. & qualis cœleſtis: tales & cœleſtes. Et ſicut portauimus imaginẽ terreni: portabimus & imaginẽ cœleſtis. Hoc aũt dico fratres, ꝙ caro & ſanguis regnũ dei poſſidere nõ poſſunt: neq; corruptio incorruptelã poſſidebit. Ecce my Gén.2.b
G ſteriũ vobis dico. Omnes quidem nõ dormiemus: ſed omnes immutabimur: in momento, in ictu oculi, in nouiſſima tuba: canet enim & mortui re

ſurgent incorrupti: & nos immutabi
mur. Oportet eni corruptibile hoc, in
duere incorruptionẽ; & mortale hoc,
induere ĩmortalitatẽ. Cum autẽ cor-
ruptibile hoc ĩduerit incorruptionẽ:
& mortale hoc induerit ĩmortalitatẽ:
Oſee. 13. d tunc fiet ſermo qui ſcriptus eſt, Abſor
Hebr. 2. d pta eſt mors in victoria. Vbi eſt ĩferne
victoria tua? Vbi eſt mors ſtimulus tu B
us? Stimulus aũt mortis, peccatũ eſt:
1. Ioã. 5. a virtus vero peccati, lex. Deo autẽ gra-
tia, qui dedit nobis victoriã per dñm
noſtrũ IESVM CHRISTVM. Itaq;
fratres mei dilecti ſtabiles eſtote, imo
biles, abũdantes in ope dñi ſemp: ſciẽ
tes quod labor veſter nõ eſt inanis ĩ dño.

CAPVT XVI.

DE collecta autẽ in ſanctos:
ſicut ordinaui eccleſijs Ga A C
latiæ, ita & vos facite. Per
vnã ſabbatorũ vnuſquiſq;
veſtrũ apud ſe ſeponat, recondens qđ
ei bene placuerit: vt nõ cum venero,
tũc collectæ fiant. Cum autẽ præſens
fuero: quos ꝓbaueritis per epiſtolas,

hos mittã perferre gratiam veſtrã in
Hieruſalé. Quòd ſi dignum fuerit vt
ego eam: mecũ ibũt. Veniamauté ad
vos: cũ Macedoniã pertrãſiero. nam
Macedoniã pertrãſibo. Apud vos au-
tem forſitã manebo, vel etiã hyema-
bo: vt vos me deducatis quocũq; ie-
ro. Nolo eñi vos modo in tranſitu vi
B dere. ſpero enim me aliquãtulũ tépo
ris manere apud vos: ſi dñs permiſe-
rit. Permanebo autem Epheſi vſq; ad
diem quinquageſimũ. Oſtium enim
mihi apertũ eſt magnũ & euidens, &
aduerſarij multi. Si aũt venerit Timó
theus: videte vt ſine timore ſit apud
vos. opus enim dñi operatur, ſicut &
ego. Ne quis ergo illũ ſpernat. dedu-
cite auté illũ in pace: vt veniat ad me.
C Expecto enim illũ cum fratribus. De
Apollo auté fratre, multũ rogaui eũ
vt veniret ad vos cũ fratribus. & vtiq;
nõ fuit volũtas vt nũc veniret. veniet
auté cũ ei vacuũ fuerit. Vigilate, ſtate
in fide, viriliter agite & cõfortamini:
omnia veſtra in charitate fiant. Obſe

cro autē vos fratres, Noſtis domum Stéphanæ, ꝙ ſunt primitię Achaię, & in miniſterium ſanctorū ordinauerūt ſeipſos: vt & vos ſubditi ſitis eiuſmodi, & omni cooperāti & laborāti. Gaudeo autem in præſentia Stéphanæ & Fortunati & Achaici: quoniā id quod vobis deerat, ipſi ſuppleuerūt. Refecerunt enim & meū ſpiritum & veſtrū. Cognoſcite ergo qui eiuſmodi ſunt. Salutant vos omnes eccleſię Aſię. Salutant vos in domino multū, Aquila & Priſcilla cū domeſtica ſua eccleſia. Salutant vos omnes fratres. Salutate D
inuicem in oſculo ſancto. Salutatio: mea manu Pauli. Si quis nō amat dominum IESVM CHRISTVM, ſit anáthema. maran atha. Gratia domini noſtri IESV CHRISTI vobiſcum. Charitas mea cū omnibus vobis in CHRISTO IESV. AMEN.

Ad Corinthios prior miſſa fuit è Philippis per Stephanam, Fortunatum, Achaicum, & Timotheum.

EPISTOLA PAVLI AD CORINTHIOS SECVNDA.

A Aulus apoſtolus IESV CHRISTI per volũtatem dei & Timótheus frater: eccleſiæ dei quę eſt Corinthi, cũ omnibus ſanctis qui ſunt in vniuerſa Achaia; gratia vobis & pax à deo patre noſtro, & domino IESV CHRISTO.

Benedictus deus & pater domini noſtri IESV CHRISTI, pater miſericordiarum & deus omnis conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra: vt poſſimus & ipſi conſolari eos qui in omni preſſura ſunt, per conſolationem qua conſolamur & ipſi à deo: quoniam ſicut abũdant paſſiones CHRISTI in nobis: Ephe.1.a 1.Pet.1.a
B ita & per CHRISTVM abundat & conſolatio noſtra. Siue autem tribu-

lamur pro veſtri conſolatione & ſalu
te, quæ operatur in tolerantia earun-
dem paſſionũ, quas & nos patimur.
ſiue conſolamur pro veſtri conſola-
tione & ſalute, & ſpes noſtra firma eſt
pro vobis: cum ſciamus ꝙ ſicut ſocij
paſſionum eſtis: ſic eritis & conſola-
tionis. Non enim volumus ignorare
vos fratres de tribulatiõe noſtra quæ
facta eſt nobis in Aſia, quoniã ſupra
modum grauati ſumus ſupra virtutẽ,
ita vt deſperaremus etiã viuere. Sed
ipſi, in nobiſipſis reſponſum mortis
habuimus, vt nõ ſimus fidentes in no
bis, ſed in deo qui ſuſcitat mortuos,
qui de tantis periculis nos eripuit &
eruit: in quem ſperamus quòd & ad-
huc eripiet, adiuuantibus & vobis in
oratione pro nobis: vt ex multis per-
ſonis, eius quæ in nobis eſt donatio-
nis, per multos gratiæ agãtur pro no
bis. Nam & gloria noſtra hæc eſt, teſti C
monium conſcientię noſtræ, quòd in
ſimplicitate, & ſynceritate dei, & non
in ſapientia carnali, ſed in gratia dei

conuerſati ſumus in hoc mundo, abũ
dantius autem apud vos. Non enim
alia ſcribimus vobis, quàm quæ legi-
tis & cognoſcitis. Spero enim ꝙ vſq;
in finem cognoſcetis: ſicut & cogno-
uiſtis nos ex parte, quòd gloria veſtra
ſumus, ſicut & vos noſtra in die do-
mini IESV. Et hac confidentia volui
prius venire ad vos, vt geminam grá
tiam haberetis: & per vos tranſire in
Macedoniã, & iterum à Macedonia
venire ad vos, & à vobis deduci in Iu
dæam. Cum ergo hoc voluiſſem, nũ-
quid leuitate vſus ſum? Aut quæ co-
gito, ſecundum carnem cogito, vt ſit
apud me Eſt Eſt, & Non Non? Fide-
lis autem deus, ꝙ ſermo noſter apud
vos, non fuit EST & NON. Dei enĩ
filius IESVS CHRISTVS, qui in
vobis per nos prædicatus eſt per me
& Syluanum & Timotheum, nõ fuit
EST & NON, ſed EST in illo fuit.
Quotquot enim ꝓmiſſiones dei, ſunt
in illo EST. & per ipſum amen, deo
ad gloriam per nos. Qui autem cõfic

mat nos vobiſcũ in CHRISTVM,
& qui vnxit nos,deus: qui & ſignauit
nos,& dedit pignus ſpiritus in cordi/
bus noſtris. Ego autem teſtem deum
inuoco in animam meam,quod par/
cens vobis,nondum veni Corinthũ.
non quòd dominemur fidei veſtræ:
ſed adiutores ſumus gaudij veſtri.Nã
fide ſtatis.

CAPVT II.

STatui autẽ hoc ipſum apud A
me,ne iterum in triſtitia ve
nirem ad vos. Si enim ego
cõtriſto vos:& quis eſt qui
me lætificet, niſi qui contriſtatur ex
me?Et hocipſum ſcripſi vobis:vt non
cum venero,triſtitiã habeam de qui/
bus oportuerat me gaudere:cõfidens
in omnibus vobis quia meũ gaudiũ,
omnium veſtrum eſt.Nam ex multa B
tribulatione & anguſtia cordis ſcripſi
vobis per multas lachrymas : non vt
contriſtemini, ſed vt ſciatis charita/
tem quam habeo abũdantius in vos.
Si quis autem contriſtauit: non me

contriſtauit,ſed ex parte, vt non one
rem omnes vos. Sufficit illi qui e-
iuſmodi eſt, obiurgatio hæc quæ fit
à pluribus:ita vt ecōtrario magis do
netis & conſolemini, ne forte abun-
datiori triſtitia abſorbeatur qui eiuſ-
modi eſt. Propter quod obſecro vos,
C vt cōfirmetis in illum charitatē. Ideo
enim & ſcripſi vobis: vt cognoſcā ex-
perimentum veſtrum an in omnibus
obedientes ſitis. Cui autē aliquid do-
natis, & ego. Nam & ego cui donaui,
ſi quid donaui: propter vos in perſo-
na CHRISTI, vt nō circūueniamur
à ſatana. non enim ignoramus cogi-
tationes eius. Cum veniſſem autem
Troadem propter euangeliū CHRI
STI & oſtium mihi apertum eſſet in
domino: non habui requiem ſpiritui
meo: eo quòd non inuenerim Titum
fratrem meū. ſed valefaciens eis, pro-
D fectus ſum in Macedoniā. Deo autem
gratia: qui ſemper triumphat nos in
CHRISTO IESV, & odorem no-
titiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni

loco, quia CHRISTI bonus odor ſumus deo: in ijs qui ſalui fiunt, & in ijs qui pereunt. alijs quidẽ odor mortis in mortem: alijs autem odor vitæ in vitam. Et ad hæc quis idoneus? Nõ enim ſumus (ſicut plurimi) adulterãtes verbũ dei, ſed ſicut ex ſynceritate, ſed ſicut ex deo corã deo, in CHRISTO loquimur.

CAPVT III.

INcipimus iterum noſmet ipſos cõmendare? Aut nunquid egemus (ſicut quidã) cõmendatitijs epiſtolis ad vos, aut ex vobis? Epiſtola noſtra vos eſtis, ſcripta in cordibus noſtris, quæ ſcitur & legitur ab omnibus hominibus: dum manifeſtatis quòd epiſtola eſtis CHRISTI, miniſtrata à nobis, inſcripta nõ atramẽto ſed ſpiritu dei viui: non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus. Fiduciã autẽ talem habemus per CHRISTVM ad deum, nõ ꝙ ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis quaſi ex nobis, A

Heb.4.d — B

ſed ſufficiẽtia noſtra ex deo eſt. qui & idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti: non literæ ſed ſpiritus. litera enim occidit: ſpiritus autem viuificat. Quòd ſi miniſtratio mortis literis deformata in lapidibus, fuit in gloria, ita vt non poſſent intendere filij Iſrael in faciem Moyſi, proter gloriã vultus eius, quæ euacuatur: quomodo nõ magis miniſtratio ſpiritus erit in gloria? nam ſi miniſtratio damnationis, in gloria eſt: multo magis abũ-
C dat miniſtratio iuſtitiæ in gloria. Nã nec glorificatum eſt quod claruit, in hac parte, propter excellentem gloriam. Si enim quod euacuatur, in gloria eſt: multo magis quod manet, in gloria eſt. Habentes igitur talẽ ſpem, multa fiducia vtimur: & non ſicut Moyſes ponebat velamen ſuper faciẽ ſuam, vt non intẽderent filij Iſrael in finẽ eius quod euacuatur, ſed obtuſi Exo. 34. d
D ſunt ſenſus eorum. Vſq; in hodiernũ enim diẽ, idipſum velamen in lectione veteris teſtamenti manet nõ reue-

latum(quoniã in CHRISTO eua-
cuatur)ſed vſq; in hodiernum diem,
cum legitur Moyſes, velamen poſitũ
eſt ſuper cor eorum. Cum autem cõ-
uerſi fuerint ad dominum: auferetur
Ioan.4.c velamen. Dominus autẽ ſpiritus eſt.
Vbi autẽ ſpiritus domini: ibi libertas.
Nos vero omnes, reuelata facie glo-
riam dominĩ ſpeculantes: in eandem
imaginem transformamur à claritate
in claritatẽ, tanq̃; à domini ſpiritu.

CAPVT IIII.

IDeo habẽtes hanc miniſtra A
tionem: iuxta quod miſeri
cordiam conſecuti ſumus,
non deficimus, ſed abdica-
uimus occultamenta dedecoris, non
ambulantes in aſtutia, neq; adulterã-
tes verbũ dei, ſed manifeſtatione ve-
ritatis cõmendantes noſmetipſos ad
omnem conſcientiam hominum co-
ram deo. Quòd ſi etiam opertum eſt
euangelium noſtrũ: in ijs qui pereunt
eſt opertum, in quibus deus huius ſe
culi excæcauit mentes infidelium: vt

non

non fulgeat illis illuminatio euange
lij gloriæ CHRISTI, qui eſt imago
B dei Non enim noſmetipſos prędica-
mus, ſed CHRISTVM IESVM
dominum:nos autem, ſeruos veſtros
propter IESVM. quoniam deus eſt
qui dixit de tenebris lucem ſplende-
ſcere, qui illuxit in cordibus noſtris
ad illuminationem ſcientię claritatis
dei, in facie CHRISTI IESV. Ha-
bemus autem theſaurum iſtum in va
ſis fictilibus: vt ſublimitas virtutis ſit
A dei, & non ex nobis. In omnibus tri-
bulationem patimur: ſed non angu-
ſtamur. aporiamur: ſed non deſtitui-
mur. perſecutionem patimur: ſed nõ
C derelinquimur. deijcimur, ſed nõ pe-
rimus: ſemper mortificationẽ domi-
ni IESV in corpore circũferentes, vt
& vita IESV manifeſtetur in corpo-
re noſtro. Semper enim nos qui viui-
mus, in mortẽ tradimur propter IE-
SVM: vt & vita IESV manifeſtetur
in carne noſtra mortali. Ergo mors
quidem in nobis operatur: vita autẽ

in vobis. Habentes autem eundē ſpi-
Pſal.115.a ritum fidei, ſicut ſcriptum eſt, Credi-
di, propter quod locutus ſum: & nos
credimus, ꝓpter quod & loquimur:
ſcientes quòd qui ſuſcitauit dominū
IESVM, & nos cum IESV ſuſcita-
bit & cõſtituet vobiſcū. Omnia enim D
propter vos: vt gratia abundans, per
multos in gratiarū actione, abūdet in
gloriam dei. Propter quod, non defi-
cimus. ſed licet is qui foris eſt noſter
homo corrumpatur: tamen is qui in-
tus eſt, renouatur de die in diem. Id
enim quod in præſenti eſt momenta-
neum & leue tribulationis noſtræ: ſu-
pra modum in ſublimitate æternum
gloriæ pondus operatur nobis, non
contēplantibus nobis quæ videntur,
ſed quæ non videntur. Quæ enim vi
dentur, tēporaria ſunt. Quę autē non
videntur: æterna.

CAPVT V.

SCimus enim quòd ſi terre A
ſtris domus noſtra huius
habitationis diſſoluatur,

ædificationem ex deo habemus, do/
mum non manufactam, æternam in
cœlis. Nam in hoc ingemiſcimus: ha/
bitationem noſtram quę de cœlo eſt,
ſuperindui cupientes. ſi tamen veſti/ Apoc. 16. c
ti: & non nudi inueniamur. Nã & qui
ſumus in hoc tabernaculo, ingemiſci/
mus grauati: eo quòd nolumus expo
liari, ſed ſuperueſtiri, vt abſorbeatur
quod mortale eſt, à vita. Qui autẽ fe/
cit nos in hoc ipſum, deus: qui & de/
B dit nobis pignus ſpiritus. Audentes
igitur ſemper, & ſciẽtes ꝙ dũ ſumus
in hoc corpore, peregrinamur à dño
(Per fidem enim ambulamus: & nõ
per ſpeciẽ) audemus autẽ & bonam
voluntatem habemus magis peregri
nari à corpore, & præſentes eſſe ad
dñm. Et ideo cõtendimus, ſiue abſen
tes, ſiue præſentes placere illi. Om/
nes eni nos manifeſtari oportet ante Ro. 14.
tribunal CHRISTI: vt referat vnuſ
quiſq; propria corporis prout geſſit
ſiue bonum ſiue malum. Scientes er/
go timorem domini hominibus ſua/

demus: deo autem manifeſti ſumus.
Spero autem & in cõſcientijs veſtris
manifeſtos nos eſſe. Non iterum cõ-
mendamus nos vobis: ſed occaſionẽ
damus vobis gloriandi pro nobis. vt
habeatis aduerſus eos qui in facie glo
riantur, & non in corde. Siue enim C
mente excidimus, deo: ſiue ſobrij ſu-
mus, vobis. Charitas enim CHRI-
STI vrget nos: æſtimantes hoc, ꝙ ſi
vnus pro omnibus mortuus eſt, ergo
omnes mortui ſunt. & pro omnibus
mortuus eſt CHRISTVS: vt qui vi
uunt, iam non ſibi viuant, ſed ei qui
pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit.
Itaq; nos, ex hoc neminem nouimus
ſecundum carnem. Et ſi cognouimus D
ſecundum carnẽ CHRISTVM: ſed
nunc iam non nouimus. Si quis ergo
in CHRISTO, noua creatura eſt. Ve
tera trãſierunt, ecce facta ſunt omnia
Eſa. 43. e noua. Omnia autem ex deo, qui nos
Apoc. 21. b recõciliauit ſibi per IESVM CHRI
STVM: & dedit nobis miniſteriũ re-
conciliationis. Quando quidem deus

erat in CHRISTO mundum recon
ciliaňs ſibi:nō imputans illis delicta
ipſorum, & poſuit in nobis verbū re/
conciliationis. Pro CHRISTO er/
go legatione fungimur, tāquam deo
exhortante per nos. Obſecramus pro
CHRISTO, reconciliamini deo. Eū
enim qui non nouerat peccatum, pro
nobis peccatum fecit: vt nos efficere/
mur iuſtitia dei in ipſo.

CAPVT VI.

A ADiuuantes autem exhorta
mur, Ne in vacuū gratiam
dei recipiatis. Ait enim, Tē Eſa.49.c
pore accepto exaudiui te:
& in die ſalutis adiuui te. Ecce nunc
tempus acceptabile: ecce nūc dies ſa/ 1.cor.4.a
lutis. Nemini dantes vllam offenſio/
nem, vt nō vituperetur miniſterium
noſtrū: ſed in omnibus exhibeamus
nosmetipſos ſicut dei miniſtros, in
multa patientia, in tribulationibus,
in neceſſitatibus, in anguſtijs, in pla/
gis, in carceribus, in ſeditionibus, in
B laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in ca

ſtitate, in ſcientia, in lõganimitate, in
ſuauitate, in ſpiritu ſancto, in charita/
te non ficta, in verbo veritatis, in vir
tute dei, per arma iuſtitiæ à dextris &
à ſiniſtris, per gloriam & ignominiã,
per infamiam & bonam famam: vt ſe
ductores & veraces: ſicut qui ignoti,
& cogniti: quaſi morientes, & ecce vi
uimus: vt caſtigati, & non mortifica/
ti: quaſi triſtes, ſemper autem gaudẽ/
tes: ſicut egentes, multos autem locu
pletantes: tanquam nihil habentes, &
omnia poſſidẽtes. Os noſtrũ patet ad
vos ô Corinthij, cor noſtrum dilata/
tum eſt. Non anguſtamini in nobis:
anguſtamini autem in viſceribus ve/
ſtris. Eandem autem remunerationẽ
tanquã filijs dico: dilatamini & vos.
Nolite iugũ ducere cum infidelibus. C
Quæ enim participatio iuſtitiæ cum
iniquitate? Aut quę ſocietas luci ad te
nebras? Quæ autẽ conuentio CHRI
STO ad Belial? Aut quæ pars fideli
1.cor.3.c cum infideli? Quis autem conſenſus
&.6.d templo dei cũ idôlis? Vos enim eſtis

D templū dei viui:ſicut dicit deus, Inha
bitabo in illis:& inābulabo inter eos. Leui. 26.b
& ero illorum deus:& ipſi erūt mihi
populus. Propter quod exite de me/ Eſa. 52.c
dio eorum:& ſeparamini dicit domi/
nus. & immundum ne tetigeritis:&
ego recipiam vos.& ero vobis in pa/ Hier. 31.a
trem:& vos eritis mihi in filios & fi/
lias,dicit dominus omnipotens.

CAPVT VII.

A HAs ergo habentes promiſ/
ſiones chariſſimi:munde/
mus nos ab omni inquina
mento carnis & ſpiritus,
perficientes ſanctificationē in timore
dei. Capite nos. Neminem læſimus,
neminem corrupimus, neminem cir
cumuenimus.Non ad condemnatio/
nem veſtri dico. Prædixi enim quòd
C in cordibus noſtris eſtis ad commo/
riendum & ad conuiuendum. Multa
mihi fiducia eſt apud vos:multa mi/
hi gloriatio de vobis. Repletus ſum
cōſolatione:ſuperabundo gaudio in
omni tribulatione noſtra. Nā & cum

veniſſemus in Macedoniam: nullam
requiem habuit caro noſtra, ſed om/
nem tribulationē paſſi ſumus. foris,
pugnæ: intus, timores. Sed qui conſo B
latur humiles, cōſolatus eſt nos, de⁹,
in aduentu Titi. Non ſolum autem in
aduentu eius. ſed etiam in cōſolatio/
ne, qua conſolatus eſt in vobis, refe/
rens nobis veſtrum deſiderium, ve/
ſtrum fletum, veſtram æmulationem
pro me, ita vt magis gauderem. Quo/
niam etſi contriſtaui vos in epiſtola,
non me pœnitet, etſi pœnituiſſet. Vi/
deo enim ꝙ epiſtola illa (etſi ad ho/
ram) vos contriſtauit. Nunc gaudeo.
non ꝙ contriſtati eſtis: ſed ꝙ contri/
ſtati eſtis ad pœnitētiam. Contriſtati C
enim eſtis ſecundum deum: vt in nul
lo detrimentum patiamini ex nobis.
1.Pet.2.c Quæ enim ſecundum deum triſtitia
eſt: pœnitentiam in ſalutem ſtabilem
operatur. ſeculi autem triſtitia: mor/
tem operatur. Ecce enim hoc ipſum,
quod ſecundū deum contriſtati eſtis:
quantam in vobis operatur ſolicitu/

dinem, ſed defenſionem, ſed indigna
tionem, ſed timorem, ſed deſideriũ,
ſed æmulationem, ſed vindictam. in
omnibus exhibuiſtis vos, incontami
natos eſſe negotio. Igitur etſi ſcripſi
vobis: non propter eum qui fecit in-
iuriam, nec propter eum qui paſſus
eſt, ſed ad manifeſtandam ſolicitu-
dinem noſtram quam habemus pro
D vobis coram deo. Ideo conſolati ſu-
mus in conſolatione veſtra: abundan
tius autem magis gauiſi ſumus ſuper
gaudio Titi, quia refectus eſt ſpiritus
eius ab omnibus vobis. Et ſi quid a-
pud illũ de vobis gloriatus ſum: non
ſum confuſus. ſed ſicut omnia vobis
in veritate locuti ſumus: ita & glo-
riatio noſtra quæ fuit ad Titum, ve-
ritas facta eſt. & viſcera eius abundan
tius in vos ſunt, reminiſcentis om-
nium veſtrum obedientiam, quomo
do cum timore & tremore excepiſtis
illum. Gaudeo: quòd in omnibus cõ
fidam vobis.

CAPVT VIII.

NOtam autem facimus vo- A
bis fratres gratiam dei quę
data eſt in eccleſijs Mace-
doniæ: quòd in multo ex-
perimento tribulationis, abundantia
gaudij ipſorum fuit: & altiſſima pau-
pertas eorum abundauit in diuitias
ſimplicitatis eorum. quia ſecundum
virtutem (teſtimonium illis reddo)
& ſupra virtutem voluntarij fuerũt,
cum multa exhortatione obſecrãtes
nos vt gratiam & cõmunicationem
miniſterij quod fit in ſanctos, ſuſcipe-
remus, & nõ ſicut ſperauimus: ſed ſe
metipſos dederũt primum domino,
deinde nobis per voluntatem dei: ita
vt rogaremus Titum, vt quemadmo
dum cœpit, ita & perficiat in vos etiã
gratiam iſtam. Sed ſicut in omnibus B
abundatis fide & ſermone, & ſcientia,
& omni ſolicitudine, & charitate ve-
ſtra in nos, vt & in hac gratia abun-
detis. Non quaſi imperans dico: ſed
per aliorum ſolicitudinem, etiam ve

ſtrę charitatis ingenuum cõprobans.
Scitis enim gratiam domini noſtri
IESV CHRISTI, quòd propter
vos egenus factus eſt, cum eſſet di/
C ues: vt illius inopia, vos diuites eſſe/
tis. Et conſilium in hoc do. Hoc enim
vobis vtile eſt: qui non ſolum facere,
ſed & velle cœpiſtis ab anno priore.
nunc vero & facto perficite, vt quem
admodum promptus eſt animus vo
luntatis, ita ſit & perficiendi ex eo qđ
C habetis. Si enim voluntas prõpta eſt:
ſecundum id quod habet, accępta eſt,
non ſecũdum id quod non habet. Nõ
enim vt aliis ſit remiſſio, vobis autẽ
tribulatio: ſed ex æqualitate. In præ/
ſenti tempore, veſtra abundantia, il/
lorum inopiam ſuppleat: vt & illo/
rum abũdantia veſtræ inopiæ ſit ſup/
plemẽtum, vt fiat æqualitas, ſicut ſcri
ptum eſt, Qui multum, non abunda/ Exo. 16. d
uit: & qui modicum, non minorauit.
Gratia autem deo, qui dedit eandem
ſolicitudinem pro vobis in corde Ti/
ti, quoniam exhortationem quidem

loco,quia CHRISTI bonus odor
ſumus deo:in ijs qui ſalui fiunt, & in
ijs qui pereunt.alijs quidē odor mor
tis in mortem:alijs autem odor vitæ
in vitam.Et ad hæc quis idoneus? Nō
enim ſumus (ſicut plurimi) adulterā
tes verbū dei,ſed ſicut ex ſynceritate,
ſed ſicut ex deo,corā deo,in CHRI-
STO loquimur.

CAPVT III.

INcipimus iterum noſmet- A
ipſos cōmendare? Aut nun
quid egemus (ſicut quidā)
cōmendatitijs epiſtolis ad
vos,aut ex vobis? Epiſtola noſtra vos
eſtis,ſcripta in cordibus noſtris,quæ
ſcitur & legitur ab omnibus homini-
bus: dum manifeſtatis quòd epiſtola
eſtis CHRISTI,miniſtrata à nobis,
inſcripta nō atramēto ſed ſpiritu dei
viui:non in tabulis lapideis,ſed in ta
Heb.4.d bulis cordis carnalibus. Fiduciā autē B
talem habemus per CHRISTVM
ad deum,nō ꝙ ſufficientes ſimus co-
gitare aliquid à nobis quaſi ex nobis,

ſed ſufficiētia noſtra ex deo eſt. qui & idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti: non literæ ſed ſpiritus. litera enim occidit: ſpiritus autem viuificat. Quòd ſi miniſtratio mortis literis deformata in lapidibus, fuit in gloria, ita vt non poſſent intendere filij Iſrael in faciem Moyſi, proter gloriā vultus eius, quæ euacuatur: quomodo nō magis miniſtratio ſpiritus erit in gloria? nam ſi miniſtratio damnationis, in gloria eſt: multo magis abū

C dat miniſtratio iuſtitiæ in gloria. Nā nec glorificatum eſt quod claruit, in hac parte, propter excellentem gloriam. Si enim quod euacuatur, in gloria eſt: multo magis quod manet, in gloria eſt. Habentes igitur talē ſpem, multa fiducia vtimur: & non ſicut Moyſes ponebat velamen ſuper faciē ſuam, vt non intēderent filij Iſrael in finē eius quod euacuatur, ſed obtuſi Exo. 34. d

D ſunt ſenſus eorum. Vſq; in hodiernū enim diē, idipſum velamen in lectione veteris teſtamenti manet nō reue-

latum(quoniã in CHRISTO eua-
cuatur)ſed vſq; in hodiernum diem,
cum legitur Moyſes, velamen poſitũ
eſt ſuper cor eorum. Cum autem cõ-
uerſi fuerint ad dominum: auferetur
Ioan.4.c velamen. Dominus autẽ ſpiritus eſt.
Vbi autẽ ſpiritus domini: ibi libertas.
Nos vero omnes, reuelata facie glo-
riam domini ſpeculantes: in eandem
imaginem tranſſformamur à claritate
in claritatẽ, tanq̃ à domini ſpiritu.

CAPVT IIII.

IDeo habẽtes hanc miniſtra- A
tionem: iuxta quod miſeri
cordiam conſecuti ſumus,
non deficimus, ſed abdica-
uimus occultamenta dedecoris, non
ambulantes in aſtutia, neq; adulterã-
tes verbũ dei, ſed manifeſtatione ve-
ritatis cõmendantes noſmetipſos ad
omnem conſcientiam hominum co-
ram deo. Quòd ſi etiam opertum eſt
euangelium noſtrũ: in ijs qui pereunt
eſt opertum, in quibus deus huius ſe-
culi excæcauit mentes infidelium: vt

non

non fulgeat illis illuminatio euange-
lij gloriæ CHRISTI, qui eſt imago
B dei Non enim noſmetipſos prędica-
mus, ſed CHRISTVM IESVM
dominum: nos autem, ſeruos veſtros
propter IESVM. quoniam deus eſt
qui dixit de tenebris lucem ſplende-
ſcere, qui illuxit in cordibus noſtris
ad illuminationem ſcientię claritatis
dei, in facie CHRISTI IESV. Ha-
bemus autem theſaurum iſtum in va
ſis fictilibus: vt ſublimitas virtutis ſit
dei, & non ex nobis. In omnibus tri-
bulationem patimur: ſed non angu-
ſtamur. aporiamur: ſed non deſtitui-
mur. perſecutionem patimur: ſed nō
C derelinquimur. deijcimur, ſed nō pe-
rimus: ſemper mortificationē domi-
ni IESV in corpore circūferentes, vt
& vita IESV manifeſtetur in corpo-
re noſtro. Semper enim nos qui viui-
mus, in mortē tradimur propter IE-
SVM: vt & vita IESV manifeſtetur
in carne noſtra mortali. Ergo mors
quidem in nobis operatur: vita autē

in vobis. Habentes autem eundẽ ſpi-
Pſal.115.a ritum fidei, ſicut ſcriptum eſt, Credi-
di, propter quod locutus ſum: & nos
credimus, ꝑpter quod & loquimur:
ſcientes quòd qui ſuſcitauit dominũ
IESVM, & nos cum IESV ſuſcita-
bit & cõſtituet vobiſcũ. Omnia enim D
propter vos: vt gratia abundans, per
multos in gratiarũ actione, abũdet in
gloriam dei. Propter quod, non defi-
cimus. ſed licet is qui foris eſt noſter
homo corrumpatur: tamen is qui in-
tus eſt, renouatur de die in diem. Id
enim quod in præſenti eſt momenta-
neum & leue tribulationis noſtræ: ſu-
pra modum in ſublimitate æternum
gloriæ pondus operatur nobis, non
cõtẽplantibus nobis quæ videntur,
ſed quæ non videntur. Quæ enim vi
dentur, tẽporaria ſunt. Quę autẽ non
videntur: æterna.

CAPVT V.

SCimus enim quòd ſi terre- A
ſtris domus noſtra huius
habitationis diſſoluatur,

ædificationem ex deo habemus, do/
mum non manufactam, æternam in
cœlis. Nam in hoc ingemiſcimus: ha/
bitationem noſtram quę de cœlo eſt,
ſuperindui cupientes. ſi tamen veſti/ Apoc. 16. c
ti: & non nudi inueniamur. Nã & qui
ſumus in hoc tabernaculo, ingemiſci/
mus grauati: eo quòd nolumus expo
liari, ſed ſuperueſtiri, vt abſorbeatur
quod mortale eſt, à vita. Qui autẽ fe/
cit nos in hoc ipſum, deus: qui & de/
B dit nobis pignus ſpiritus. Audentes
igitur ſemper, & ſciẽtes ꝙ dũ ſumus
in hoc corpore, peregrinamur à dño
(Per fidem enim ambulamus: & nõ
per ſpeciẽ) audemus autẽ & bonam
voluntatem habemus magis peregri
nari à corpore, & præſentes eſſe ad
dñm. Et ideo cõtendimus, ſiue abſen
tes, ſiue præſentes placere illi. Om/
nes eni nos manifeſtari oportet ante Ro. 14.
tribunal CHRISTI: vt referat vnuſ
quiſq; propria corporis prout geſſit
ſiue bonum ſiue malum. Scientes er/
go timorem domini hominibus ſua/

demus: deo autem manifeſti ſumus. Spero autem & in cōſcientijs veſtris manifeſtos nos eſſe. Non iterum cō/ mendamus nos vobis: ſed occaſionē damus vobis gloriandi pro nobis. vt habeatis aduerſus eos qui in facie glo riantur, & non in corde. Siue enim C mente excidimus, deo: ſiue ſobrij ſu/ mus, vobis. Charitas enim CHRI/ STI vrget nos: æſtimantes hoc, ꝙ ſi vnus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt. & pro omnibus mortuus eſt CHRISTVS: vt qui vi uunt, iam non ſibi viuant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit. Itaq; nos, ex hoc neminem nouimus ſecundum carnem. Et ſi cognouimus D ſecundum carnē CHRISTVM: ſed nunc iam non nouimus. Si quis ergo in CHRISTO, noua creatura eſt. Ve tera trāſierunt, ecce facta ſunt omnia

Eſa.43.e
Apoc.21.b

noua. Omnia autem ex deo, qui nos recōciliauit ſibi per IESVM CHRI STVM: & dedit nobis miniſteriū re/ conciliationis. Quando quidem deus

erat in CHRISTO mundum recon
cilians ſibi: nõ imputans illis delicta
ipſorum, & poſuit in nobis verbũ re-
conciliationis. Pro CHRISTO er-
go legatione fungimur, tãquam deo
exhortante per nos. Obſecramus pro
CHRISTO, reconciliamini deo. Eũ
enim qui non nouerat peccatum, pro
nobis peccatum fecit: vt nos efficere-
mur iuſtitia dei in ipſo.

CAPVT VI.

A Adiuuantes autem exhorta
mur, Ne in vacuũ gratiam
dei recipiatis. Ait enim, Tẽ Eſa.49.c
pore accepto exaudiui te:
& in die ſalutis adiuui te. Ecce nunc
tempus acceptabile: ecce nũc dies ſa- 1.cor.4.a
lutis. Nemini dantes vllam offenſio-
nem, vt nõ vituperetur miniſterium
noſtrũ: ſed in omnibus exhibeamus
noſmetipſos ſicut dei miniſtros, in
multa patientia, in tribulationibus,
in neceſſitatibus, in anguſtijs, in pla-
gis, in carceribus, in ſeditionibus, in
B laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in ca

ſtitate, in ſcientia, in lõganimitate, in
ſuauitate, in ſpiritu ſancto, in charita-
te non ficta, in verbo veritatis, in vir
tute dei, per arma iuſtitiæ à dextris &
à ſiniſtris, per gloriam & ignominiã,
per infamiam & bonam famam: vt ſe
ductores & veraces: ſicut qui ignoti,
& cogniti: quaſi morientes, & ecce vi
uimus: vt caſtigati, & non mortifica-
ti: quaſi triſtes, ſemper autem gaudẽ-
tes: ſicut egentes, multos autem locu
pletantes: tanquam nihil habentes, &
omnia poſſidẽtes. Os noſtrũ patet ad
vos ô Corinthij, cor noſtrum dilata-
tum eſt. Non anguſtamini in nobis:
anguſtamini autem in viſceribus ve-
ſtris. Eandem autem remunerationẽ
tanquã filijs dico: dilatamini & vos.
Nolite iugũ ducere cum infidelibus. C
Quæ enim participatio iuſtitiæ cum
iniquitate? Aut quę ſocietas luci ad te
nebras? Quæ autẽ conuentio CHRI
STO ad Belial? Aut quæ pars fideli
1.cor.3.c cum infideli? Quis autem conſenſus
&.6.d templo dei cũ idôlis? Vos enim eſtis

D templū dei viui: ſicut dicit deus, Inha
bitabo in illis: & inābulabo inter eos. Leui. 26. b
& ero illorum deus: & ipſi erūt mihi
B populus. Propter quod exite de me- Eſa. 52. c
dio eorum: & ſeparamini dicit domi-
nus. & immundum ne tetigeritis: &
ego recipiam vos. & ero vobis in pa- Hier. 31. a
trem: & vos eritis mihi in filios & fi-
lias, dicit dominus omnipotens.

CAPVT VII.

A Has ergo habentes promiſ-
ſiones chariſſimi: munde-
mus nos ab omni inquina
mento carnis & ſpiritus,
perficientes ſanctificationē in timore
dei. Capite nos. Neminem læſimus,
C neminem corrupimus, neminem cir
cumuenimus. Non ad condemnatio-
nem veſtri dico. Prædixi enim quòd
in cordibus noſtris eſtis ad commo-
riendum & ad conuiuendum. Multa
mihi fiducia eſt apud vos: multa mi-
hi gloriatio de vobis. Repletus ſum
cōſolatione: ſuperabundo gaudio in
omni tribulatione noſtra. Nā & cum

veniſſemus in Macedoniam: nullam
requiem habuit caro noſtra, ſed om/
nem tribulationē paſſi ſumus. foris,
pugnæ: intus, timores. Sed qui conſo B
latur humiles, cõſolatus eſt nos, de⁹,
in aduentu Titi. Non ſolum autem in
aduentu eius. ſed etiam in cõſolatio/
ne, qua conſolatus eſt in vobis, refe/
rens nobis veſtrum deſiderium, ve/
ſtrum fletum, veſtram æmulationem
pro me, ita vt magis gauderem. Quo/
niam etſi contriſtaui vos in epiſtola,
non me pœnitet, etſi pœnituiſſet. Vi/
deo enim ꝙ epiſtola illa (etſi ad ho/
ram) vos contriſtauit. Nunc gaudeo.
non ꝙ contriſtati eſtis: ſed ꝙ contri/
ſtati eſtis ad pœnitētiam. Contriſtati C
enim eſtis ſecundum deum: vt in nul
lo detrimentum patiamini ex nobis.
1. Pet. 2. c Quæ enim ſecundum deum triſtitia
eſt: pœnitentiam in ſalutem ſtabilem
operatur. ſeculi autem triſtitia: mor/
tem operatur. Ecce enim hoc ipſum,
quod ſecundũ deum contriſtati eſtis:
quantam in vobis operatur ſolicitu/

dinem, ſed defenſionem, ſed indigna
tionem, ſed timorem, ſed deſideriũ,
ſed æmulationem, ſed vindictam. in
omnibus exhibuiſtis vos, incontamĩ
natos eſſe negotio. Igitur etſi ſcripſi
vobis: non propter eum qui fecit in-
iuriam, nec propter eum qui paſſus
eſt, ſed ad manifeſtandam ſolicitu-
dinem noſtram quam habemus pro
D vobis coram deo. Ideo conſolati ſu-
mus in conſolatione veſtra: abundan
tius autem magis gauiſi ſumus ſuper
gaudio Titi, quia refectus eſt ſpiritus
eius ab omnibus vobis. Et ſi quid a-
pud illũ de vobis gloriatus ſum: non
ſum confuſus. ſed ſicut omnia vobis
in veritate locuti ſumus: ita & glo-
riatio noſtra quæ fuit ad Titum, ve-
ritas facta eſt. & viſcera eius abundan
tius in vos ſunt, reminiſcentis om-
nium veſtrum obedientiam, quomo
do cum timore & tremore excepiſtis
illum. Gaudeo: quòd in omnibus cõ
fidam vobis.

CAPVT VIII.

NOtam autem facimus vo- A
bis fratres gratiam dei quę
data eſt in eccleſijs Mace-
doniæ: quòd in multo ex-
perimento tribulationis, abundantia
gaudij ipſorum fuit: & altiſſima pau-
pertas eorum abundauit in diuitias
ſimplicitatis eorum. quia ſecundum
virtutem (teſtimonium illis reddo)
& ſupra virtutem voluntarij fuerũt,
cum multa exhortatione obſecrãtes
nos vt gratiam & cõmunicationem
miniſterij quod fit in ſanctos, ſuſcipe-
remus, & nõ ſicut ſperauimus: ſed ſe
metipſos dederũt primum domino,
deinde nobis per voluntatem dei: ita
vt rogaremus Titum, vt quemadmo
dum cœpit, ita & perficiat in vos etiã
gratiam iſtam. Sed ſicut in omnibus B
abundatis fide & ſermone, & ſcientia,
& omni ſolicitudine, & charitate ve-
ſtra in nos, vt & in hac gratia abun-
detis. Non quaſi imperans dico: ſed
per aliorum ſolicitudinem, etiam ve

ſtrę charitatis ingenuum cõprobans. Scitis enim gratiam domini noſtri IESV CHRISTI, quòd propter vos egenus factus eſt, cum eſſet diues: vt illius inopia, vos diuites eſſetis. Et conſilium in hoc do. Hoc enim vobis vtile eſt: qui non ſolum facere, ſed & velle cœpiſtis ab anno priore. nunc vero & facto perficite, vt quem admodum promptus eſt animus voluntatis, ita ſit & perficiendi ex eo quã

C habetis. Si enim voluntas prõpta eſt: ſecundum id quod habet, accępta eſt, non ſecũdum id quod non habet. Nõ enim vt aliis ſit remiſſio, vobis autẽ tribulatio: ſed ex æqualitate. In præſenti tempore, veſtra abundantia, illorum inopiam ſuppleat: vt & illorum abũdantia veſtræ inopiæ ſit ſupplemẽtum, vt fiat æqualitas, ſicut ſcriptum eſt, Qui multum, non abundauit: & qui modicum, non minorauit. Exo. 16. d

Gratia autem deo, qui dedit eandem ſolicitudinem pro vobis in corde Titi, quoniam exhortationem quidem

ſuſcępit: ſed cũ ſolicitior eſſet, ſua vo/
luntate profectus eſt ad vos. Miſi/
mus etiam cum illo fratrẽ cuius laus
eſt in euangelio per omnes eccleſias.
nõ ſolum autem: ſed & ordinatus eſt D
ab eccleſijs comes peregrinationis
noſtræ, cum gratia hac quæ miniſtra/
tur à nobis ad eiuſdem domini glo/
riam & deſtinatã voluntatem veſtrã.
deuitantes hoc, ne quis nos vituperet
in hac plenitudine, quę miniſtratur à
Rom. 12. d nobis, prouidentes bona non ſolum
coram deo, ſed etiam coram homini/
bus. Miſimus autem cum illis & fra/
trem noſtrum, quem probauimus in
multis ſępe ſolicitum eſſe: nunc autẽ
multo ſolicitiorẽ, confidẽtia multa in
vos, ſiue pro Tito qui eſt ſocius meus
& in vobis adiutor, ſiue pro alijs qui
ſunt fratres noſtri, apoſtoli eccleſia/
rum, gloria CHRISTI. Oſtenſionẽ
ergo quæ eſt charitatis veſtræ & no/
ſtræ gloriæ pro vobis, in illos oſten/
dite in facie eccleſiarum.

CAPVT IX.

A NAm de miniſterio quod fit
in ſanctos:ex abundãti eſt
mihi ſcribere vobis. Scio
enim promptum animum
veſtrum: pro quo de vobis glorior
apud Macedones,ꝙ Achaia parata eſt
ab anno præterito. & veſtra æmula-
tio prouocauit cõplures. Miſi autem
fratres:ne quod gloriamur de vobis,
euacuetur in hac parte. vt (quẽadmo
dum dixi) parati ſitis: ne cum vene-
rint Macedones mecũ, & inuenerint
vos imparatos, erubeſcamus nos, vt
nõ dicamus vos, in hac ſubſtãtia glo-
B riationis. Neceſſariũ ergo exiſtimaui
rogare fratres, vt præueniant ad vos,
& pręparẽt repromiſſam benedictio-
nem hanc paratã eſſe, ſic, quaſi bene-
dictionem, non tanquam auaritiam.
Hoc autem dico, Qui parce ſeminat:
parce & metet. & qui ſeminat in be-
nedictionibus: in benedictionibus &
metet. Vnuſquiſque prout deſtinat in
corde ſuo: nõ ex triſtitia aut ex neceſ-

Eccli.35.b ſitate. Hilarem enim datorem diligit
deus. Potens eſt autem deus omnem A
gratiam abundare facere in vos: vt in
omnibus vos omnem ſufficientiā ha
bentes abundetis in omne opus bo- C
Pſal.111.b num, ſicut ſcriptum eſt, Diſperſit de-
dit pauperibus: iuſtitia eius manet in
ſeculum ſeculi. Qui autē adminiſtrat
ſemen ſeminanti: & panem ad mādu
candum præſtabit, & multiplicabit ſe
men veſtrum, & augebit incrementa
frugum iuſtitię veſtrę: vt in omnibus
locupletati abūdetis in omnē ſimpli
citatē, quæ operatur per nos gratiarū
actionē deo. Quoniam miniſterium D
huius officij, non ſolū ſupplet ea quæ
deſunt ſanctis, ſed etiam abundat per
hoc, quòd multi gratias agūt deo, per
probationem miniſterij huius glori-
ficantes deum in obedientia cōfeſſio-
nis veſtrę in euangelio CHRISTI,
& ſimplicitate cōmunicationis in il-
los, & in omnes, & in ipſorum obſe-
cratione pro vobis, deſiderantiū vos
propter eminentē gratiam dei in vo-

bis. Gratia autem deo,ſuper inenarra
bili dono eius.

CAPVT X.

A IPſe autem ego Paulus ob/
ſecro vos per manſuetudi/
nem & modeſtiã CHRI/
STI,qui in facie quidẽ hu
milis ſum inter vos:abſens autẽ con
fido in vobis. Rogo autẽ vos,ne præ
ſens audeam per eam cõfidentiã qua
exiſtimor audere in quoſdam:qui ar/
bitrantur nos tanquam ſecũdum car/
nem ambulantes. In carne enim am/
bulantes:non ſecundum carnem mi/
B litamus.Nã arma militiæ noſtrę non
carnalia : ſed potentia deo ad deſtru/
ctionem munitionũ, conſilia deſtruẽ
tes,& omnem altitudinem extollen/
tem ſe aduerſus ſcientiam dei,& in ca
ptiuitatem redigentes omnem intel/
lectum in obſequiũ CHRISTI, &
in promptu habentes vlciſci omnem
inobedientiã, cum impleta fuerit ve/
ſtra obedientia. Quæ ſecundum fa/
ciem ſunt,videtis? Si quis cõfidit ſibi,

ſe in angelum lucis. non eſt ergo ma-
gnum, ſi & miniſtri eius trãſfiguren-
tur velut miniſtri iuſtitię. quorũ finis
D erit ſecũdum opera ipſorum. Iterũ di
co: ne quis me putet inſipientem eſſe.
alioquin vel vt inſipientem accipite
me: vt & ego modicũ quid glorier.
Quod loquor: non loquor ſecũdum
dominum, ſed quaſi in inſipientia, in
hac ſubſtãtia gloriationis. Quoniam
multi gloriantur ſecundũ carnem: &
ego gloriabor. Libẽter enim ſuffertis
inſipientes: cum ſitis ipſi ſapiẽtes. Su
E ſtinetis enim: ſi quis vos in ſeruitutẽ
redigit, ſi quis deuorat, ſi quis accipit,
ſi quis extollitur, ſi quis in faciẽ vos
cædit. Secũdum ignobilitatem dico:
quaſi nos infirmi fuerimus in hac par
te. In quo quis audet (in inſipiẽtia di
co) audeo & ego. Hebręi ſunt: & ego.
Iſraelitæ ſunt: & ego. Semen Abrahæ
ſunt: & ego. Miniſtri CHRISTI ſũt
(vt minus ſapiens dico) plus ego. in
laboribus plurimis, in carceribus abũ
dantius, in plagis ſupra modum, in

mortibus frequenter. A Iudęis quin- F
quies quadragenas,vna minus,accę-
Act.16.e pi. Ter virgis cæſus ſum,ſemel lapi-
Act.14.c datus ſum,ter naufragium feci,nocte
Act.27.a & die in profundo maris fui,in itine-
ribus ſæpe,periculis fluminũ,pericu-
lis latronum,periculis ex genere,peri
culis ex gentibus,periculis in ciuita-
te,periculis in ſolitudine,periculis in
mari,periculis in falſis fratribus,in la
bore & ærumna,in vigilijs multis,in
fame & ſiti,in ieiunijs multis, in fri-
gore & nuditate.præter illa quæ ex-
trinſecus ſunt:inſtantia mea quotidia
na, ſolicitudo omnium eccleſiarum.
Quis infirmatur:& ego nõ infirmor?
Quis ſcandalizatur : & ego nõ vror? G
Si gloriari oportet : quæ infirmitatis
meę ſunt,gloriabor.Deus & pater do
mini noſtri IESV CHRISTI qui
Act.9.d eſt benedictus in ſecula, ſcit quòd nõ
mentior. Damaſci,præpoſitus gentis
Arethę regis, cuſtodiebat ciuitatẽ Da
maſcenorum vt me comprehẽderet:
& per feneſtrã in ſporta demiſſus ſum

per murum, & effugi manus eius.

CAPVT XII.

A GLoriari certe non expedit
mihi: veniã enim ad viſio-
nes & reuelationes domi
ni. Scio hominẽ in CHRI- Act.9.a
STO, ante annos quatuordecim (ſi-
ue in corpore, ſiue extra corpus ne-
ſcio: deus ſcit) raptũ huiuſmodi vſq;
ad tertium cœlũ. Et ſcio huiuſmodi
hominem (ſiue in corpore, ſiue extra
B corpus, neſcio: deus ſcit) ꝙ raptus eſt
in paradiſum: & audiuit arcana ver-
ba, quæ non licet homini loqui. Pro
huiuſmodi gloriabor: pro me autem
non gloriabor, niſi in infirmitatibus
meis. Nam & ſi voluero gloriari: nõ
ero inſipiens, veritatem enim dicam.
Parco autem: ne quis in me exiſtimet
ſupra id quod videt me, aut aliquid
audit ex me. Et ne magnitudo reuela
C tionũ extollat me: datus eſt mihi ſti-
mulus carnis meæ angelus ſatanę, vt
me colaphizet. Propter quod ter do-
minum rogaui, vt diſcederet à me. &

dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea. nã
virtus mea in infirmitate perficitur.
Libenter igitur gloriabor in infirmi-
tatibus meis vt inhabitet in me virt⁹
CHRISTI. Propter quod placeo
mihi in infirmitatibus, in cõtumelijs,
in neceſſitatibus, in perſecutionibus,
in anguſtijs pro CHRISTO. Cum
enim infirmor: tunc potens ſum. Fa-
ctus ſum inſipiens: vos me coegiſtis.
Ego enim à vobis debui cõmendari. D
nihil enim minus feci ab ijs qui ſunt
ſupra modum apoſtoli: tametſi nihil
ſum. Signa tamen apoſtoli facta ſunt
inter vos in omni patientia, in ſignis,
& prodigijs, & virtutibus. Quid eſt
enim quod minus habuiſtis præ cæte
ris eccleſijs: niſi ꝙ ego ipſe non graua
ui vos? Donate mihi hanc iniuriam.
Ecce tertio parat⁹ ſum venire ad vos: E
& non ero grauis vobis. Non enim
quæro quæ veſtra ſunt: ſed vos. Nec
enim debent filij parentibus theſau-
rizare: ſed parentes filijs. Ego autem
libentiſſime impendam & expendar

ipſe pro animabus veſtris: licet plus
A vos diligens minus diligar. Sed eſto.
Ego vos non grauaui: ſed cum eſſem
F aſtutus, dolo vos cæpi. Nunquid per
aliquem eorum quos miſi ad vos, cir
cumueni vos? Rogaui Titum: & miſi
cum illo fratrem. Nūquid Titus vos
circumuenit? nónne eodē ſpiritu am-
bulauimus? nónne iiſdem veſtigiis?
Rurſum putatis quòd excuſem⁹ nos
apud vos? Corā deo in CHRISTO
G loquimur. Omnia autem chariſſimi
propter ædificationem veſtram. Ti-
meo enim ne forte cum venero, nō
quales volo, inueniā vos: & ego in-
ueniar vobis qualē non vultis. ne for
te ſint cōtentiones, æmulationes, ani
moſitates, diſſenſiones, detractiones,
ſuſurrationes, inflationes, ſeditiones.
ne iterum cum venero, humiliet me
deus apud vos: & lugeam multos ex
iis qui ante peccauerunt, & non ege-
runt pœnitentiam ſuper immunditia
& fornicatione & impudicitia quam
geſſerunt.

CAPVT XIII.

Deu.17.b TErtia hac vice venio ad A
Mat.18.b vos. In ore duorum vel
Ioan.18.c trium teſtium ſtabit om-
Heb.10.c ne verbū. Prædixi & præ-
dico vt præſens iterū, & nunc abſens
ſcribo ijs qui antè peccauerunt & cæ-
teris omnibus, quòd ſi venero iterū,
non parcam: nam experimentū quæ-
ritis qui in me loquitur CHRISTI:
qui in vos non infirmatur, ſed potens
eſt in vobis. Nam etſi crucifixus eſt ex B
infirmitate; viuit tamē ex virtute dei.
Nam & nos infirmi ſumus in illo: ſed
viuimus cū eo ex virtute dei in vos.
1.cor.11.f Voſmetipſos tentate, ſi eſtis in fide:
ipſi vos probate. An non cognoſcitis
voſmetipſos ꝙ CHRISTVS IE-
SVS in vobis eſt? niſi forte reprobi
eſtis. Spero autem quòd cognoſcetis,
quòd nos non ſumus reprobi. Opto C
autem apud deum vt nihil mali facia-
tis: non vt nos probati appareamus,
ſed vt vos quod bonū eſt faciatis, nos
autem vt reprobi ſimus. Non enim

poſſumus aliquid aduerſus veritatē:
ſed pro veritate. Gaudemus enī quan
do nos infirmi ſumus: vos autem po
tentes eſtis. Hoc & optamus, veſtram
conſummationem. Ideo hæc abſens
ſcribo: vt non præſens durius agam
ſecundum poteſtatem quā dominus
dedit mihi in ædificationem, & non
D in deſtructionem. Quod ſupereſt, fra-
tres valete, perfecti eſtote, conſolami
ni, idipſum ſapite, pacem habete, &
deus pacis & dilectionis erit vobiſcū.
Salutate inuicem in oſculo ſancto. Sa
lutant vos omnes ſancti. Gratia domi
ni noſtri IESV CHRISTI, & cha-
ritas dei, & cōmunicatio ſancti ſpiri-
tus ſit cum omnibus vobis. AMEN.

Ad Chorinthios ſecunda, miſſa fuit à
Philippis Macedoniæ per Titum
& Lucam.

EPISTOLA PAVLI AD GALATAS.

PAulus apoſtolus, nō A
ab hominibus, neq;
per hominē, ſed per
IESVM CHRI-
STVM, & deum pa C
trē qui ſuſcitauit eū
à mortuis, & qui mecum ſunt omnes
fratres: eccleſijs Galatiæ, gratia vobis
& pax à deo patre & domino noſtro
IESV CHRISTO, qui dedit ſemet
ipſum pro peccatis noſtris, vt eripe-
ret nos de pręſenti ſeculo nequā, ſecū
dum volūtatem dei & patris noſtri.
cui gloria in ſecula ſeculorū. AMEN.
Miror ꝙ tam cito tranſferimini ab
eo qui vos vocauit in gratiā CHRI-
STI, in aliud euangeliū, quod non
eſt aliud, niſi ꝙ ſunt aliqui qui vos cō
turbant, & volūt inuertere euangeliū
CHRISTI. Sed licet nos, aut ange-
lus de cœlo euāgelizet vobis præter

id quod euangelizauimus vobis: aná
thema ſit. Sicut prædiximus, & nunc
iterũ dico, Si quis vobis euãgelizaue-
rit præter id quod accępiſtis: anáthe-
ma ſit. Modo eni hominibus ſuadeo,
an deo? An quęro hominib⁹ placere?
Si enim adhuc hominibus placerem:
CHRISTI ſeruus non eſſem. Notũ 1.cor.15.a.
enim vobis facio fratres euangelium
quod euãgelizatũ eſt à me, quod non
eſt ſecundum hominẽ, neq; enim ego
ab homine accępi illud, neque didici:
ſed per reuelationẽ IESV CHRI-
C STI. Audiſtis enim conuerſationem
meã aliquando in iudaiſmo, ꝙ ſupra
modũ perſequebar eccleſiã dei, & ex-
pugnabã illam: & proficiebã in iudaiſ-
mo ſupra multos coętaneos meos in
A genere meo, abundantius æmulator
exiſtens paternarũ mearũ traditionũ.
Cũ aũt placuit deo qui me ſegregauit
ex vtero matris meæ, & vocauit per
gratiam ſuam, vt reuelaret filium ſuũ
per me, vt euangelizarem illũ in gen
tibus: continuo non contuli cum ca

ne & ſanguine. Neq; veni Hieroſoly- D
mã ad anteceſſores meos apoſtolos:
ſed abĳ in Arabiam, & iterum reuer-
ſus ſum Damaſcum. Deinde poſt an-
nos tres redĳ Hieroſolymam videre
Petrum: & manſi apud eum diebus
quindecim. Alium autem apoſtolorũ
vidi neminem: niſi Iacôbum fratrem
domini. Quæ autẽ ſcribo vobis: ecce
corã deo, quòd non mentior. Deinde
veni in partes Syriæ & Ciliciæ. Eram
autem ignotus facie eccleſĳs Iudæ:
quæ ſunt in CHRISTO. Tantũ au-
tem auditũ habebant, Qui perſeque-
batur nos aliquando, nunc euangeli-
zat fidem, quã aliquãdo expugnabat.
& in me glorificabant deum.

CAPVT II.

DEinde poſt annos quatuor A
decim, iterum aſcendi Hie
roſolymã cum Barnaba,
aſſumpto & Tito. Aſcẽdi
autem ſecundum reuelationẽ: & con
tuli cum illis euangelium quod præ-
dico in gentibus. ſeorſum autem cum

ijs qui videbantur aliquid:ne forte in vanum currerē aut cucurriſſem. Sed neq; Titus qui mecum erat,cum eſſet gentilis,compulſus eſt circūcidi propter ſubintroductos falſos fratres qui ſubintroierunt explorare libertatem noſtram quam habemus in CHRISTO IESV,vt nos in ſeruitutem redigerent. Quibus neq; ad horam ceſſimus ſubiectione, vt veritas euangelij permaneat apud vos. Ab ijs autem qui videbātur eſſe aliquid(quales aliquādo fuerint,nihil mea intereſt. Deus enim perſonam hominis nō accipit) Mihi enim qui videbātur aliquid,nihil contulerunt. Sed contrà:cum vidiſſent quòd creditum eſt mihi euangelium pręputij,ſicut & Petro circūciſionis(qui enim operatus eſt Petro in apoſtolatum circūciſionis: operatus eſt & mihi inter gentes)& cum cognouiſſent gratiā quæ data eſt mihi, Iacôbus & Cephas & Ioānes,qui videbantur colūnæ eſſe, dextras dederunt mihi & Barnabæ, ſocietatis, vt

B (margin)

Deu.10.d
2.Pa.19.c
Iob.34.b
Sapiē.6.b
Eccli.35.b
Rom.2.b
Ephe.6.b
Coloſ.3.d
Act.10.c
1.Pet.1.c

ret in CHRISTO IESV: vt polli-
citationem ſpiritus accipiamus per fi Heb.9.d
dem. Fratres (ſecũdum hominem di
co) hominis licet teſtamentũ, confir-
matum tamen nemo ſpernit, aut ſu-
perordinat. Abrahę dictę ſunt promiſ-
C ſiones: & ſemini eius. Non dicit, Et ſe
minibus, quaſi in multis, ſed quaſi in
vno, Et ſemini tuo, qui eſt CHRI-
STVS. Hoc autẽ dico teſtamentu m
ante confirmatum à deo in CHRI-
STVM: quę poſt quadringẽtos & tri
ginta annos facta eſt lex, non irritum
facit ad euacuandam promiſſionem.
Nam ſi ex lege hęreditas, iam non ex
promiſſione. Abrahæ autẽ per repro-
miſſionẽ donauit deus. Quid igitur
lex? Propter tranſgreſſiones appoſita
eſt, donec veniret ſemen cui promiſe-
rat: ordinata per angelos in manu me
D diatoris. Mediator autem vnius non
eſt: deus autẽ vnus eſt. Lex ergo ad-
uerſus promiſſa dei? Abſit. Si enim
data eſſet lex quę poſſet viuificare: ve
re ex lege eſſet iuſtitia. Sed concluſit Rom.3.b

ſcriptura omnia ſub peccato: vt pro-
miſſio ex fide IESV CHRISTI da-
retur credentibus. Prius autẽ quàm veni-
ret fides, ſub lege cuſtodiebamur con-
cluſi, in eam fidẽ quæ reuelanda erat.
Itaque lex pædagogus noſter fuit in
CHRISTVM: vt ex fide iuſtificare-
mur. At vbi venit fides, iã non ſumus
ſub pædagogo. Omnes enim filij dei
eſtis per fidẽ, quę eſt in CHRISTO
Rom.6.a IESV. Quicũq; enĩ in CHRISTO
baptizati eſtis: CHRISTVM indui-
ſtis. Non eſt Iudęus neq; Græcus, nõ
eſt ſeruus neq; liber, nõ eſt maſculus
neq; fœmina. Omnes enim vos vnũ
eſtis in CHRISTO IESV. Si autẽ
vos CHRISTI: ergo ſemẽ Abrahæ
eſtis, ſecundũ promiſſionẽ hęredes.

CAPVT IIII.

DIco autem, quãto tempo-
re hęres paruulus eſt, nihil
differt à ſeruo, cum ſit do-
minus omniũ, ſed ſub tu-
toribus & actoribus eſt vſq; ad pręfi-
nitum tẽpus à patre: ita & nos, cum

eſſemus paruuli, ſub elementis mūdi
huius eramus ſeruiētes. At vbi venit
plenitudo tēporis, miſit deus filium
ſuum factū ex muliere, factum ſub le
ge: vt eos qui ſub lege erāt redimeret,
vt adoptionē filiorum reciperemus.
Quoniam autem eſtis filij: miſit deus Rom. 8. c
ſpiritum filij ſui in corda noſtra, cla‑
mantem abba, pater. Itaq; iam nō es
ſeruus, ſed filius. Quòd ſi filius: & hę‑
res per CHRISTVM. Sed tūc qui‑
dem ignorantes deum, ijs qui natura
B non ſunt dij, ſeruiebātis. Nunc autem
cū cognoueritis deū, imò cogniti ſitis
à deo: quomodo cōuertimini iterum
ad infirma & egena elementa, quibus
denuo ſeruire vultis? Dies obſeruatis
& menſes, & tēpora, & annos. Timeo
vobis, ne ſine cauſa laborauerim in
vobis. Eſtote ſicut ego, quia & ego ſi‑
cut vos: fratres obſecro vos. Nihil me
læſiſtis. Scitis autem ꝙ per infirmita‑
tem carnis euangelizaui vobis prius:
& tentationē meam in carne mea nō
ſpreuiſtis neq; reſpuiſtis, ſed ſicut an‑

gelum dei accepiſtis me ſicut CHRI
STVM IESVM. Vbi eſt ergo beati- C
tudo veſtra? Teſtimoniũ enim perhi-
beo vobis, ꝙ ſi fieri poſſet, oculos ve
ſtros eruiſſetis, & dediſſetis mihi. Er-
go inimicus vobis factus ſum, verũ
dicens vobis? Æmulantur vos nõ be
ne: ſed excludere vos volunt, vt illos
ęmulemini. Bonum autẽ ęmulamini
in bono ſemper: & nõ tantũ cum prę
ſens ſum apud vos. Filioli mei, quos
iterũ parturio, donec formeť CHRI
STVS in vobis. Vellem autem eſſe
apud vos modo, & mutare vocem
meam: quoniam cõfundor in vobis.
Dicite mihi qui ſub lege vultis eſſe, le
Geñ.16.d gem nõ audiſtis? Scriptum eſt enim,
Quòd Abraham duos filios habuit:
vnũ de ancilla, & vnũ de libera. Sed
Geñ.21.a qui de ancilla: ſecundũ carnem natus
eſt: qui autem de libera, per repromiſ
ſionẽ. quæ ſunt per allegoriam dicta.
Hæc enim ſunt duo teſtamẽta. Vnum D
quidem à monte Sina, in ſeruitutẽ ge
nerans: quæ eſt Agar (Sina eni, mons

eſt in Arabia: qui cõiunctus eſt ei, quę
nũc eſt Hieruſalẽ) & ſeruit cum filijs
ſuis. Illa autẽ quę ſurſum eſt Hieruſa
lem, libera eſt: quæ eſt mater noſtra.
Scriptũ eſt enim, Lætare ſterilis, quæ Eſa.54.a
non paris, erũpe & clama, quę nõ par Luc.23.d
turis: quia multi filij deſertę, magis q̃,
eius quę habet virũ. Nos autẽ fratres
ſecundũ Iſaac ꝓmiſſionis filij ſumus. Rom.9.b
Sed quẽadmodum tũc is qui ſecundũ
carnẽ natus fuerat perſequebatur eũ
qui ſecũdum ſpiritum: ita & nũc. Sed
quid dicit ſcriptura? Eijce ancillam & Gen.21.a
filiũ eius. nõ enim hęres erit filius an-
cillæ cũ filio liberæ. Itaq; fratres, non
ſumus ancillæ filij ſed liberæ: qua li-
bertate CHRISTVS nos liberauit.

CAPVT V.

A STate: & nolite iterum iugo
ſeruitutis contineri. Ecce
ego Paulus dico vobis q̃ ſi
circuncidamini, CHRI-
STVS vobis nihil proderit. Teſtifi- Act.15.a
cor autẽ rurſus omni homini circũci
denti ſe, q̃ debitor eſt vniuerſæ legis

faciēdę. Euacuati eſtis à CHRISTO,
qui in lege iuſtificamini: à gratia exci-
diſtis. Nos enim ſpiritu: ex fide ſpē iu
ſtitię expectamus. Nā in CHRISTO B
IESV, neq; circunciſio aliquid valet
neq; pręputiū: ſed fides quæ per cha-
ritatē operatur. Currebatis bene: quis
1.cor.5.b vos impediuit veritati non obedire?
Perſuaſio hęc non eſt ex eo qui vocat
vos. Modicū fermētum, totā maſſam
corrūpit. Ego cōfido de vobis in dño,
ꝙ nihil aliud ſapietis. qui autē contur
bat vos: portabit iudiciū, quicūq; eſt
ille. Ego autē fratres ſi circūciſionem
adhuc prædico: quid adhuc perſecu-
tionem patior? Ergo euacuatū eſt ſcan
dalum crucis. Vtinā & abſcindantur,
qui vos cōturbant. Vos enim in liber- C
tatem vocati eſtis fratres: tantū ne li- A
bertatem in occaſionē detis carni, ſed
per charitatē ſeruite inuicem. Omnis
enim lex in vno ſermone impletur,
Leui.19.d Diliges proximū tuum ſicut teipſum.
Mat 22.d Quòd ſi inuicē mordetis & comedi-
Mar.12.c tis: videte ne ab inuicem cōſumamini.

ni. Dico autē ſpiritu ambulate, & deſi Rom. 12.c
deria carnis nō perficietis. Caro enim Iaco. 2.b
A cōcupiſcit aduerſus ſpiritum: ſpiritus Ro. 13.d
D autem aduerſus carnē. hæc enim ſibi 1. Pet. 2.c
inuicē aduerſantur: vt non quęcunqꝫ
vultis, illa faciatis. Quòd ſi ſpiritu du
cimini: non eſtis ſub lege. Manifeſta
ſunt autē opera carnis: quæ ſunt for-
nicatio, immunditia, impudicitia, lu-
xuria, idolorū ſeruitus, veneficia, ini-
E micitiæ, contentiones, æmulationes,
iræ, rixæ, diſſenſiones, ſectę, inuidię,
homicidia, ebrietates, comeſationes,
& his ſimilia, de quib⁹ prædico vobis
ſicut prędixi: qꝫ qui talia agunt, regnū
dei non cōſequentur. Fructus autem
ſpiritus eſt: charitas, gaudium, pax, pa
tientia, longanimitas, bonitas, beni-
gnitas, manſuetudo, fides, modeſtia,
continentia, caſtitas. Aduerſus hu-
iuſmodi, non eſt lex. Qui autem ſunt
CHRISTI: carnem crucifixerūt
C cū vitijs & concupiſcentijs. Si ſpiritu
viuimus: ſpiritu & ambulemus. Non
efficiamur inanis gloriæ cupidi: inui-

cem prouocantes, inuicē inuidentes.

CAPVT VI.

FRatres, & ſi præoccupatus A
fuerit homo in aliquo deli
cto: vos qui ſpirituales eſtis
huiuſmodi inſtaurate in ſpi
ritu lenitatis, cōſiderans teipſum, ne
& tu tēteris. Alter alterius onera por
tate: & ſic adimplebitis legē CHRI-
STI. Nā ſi quis exiſtimat ſe aliquid
eſſe cum nihil ſit: ipſe ſe ſeducit. Opus B
autem ſuū probet vnuſquiſq;, & tūc
in ſemetipſo tantū gloriam habebit,
1.cor.3.b & non in altero. Vnuſquiſq; eni onus
ſuum portabit. Cōmunicet autem is
qui catechizatur verbo, ei qui ſe cate-
chizat in omnibus bonis. Nolite erra
re: Deus nō irridetur. Quæ enim ſemi
nauerit homo: hæc & metet. Quoniā
qui ſeminat in carne ſua; de carne &
metet corruptionē: qui autem ſemi-
nat in ſpiritu: de ſpiritu metet vitam
2.theſ.3.c æternā. Bonum autem facientes, non C
deficiamus. tempore enim ſuo mete-
mus, nō deficientes. Ergo dum tēpus

habemus: operemur bonū erga om-
nes, maxime autē erga domeſticos fi
dei. Videte qualibus literis ſcripſi vo
bis mea manu. Quicūq; volunt iuxta
A faciem placere in carne: hi cogūt vos
circūcidi, tantū vt crucis CHRISTI
perſecutionem non patiantur. Neque
enim qui circūciduntur, ipſi legē cu-
ſtodiunt. ſed volunt vos circūcidi: vt
D in carne veſtra glorientur. Mihi autē
abſit gloriari, niſi in cruce domini no
ſtri IESV CHRISTI. per quē mi-
hi mūdus crucifixus eſt, & ego mun-
do. In CHRISTO enim IESV, ne
que circūciſio aliquid valet, neq; præ
putiū: ſed noua creatura. Et quicunq;
hāc regulam ſecuti fuerint: pax ſuper
illos & miſericordia, & ſuper Iſrael
dei. De cætero, nemo mihi moleſtus
ſit. Ego eni ſtigmata domini IESV
in corpore meo porto. Gratia domi-
ni noſtri IESV CHRISTI cū ſpi-
ritu veſtro fratres. AMEN.

Ad Galathas, miſſa fuit è Roma.

EPISTOLA PAVLI AD EPHESIOS.

PAulus Apoſtolus A
IESV CHRI-
STI per volunta-
tem dei omnibus
ſanctis qui ſunt E-
pheſi, & fidelibus B
in CHRISTO
IESV, gratia vo-
bis & pax à deo patre noſtro & do-
2.Cor.1.a mino IESV CHRISTO.
1.Pet.1.a Benedictus deus & pater domini
noſtri IESV CHRISTI: qui bene-
dixit nos omni benedictione ſpiritua-
li in cœleſtibus in CHRISTO: ſicut
elegit nos in ipſo ante mundi conſti-
tutionem, vt eſſemus ſancti & imma-
culati in conſpectu eius in charitate.
qui prædeſtinauit nos in adoptionē
filiorū per IESVM CHRISTVM
in ipſum, ſecūdum beneplacitum vo-
luntatis ſuæ, in laudem gloriæ gra-

tiæ ſuæ, in qua gratificauit nos in di/
B lecto. in quo habemus redemptionẽ
per ſanguinem eius remiſſionem pec
catorum ſecundum diuitias gratiæ
eius, quæ ſuperabundauit in nos in
omni ſapientia & prudentia, vt no/
tum faceret nobis ſacramentum vo/
luntatis ſuæ, ſecũdum beneplacitum
eius, quod propoſuit in eo in diſpen/
ſationem plenitudinis temporũ in/
ſtaurare omnia in CHRISTO, quæ
in cœlis & quę in terra in ipſo. In quo
etiã ſorte vocati ſumus. prædeſtinati
ſecundum propoſitũ eius, qui opera/
tur omnia ſecundũ conſilium volũta
tis ſuæ. vt ſimus in laudẽ gloriæ eius
nos, qui antè ſperauimus in CHRI/
C STO, in quo & vos, cũ audiſſetis ver
bum veritatis, euangelium ſalutis ve
ſtrę, in quo & credẽtes obſignati eſtis
ſpiritu promiſſionis ſancto, qui eſt pi
gnus hæreditatis noſtrę in redẽptio/
nem acquiſitionis in laudẽ gloriæ ip/
ſius. Propterea & ego audiens fidẽ ve
ſtrã quæ eſt in CHRISTO IESV,

& dilectionem in omnes ſanctos:nõ
ceſſo gratias agere pro vobis, métio
nem veſtri faciens in orationib⁹ meis,
vt deus domini noſtri IESV CHRI
STI, pater gloiæ, det vobis ſpiritum
ſapientiæ & reuelationis, in agnitio
ne eius, illuminatos oculos mẽtis ve D
ſtræ, vt ſciatis quæ ſit ſpes vocatio
nis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hære
ditatis eius, in ſanctis, & quę ſit ſuper
eminens magnitudo virtutis eius in
nos qui credidimus ſecundum ope
rationem potentiæ virtutis eius, quã
operatus eſt in CHRISTO, ſuſcitãs
illum à mortuis, & cõſtituens ad de
xtram ſuam in cœleſtibus, ſupra om
nem principatum & poteſtatẽ & vir
tutem & dominationẽ, & omne no
men quod nominatur non ſolum in
Pſal.8. hoc ſeculo, ſed etiam in futuro. Et om
nia ſubiecit ſub pedibus eius: & ip
ſum dedit caput ſuper omnia, eccle
ſiæ, quæ eſt corpus ipſius, plenitudo
eius, qui omnia in omnibus adim
pletur.

CAPVT II.

A ET vos cum eſſetis mortui delictis & peccatis, in quibus aliquando ambulaſtis ſecundum ſeculum mundi huius, ſecundum principem poteſtatis aeris ſpiritus qui nunc operatur in filios obedientiæ: in quibus & nos omnes aliquando conuerſati ſumus in deſiderijs carnis noſtrę faciētes voluntatem carnis & cogitationum, & eramus natura filij iræ ſicut & cęteri. Deus autē qui diues eſt in miſericordia, propter multam charitatē ſuam qua dilexit nos, etiam cum eſſemus mortui peccatis, cōuiuificauit CHRISTO, cuius gratia eſtis ſaluati: & cōreſuſcitauit & conſedere fecit in cœle- Coloſ. 2.d

B ſtibus in CHRISTO IESV, vt oſtēderet in ſeculis ſuperuenientibus abūdantes diuitias gratię ſuę in bonitate ſuper nos in CHRISTO IESV. Gratia enim eſtis ſaluati per fidē; & hoc nō ex vobis. Dei donū eſt: non ex operibus, ne quis glorietur. Ipſius

enim ſumus factura: creati in CHRI-
STO IESV ad opera bona, quę prę A
parauit deus vt in illis ambulemus.
Propter quod memores eſtote quòd C
aliquando vos eratis gentes in carne,
qui dicebamini pręputium ab ea quę
dicitur circuncisio in carne manufa-
cta: quòd eratis in illo tempore ſine
CHRISTO, alienati à conuerſatio-
ne Iſrael, & hoſpites teſtamétorum,
promiſſionis ſpem non habentes, &
ſine deo in hoc mundo. Nunc autem
in CHRISTO IESV, vos qui ali-
quando eratis longe, facti eſtis prope
in ſanguine CHRISTI. Ipſe enim
eſt pax noſtra, qui fecit vtraq; vnum,
& medium parietem maceriæ ſoluit,
inimicitias in carne ſua: legem man- D
datorú in decretis euacuans: vt duos
condat in ſemetipſo in vnum nouum
hominem, faciens pacem, vt recon-
ciliet ambos in vno corpore, deo per
crucem, interficiens inimicitias in ſe-
metipſo. Et veniens euangelizauit pa-
Rom. 5. a cem vobis qui longe fuiſtis, & his qui

prope. quoniam per ipſum habemus
acceſſum ambo in vno ſpiritu, ad pa
trem. Ergo iam non eſtis hoſpites &
aduenæ: ſed eſtis ciues ſanctorum &
domeſtici dei, ſuperædificati ſuper fun
damentum apoſtolorum & prophe-
tarum, ipſo ſummo angulari lapide
IESV CHRISTO: in quo om
nis ædificatio cōſtructa, creſcit in tem
plum ſanctum in domino, in quo &
vos coædificamini in habitaculū dei
in ſpiritu.

CAPVT III.

A Huius rei gratia ego Paulus
vinctus CHRISTI IE-
SV, pro vobis gentibus. ſi
tamen audiſtis diſpēſatio-
nem gratiæ dei quæ data eſt mihi in
vos. quoniam ſecundum reuelationē
notum mihi factum eſt ſacramētum,
ſicut ante ſcripſi in breui: prout potē-
ſtis legentes intelligere prudentiam
meā in myſterio CHRISTI, quod
in alijs generationibus nō eſt agnitū
filijs hominum, ſicuti nūc reuelatum

eſt ſanctis apoſtolis eius & prophetis
in ſpiritu ſancto, gentes eſſe cohære-
des & concorporales & cōparticipes
promiſſionis eius in CHRISTO
IESV per euāgelium, Cuius factus
ſum ego miniſter ſecundum donum
gratiæ dei quæ data eſt mihi ſecundū
1.cor.15.b operationē virtutis eius. Mihi enim B
omnium ſanctorū minimo, data eſt
gratia hæc, In gentibus euangelizare
imperueſtigabiles diuitias CHRI-
STI, & illuminare omnes quę ſit di
ſpenſatio ſacramenti abſconditi à ſe-
culis in deo, qui omnia creauit: vt in-
noteſcat nunc principibus & poteſta
tibus in cœleſtibus, per eccleſiā, mul-
tiformis ſapientia dei ſecundum præ
finitionem ſeculorum, quam fecit in
CHRISTO IESV domino noſtro,
In quo habemus fiduciā & acceſſum
in cōfidentia, per fidem eius. Propter C
quod peto, ne deficiatis in tribulatio-
nibus meis pro vobis: quæ eſt gloria
veſtra. Huius rei gratia, flecto genua
mea ad patrem domini noſtri IESV

CHRISTI

CHRISTI, ex quo omnis familia
in cœlis & in terra nominatur, vt det
vobis ſecundum diuitias gloriæ ſuæ,
virtute corroborari per ſpiritum eius
in interiori homine: CHRISTVM
habitare per fidē in cordibus veſtris,
in charitate radicati & fundati, vt poſ-
ſitis cōprehendere cum omnibus ſan-
ctis quæ ſit latitudo, & longitudo, &
D ſublimitas, & profundū, ſcire etiam
ſupereminentem ſcientię charitatem
CHRISTI, vt impleamini in om-
nem plenitudinem dei. Ei autem qui
potens eſt omnia facere ſuperabūdan-
ter quàm petimus aut intelligimus,
ſecundum virtutem quæ operatur in
nobis: ipſi gloria in eccleſia in CHRI-
STO IESV, in omnes generatio-
nes ſeculi ſeculorum. Amen.

CAPVT IIII.

A OBſecro itaq; vos ego vin- 1.cor.7.d
ctus in domino, vt digne
ambuletis vocatione qua
vocati eſtis, cum omni hu-
militate & manſuetudine, cū patien-

tia,ſupportantes inuicem in charita/
te,ſoliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in
Rom.12.c vinculo pacis. Vnum corpus,& vnus
1.cor.12.b ſpiritus ſicut vocati eſtis in vna ſpe
vocationis veſtrę. Vnus domin⁹, vna B
fides, vnũ baptiſma. Vnus deus & pa/
Mala.2.b ter omnium, qui ſuper omnes & per
Rom.12.a omnes & in omnib⁹ nobis. Vnicuiq;
1.co.12.b autem noſtrum data eſt gratia ſecun/
2.co.10.d dum menſuram donationis CHRI/
Pſal.67.d STI. Propter quod dicit, Aſcendens
in altum:captiuam duxit captiuitatẽ:
dedit dona hominibus. Quòd autẽ
aſcendit:quid eſt,niſi quod & deſcen
dit primũ in inferiores partes terræ?
Qui deſcendit:ipſe eſt & qui aſcendit
ſupra omnes cœlos, vt impleret om/
1.co.12.d nia, Et ipſe dedit quoſdam quidẽ apo C
ſtolos, quoſdã autẽ prophetas, alios
vero euangeliſtas,alios autem paſto/
res & doctores ad conſummationem
ſanctorum in opus miniſterij in ædi/
ficationem corporis CHRISTI:do
nec occurramus omnes in vnitatẽ fi/
dei & agnitionis filij dei,in virũ perfe

ctum, in menſuram ætatis plenitudi-
nis CHRISTI: vt iam nõ ſimus par
uuli, fluctuantes, & circũferamur om
ni vento doctrinę in nequitia homi-
num, in aſtutia ad circumuentionem
erroris: veritatem autem facientes in
D charitate, creſcam⁹ in illo per omnia
qui eſt caput CHRISTVS: ex quo
totum corpus compactum & conne-
xum per omnem iũcturam ſubmini-
ſtrationis, ſecundum operationem in
menſura vniuſcuiuſq; mẽbri, augmẽ
tum corporis facit in ædificatlonẽ ſui
E in charitate. Hoc igitur dico & teſtifi-
cor in domino: vt iam non ambule- Roma, 1. c
tis ſicut & gentes ambulant in vanita
te ſenſus ſui, tenebris obſcuratũ habẽ-
tes intellectum, alienati à vita dei per
ignorantiã quæ eſt in illis propter cę-
citatem cordis ipſorum. qui deſperan
tes, ſemetipſos tradiderũt impudici-
tiæ, in operationem immũditiæ om-
nis in auaritia. Vos autẽ non ita didi-
ciſtis CHRISTVM: ſi quidẽ illum
audiſtis & in ipſo edocti eſtis, ſicut

eſt veritas in IESV, deponere vos ſe
cundum priſtinam conuerſationé ve
Coloſ.3.b terem hominem, qui corrumpitur ſe
Rom.6.a cundum deſideria erroris. Renouami
Coloſ.3.b ni autem ſpiritu mentis veſtrę: & in-
Heb.12.a duite nouum hominem qui ſecundú
1.Pet.2.a deum creatus eſt in iuſtitia & ſancti-
&.4.a tate veritatis. Propter quod deponen F
Zach.8.c tes médacium, loquimini veritatem
vnuſquiſq; cum proximo ſuo: quo-
Pſal.4.b niam ſumus inuicem membra. Iraſci
mini & nolite peccare. Sol non occi-
Iaco.4.d dat ſuper iracundiam veſtram. Noli-
te locum dare diabolo. Qui furaba-
tur, iam non furetur: magis autem la
boret operando manibus ſuis quod
bonum eſt, vt habeat vnde tribuat ne
ceſſitatem patienti. Omnis ſermo ma
lus ex ore veſtro non procedat: ſed ſi
quis bonus ad ędificationem fidei, vt
det gratiam audientibus. Et nolite có G
triſtare ſpiritum ſanctum dei: in quo
obſignati eſtis in diem redéptionis.
Omnis amaritudo, & ira, & indigna-
tio, & clamor, & blaſphemia tollatur

à vobis cum omni malitia. Eſtote au
tem inuicē benigni, miſericordes, do Coloſ.3.g
nantes inuicē ſicut & deus in CHRI
STO donauit vobis.

CAPVT V.

A ESTote ergo imitatores dei,
ſicut filij chariſſimi, & am- Ioan.13.d
bulate in dilectione, ſicut &.15.b
& CHRISTVS dilexit 1.Ioā.4.d
nos, & tradidit ſemetipſum pro no-
bis oblationē & hoſtiam deo in odo-
rem ſuauitatis. Fornicatio autem & Coloſ.3.a
omnis immunditia, aut auaritia nec
nominetur in vobis, ſicut decet ſan-
B ctos: aut turpitudo, aut ſtultiloquiū,
aut ſcurrilitas, quę ad rem non perti-
nent: ſed magis gratiarum actio. Hoc
enim ſcitote intelligentes, ꝙ omnis
fornicator, aut immundus, aut aua-
rus, qui eſt idolorū ſeruus, non habet
hęreditatem in regno CHRISTI & 2.theſ.2.a
dei. Nemo vos ſeducat inanibus ver- Mat.24.a
bis. propter hæc enim venit ira dei in Mar.13.a
filios diffidentiæ. Nolite ergo effi- Luc.21.b
C ci participes eorum. Eratis enim ali-

quando tenebræ: nunc autẽ lux in do
mino. Vt filij lucis ambulate (Fructus
enim lucis, eſt in omni bonitate, & iu
ſtitia, & veritate) probãtes quid ſit be
neplacitum domino: & nolite cõmu
nicare operibus infructuoſis tenebra A
rum; magis autẽ & arguite. Quæ eni
in occulto fiũt ab ipſis: turpe eſt & di
cere. Omnia autẽ quę arguuntur: à lu
mine manifeſtantur. omne eni quod
manifeſtatur: lumẽ eſt. Propter quod
dicit, Surge qui dormis, & exurge à
mortuis: & illuminabit te CHRI-
STVS. Videte itaq; quomodo caute
ambuletis, non quaſi inſipientes; ſed
vt ſapientes: redimentes tẽpus, quo-
Coloſ.4.c niam dies mali ſunt. Propterea noli- D
te fieri imprudentes: ſed intelligẽtes
Rom.12.a quæ ſit volũtas domini. Et nolite ine
1.theſ.4.a briari vino, in quo eſt luxuria, ſed im
plemini ſpiritu, loquentes vobiſmet-
ipſis in pſalmis, hymnis, & cãticis ſpi
ritualibus, cantantes & pſallentes in
corde veſtro domino; gratias agẽtes
ſemper pro omnibus, in nomine do-

mini noſtri IESV CHRISTI deo
& patri. Subiecti inuicem: in timore
E CHRISTI. Mulieres viris ſuis ſub- Coloſ.3.c
ditę ſint, ſicut domino: quoniã vir, ca
put eſt mulieris, ſicut CHRISTVS, 1.cor.11.a
caput eſt eccleſiæ. & ipſe, ſaluator cor
poris eſt. Sed ſicut eccleſia ſubiecta eſt Coloſ.3.c
A CHRISTO: ita & mulieres viris ſu 1.Pet.3.a
is in omnibus. Viri, diligite vxores Coloſ.3.c
veſtras: ſicut & CHRISTVS dile-
xit eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro
ea: vt illã ſanctificaret, mundans eam
lauacro aquæ in verbo, vt exhiberet
ipſe ſibi glorioſam eccleſiam non ha
bentem maculã aut rugã aut aliquid
huiuſmodi, ſed vt eſſet ſancta & ima-
F culata. Ita viri debẽt diligere vxores
ſuas vt ſua ipſorũ corpora. Qui ſuam
vxoré diligit: ſeipſum diligit. Nemo
enim vnquam carnem ſuam odio ha
buit: ſed nutrit & fouet eam, ſicut &
CHRISTVS eccleſiam. quia mẽbra
ſumus corporis eius: de carne eius &
G de oſſibꝰ eius. Propter hoc relinquet
homo patrẽ & matrem ſuã: & adhę-

Gẽ.2.d rebit vxori ſuę.& erunt duo in carnē
Mat.19.a vnam. Sacramentũ hoc magnum eſt.
Mar.10.a ego autē dico in CHRISTO & in ec
1.cor.6.d cleſia. Verũtamen & vos ſinguli vnuſ
quiſq; vxorē ſuam ſicut ſeipſum dili
gat: vxor autē timeat virum ſuum.

CAPVT VI.

Coloſ.3.d FIlij, obedite parentibus ve A
ſtris in domino. hoc enim
Exo.20.c iuſtum eſt. Honora patrem
Deute.5.c tuũ & matrem tuam: quod
Eccli.3.b eſt mãdatum primũ in promiſſione,
Mat.15.a vt bene ſit tibi, & ſis longæuus ſuper
Mar.7.d terram. Et vos patres, nolite ad ira-
cundiam prouocare filios veſtros: ſed
educate illos in diſciplina & corre-
Coloſ.3.d ptione domini. Serui, obedite domi-
Tit.2.c nis carnalibus, cum timore & tremo
1.Pet.2.c re, in ſimplicitate cordis veſtri ſicut
CHRISTO: non ad oculum ſeruien
tes, quaſi hominibus placētes, ſed vt
ſerui CHRISTI, facientes volunta
tem dei, ex animo: cum bona volũta-
te ſeruientes domino, & nō homini-
bus. Scientes quoniam vnuſquiſque

quodcũq; fecerit bonum: hoc recipiet
B à domino, ſiue ſeruus, ſiue liber. Et
vos domini, eadem facite illis, remit
tentes minas, ſciẽtes ꝙ & illorum &
veſter dominus, eſt in cœlis: & perſo
narum accęptio nõ eſt apud eum. De Deu.10.d
cætero fratres mei, cõfortamini in do 2.Pa.19.b
mino, & in potẽtia virtutis eius. In- Iob.24.c
duite vos armaturam dei: vt poſſitis Sapiẽ.6.b
ſtare aduerſus inſidias diaboli. quo- Eccli.35.b
niam non eſt nobis colluctatio ad- Rom.2.b
uerſus carnem & ſanguinẽ: ſed aduer Galat.2.b
uerſus principes & poteſtates, aduer Coloſ.3.d
ſus mũdi rectores tenebrarum huius Act.10.c
ſeculi, cõtra ſpiritualia nequitię in cœ 1.Pet.1.c
C leſtibus. Propterea accipite armaturã
dei: vt poſſitis reſiſtere in die malo, &
omnib⁹ perfectis ſtare. State ergo ſuc
cincti lumbos veſtros in veritate, &
induti loricã iuſtitię, & calceati pedes
in præparationem euangelij pacis: in
omnibus ſumentes ſcutũ fidei, in quo
poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea 1.theſ.5.b
extinguere. & galeam ſalutaris aſſu- Eſa.59.c
mite: & gladiũ ſpiritus, quod eſt ver- Coloſ.4.c

thef. 3. a bum dei: per omnem orationẽ & ob/
ſecrationem orantes omni tẽpore in
ſpiritu: & in ipſum hoc vigilantes in
omni inſtantia, & obſecratione pro
omnibus ſanctis, & pro me: vt detur A
mihi ſermo in apertione oris mei cũ
fiducia, notum facere myſterium euã D
gelij, pro quo legatione fungor in ca/
tena, vt in ipſo audeam, prout opor/
tet me, loqui. Vt autem & vos ſciatis
quæ circa me ſunt, quid agam: omnia
vobis nota faciet Tychicus, chariſſi/
mus frater & fidelis miniſter in domi
no: quẽ miſi ad vos in hoc ipſum, vt
cognoſcatis quæ circa nos ſunt, vt cõ
ſoletur corda veſtra. Pax fratribus &
charitas cũ fide à deo patre & domi/
no IESV CHRISTO. Gratia cum
omnibus qui diligunt dominum no/
ſtrum IESVM CHRISTVM in
incorruptione. AMEN.

Ad Epheſios miſſa fuit è Roma
per Tychicum.

EPISTOLA PAVLI AD PHILIPPENSES.

A PAulus & Timótheus ſerui IESV CHRISTI: omnibus ſanctis in CHRISTO IESV, qui ſunt Philippis cũ epiſcopis, & diaconis, gratia vobis & pax à deo patre noſtro, & domino IESV CHRISTO.

Gratias ago deo meo in omni memoria veſtri ſemper in cũctis orationibus meis pro omnibus vobis: cum gaudio deprecationem faciens ſuper cõmunicatione veſtra in euangelio à prima die vſq; nũc. perſuaſum habẽs hocipſum, ꝙ qui cœpit in vobis opus bonũ, perficiet vſq; in diem CHRISTI IESV. ſicut eſt mihi iuſtũ hoc ſentire pro omnibus vobis: eo ꝙ habeã vos in corde: & in vinculis meis, & in defenſione, & cõfirmatione euã

gelij,cũ ſocij gratiæ meæ omnes vos
ſitis. Teſtis enim mihi eſt deus,quo/
modo cupiam omnes vos in viſceri/
bus IESV CHRISTI.Et hoc oro, B
vt charitas veſtra adhuc magis ac ma
gis abũdet in omni ſcientia & in om/
ni ſenſu: vt probetis potiora, vt ſitis
ſynceri & ſine offenſa in diẽ CHRI/
STI,repleti fructu iuſtitię qui eſt per
IESVM CHRISTVM,in gloriã &
laudem dei. Scire autẽ volo vos fra/
tres, ꝙ quæ circa me ſunt, magis ad
profectũ venerunt euãgelij:ita vt vin
cula mea manifeſta fierent in CHRI
STO,in toto prętorio & cæteris om
nibus, & plures è fratribus in domi/
no confidentes in vinculis meis,abũ
dantius auderẽt ſine timore verbum
dei loqui. Quidam quidẽ & propter
inuidiã & contentionẽ:quidam autẽ
& propter bonam voluntatẽ CHRI
STVM prædicant. Quidã ex charita D
te:ſcientes ꝙ in defenſionẽ euangelij
poſitus ſum.quidam autẽ ex conten/ C
tione CHRISTVM annũtiant non

ſyncere: exiſtimantes preſſuram ſe ſu
ſcitare vinculis meis. Quid enim? Dũ
omni modo ſiue per occaſionem ſiue
per veritatem CHRISTVS annun-
tiatur: & in hoc gaudeo, ſed & gaude-
bo. Scio enim ꝙ hoc mihi proueniet
ad ſalutem, per veſtram orationem
& ſubminiſtrationem ſpiritus IESV
CHRISTI, ſecũdum expectationẽ
& ſpem meam, ꝙ in nullo cõfundar,
ſed in omni fiducia ſicut ſemper, &
nũc magnificabitur CHRISTVS in
corpore meo, ſiue per vitam, ſiue per
mortem. Mihi enim viuere CHRI-
STVS eſt: & mori lucrũ. Quòd ſi vi-
uere in carne: hic mihi fructus operis
eſt. & quid eligã, ignoro. Coartor au-
tem è duobus: deſiderium habens diſ
ſolui & eſſe cum CHRISTO, multo
magis melius: permanere autẽ in car
D ne, magis neceſſariũ propter vos. Et
hoc confidens, ſcio ꝙ manebo & per-
manebo cũ omnibus vobis ad profe
C ctum veſtrũ & gaudium fidei: vt glo-
riatio veſtra abundet in CHRISTO

IESV in me, per meum aduentum iterum ad vos. Tantũ digne euãgelio CHRISTI conuerſamini: vt ſiue cũ venero & videro vos, ſiue abſens, audiam de vobis ꝙ ſtatis in vno ſpiritu, vnanimes collaborantes fidei euãgelij. & in nullo terreamini ab aduerſarijs, quę illis quidem eſt cauſa perditionis: vobis autem ſalutis, & hoc à deo. quia vobis donatũ eſt pro CHRISTO, non ſolum vt in eum credatis, ſed vt etiam pro illo patiamini, idem certamen habẽtes quale & vidiſtis in me, & nunc auditis de me.

CAPVT II.

A SI qua ergo conſolatio in CHRISTO, ſi quod ſolatium charitatis, ſi qua ſocietas ſpiritus: ſi qua viſcera & miſerationes: implete gaudium meum, vt idẽ ſapiatis, eandẽ charitatem habentes, vnanimes, idẽ ſentientes. nihil per contentionem, neq; per inanem gloriam: ſed humilitate, alij

1.cor.13.b alios ſuperiores ſibi inuicẽ arbitran-

tes. non quæ ſua ſunt ſinguli conſide
rantes: ſed & ea quę aliorũ. Hoc enim
ſentite in vobis, qđ fuit & in CHRI
STO IESV, qui cum in forma dei
eſſet, nõ rapinam arbitratus eſt eſſe ſe
æqualẽ deo. Sed ſemetipſum exinani
uit formã ſerui accipiens, in ſimilitu-
dine hominum factus, & habitu in-
uentus vt homo. Humiliauit ſemetip
ſum, factus obediens vſq; ad mortẽ:
B mortem autẽ crucis. Propter quod & Heb. 2.b
deus exaltauit illũ: & donauit illi no
men quod eſt ſuper omne nomen: vt
in nomine IESV omne genu flecta- Ro. 14.b
tur, cœleſtiũ, terreſtrium, & inferno- Eſa. 45.d
rum. & omnis lingua cõfiteatur ꝙ do
minus ſit IESVS CHRISTVS in
gloriã dei patris. Itaq; chariſſimi mei,
ſicut ſemper obediſtis: non vt in præ
ſentia mea tantum, ſed multo magis
nunc in abſentia mea, cũ metu & tre-
more veſtrã ſalutẽ operamini. Deus
eſt enim qui operatᷓ in vobis & velle
& perficere, pro bona voluntate. Om 1. Pet. 4.c
nia autem facite ſine murmurationi-

bus,& diſceptationibus: vt ſitis ſine
querela, & ſimplices filij dei, ſine re-
prehēſione in medio nationis prauæ
& peruerſę: inter quos lucetis ſicut lu
minaria in mundo: verbū vitę conti-
nentes ad gloriā mihi in diē CHRI- C
STI, ꝙ non in vacuum cucurrerim:
neq; in vacuū laborauerim. Sed etſi
immolor ſuper ſacrificiū & obſequiū
fidei veſtræ: gaudeo, & congratulor
omnibus vobis. Ob idipſum autē &
vos gaudete: & cōgratulamini mihi.
Act. 16. a Spero autē in domino IESV, Timó
theum me cito miſſurū ad vos: vt &
ego bono animo ſim, cognitis quæ
circa vos ſunt. Neminē enim habeo
vnanimē, qui ſyncera affectione pro
vobis ſolicitus ſit. Omnes enim quæ
ſua ipſorū ſunt quærunt: non quę IE
SV CHRISTI. Experimentū autē
eius cognoſcitis, ꝙ ſicut patri filius
mecū ſeruiuit in euangelio. Hunc igi-
tur ſpero me miſſurū ad vos: mox vt
videro, quę circa me ſunt. Cōfido au-
tem in domino, ꝙ & ipſe veniā cito.

Neceſſariū

D Neceſſarium autem exiſtimaui, Epa-
phroditum fratrem & cooperatorem
& cõmilitonem meũ, veſtrum autẽ
apoſtolum & miniſtrum neceſſitatis
meæ, mittere ad vos, quoniã quidem
omnes vos deſiderabat: & mœſtus
erat, propterea ꝙ audieratis illũ infir-
matũ. Nam & infirmatus eſt vſqȝ ad
mortẽ: ſed deus miſertus eſt eius. non
ſolum autem eius: verũetiam & mei,
ne triſtitiam ſuper triſtitiam haberẽ.
Feſtinãtius ergo miſi illũ: vt viſo eo,
iterum gaudeatis, & ego ſine triſtitia
ſim. Excipite itaqȝ illum cum omni
gaudio in domino: & eiuſmodi cum
honore habetote, quoniam propter
opus CHRISTI, vſqȝ ad mortẽ ac-
ceſſit: tradens animã ſuam, vt imple-
ret id quod ex vobis deerat erga meũ
obſequium.

CAPVT III.

A QVod ſupereſt fratres mei,
gaudete in domino. Eadẽ
vobis ſcribere, mihi quidẽ
non pigrum: vobis autem

tutū. videte canes, videte malos oper- a
rarios, videte cōciſionem. Nos enim
ſumus circuncifio, qui ſpiritu ſerui-
mus deo: & gloriamur in CHRI-
STO IESV, & non in carne fiduciā
habentes, quāquā & ego habeam cō-
fidentiam in carne. Si quis alius vide B
tur confidere in carne: ego magis, cir-
cunciſus octauo die ex genere Iſrael,
de tribu Beniamin, Hebræus ex He-
Act.23.b bræis, ſecundum legem phariſæus, ſe
cundum æmulationem perſequēs ec
cleſiam dei, ſecundum iuſtitiam quæ
in lege eſt conuerſatus ſine querela.
Sed quæ mihi fuerunt lucra: hæc arbi
tratus ſum propter CHRISTVM
detrimenta. Verūtamen exiſtimo om
nia detrimentum eſſe propter eminē
tem ſcietiam IESV CHRISTI do
mini mei: propter quem omnia detri
mentum feci, & arbitror ſtercora eſſe,
vt CHRISTVM lucrifaciam, & in-
ueniar in illo non habens meam iuſti
tiam quę ex lege eſt, ſed illam quę ex C
fide eſt CHRISTI, quæ ex deo eſt,

iuſtitiam in fide:ad cognoſcendum il
lum,& virtutē reſurrectionis eius,&
ſocietatem paſſionum illius configu/
ratus morti eius,ſi quo modo occur
ram ad reſurrectionē quæ eſt ex mor
tuis. Non qꝫ iam acceperim, aut iam
perfectus ſim:ſequor autē, ſi quo mo
do comprehendam in quo & cōpre/
henſus ſum à CHRISTO IESV.
Fratres,ego me nondum arbitror cō
prehendiſſe. Vnum autem: quæ qui/
dem retro ſunt obliuiſcēs, ad ea vero
quæ ſunt à frōte extēdens meipſum,
iuxta deſtinatū perſequor, ad brauiū
ſupernæ vocationis dei in CHRI/
STO IESV. Quicunqꝫ ergo perfecti
ſumus, hoc ſentiamus:& ſi quid ali/
ter ſapitis, & hoc vobis deus reuela/
D bit. Verūtamen ad quod peruenimus,
vt idem ſapiamus:in eadē permanea
mus regula. Imitatores mei eſtote
fratres:& obſeruate eos qui ita ambu
lant ſicut habetis formam nos. Multi Rom.16.c
enim ambulāt de quibus ſæpe dicebā
vobis(nūc autē & flens dico)inimici

crucis CHRISTI: quorũ finis interi
tus: quorũ deus, vẽter eſt: & gloria in
confuſione ipſorũ, qui terrena ſapiũt.
Noſtra enim cõuerſatio in cœlis eſt:
vnde etiam ſaluatorem expectamus
dominum IESVM CHRISTVM
qui reformabit corpꝰ humilitatis no
ſtrę configuratũ corpori claritatis ſuę
ſecundum operationem virtutis ſuæ
quá etiã poſſit ſubijcere ſibi omnia.

CAPVT IIII.

ITaqꝫ fratres mei dilecti & A
deſiderati, gaudiũ meum
& corona mea: ſic ſtate in
domino chariſſimi. Euodiã
rogo & Syntychẽ deprecor, idipſum
ſapere in domino. Etiã rogo & te ger
mane cõpar: adiuua illas quę mecum
laborauerũt in euangelio cũ Clemen 3.
te, & cęteris adiutoribus meis, quorũ
nomina ſunt in libro vitę. Gaudete in
domino ſemper: iterũ dico gaudete.
Modeſtia veſtra nota ſit omnibus ho
minibus. Dominus ꝓpe eſt. Nihil ſo-
liciti ſitis: ſed in omnibus, oratione &

obſecratione cum gratiarum actione
petitiones veſtræ innoteſcant apud
B deum. Et pax dei quæ exuperat om-
nem ſenſum , cuſtodiet corda veſtra
& intelligentias veſtras in CHRI-
STO IESV. Quod reliquũ eſt, fra-
tres, quæcunq; ſunt vera, quęcũq; pu-
dica, quæcunq; iuſta, quęcũq; ſancta,
quæcunq; amabilia, quæcunq; bonę
famę, ſi qua virtus, ſi qua laus: hęc co-
gitate. Quę & didiciſtis, & accępiſtis,
& audiſtis, & vidiſtis in me: hæc agi-
C te, & deus pacis erit vobiſcũ. Gauiſus
ſum autem in domino vehemẽter, ꝙ
tandem aliquãdo reuiguiſtis pro me
ſentire, ſicut & ſentiebatis. occupati
autem eratis. Non quaſi propter pe-
nuriam dico: ego enim didici, in qui-
bus ſum, ſufficiens eſſe. Scio & humi-
liari: ſcio & abundare, vbiq; & in om
nibus inſtitutus ſum, & ſatiari, & eſu-
rire, & abundare, & penuriam pati.
Omnia poſſum in eo qui me confor-
tat. Verũtamen bene feciſtis cõmuni-
cantes tribulationi meę. Scitis autem

& vos Philippenſes, quòd in princi-
pio euangelij, quando profectus ſum
à Macedonia, nulla mihi eccleſia cõ-
municauit in ratione dati & accępti,
niſi vos ſoli. quia & Theſſalonica, ſe-
mel & iterum in vſum mihi miſiſtis.
Non ꝙ requiram datum: ſed requiro
fructum abundantem in rationẽ ve-
ſtram. Habeo autẽ omnia: & abundo. D
repletus ſum accęptis ab Epaphrodi-
to quę miſiſtis odorem ſuauitatis, ho
ſtiam accęptam, placẽtem deo. Deus
autem meus impleat omne deſideriũ
veſtrum, ſecundũ diuitias ſuas in glo
ria, in CHRISTO IESV. Deo autẽ
& patri noſtro gloria in ſecula ſeculo
rum amẽ. Salutate omnem ſanctum
in CHRISTO IESV. Salutant vos C
qui mecum ſunt, fratres. Salutãt vos
omnes ſancti: maxime autem qui de
Cæſaris domo ſunt. Gratia domini
noſtri IESV CHRISTI cum om-
nibus vobis. Amen.

Scripta eſt è Roma per Epaphroditũ.

EPISTOLA PAVLI AD COLOSSENSES.

A PAulus Apoſtolus IESV CHRISTI per voluntatem dei & Timotheus frater: ijs qui ſunt Coloſſis ſanctis & fidelibus fratribꝰ in CHRISTO IESV, gratia vobis & pax à deo patre noſtro, & dño IESV CHRISTO.

Gratias agimus deo & patri domini noſtri IESV CHRISTI: ſemper pro vobis orantes: audientes fidē veſtram in CHRISTO IESV, & dilectionem quā habetis in ſanctos omnes propter ſpem quæ repoſita eſt vobis in cœlis, quā audiſtis in verbo veritatis euangelij, quod ꝑuenit ad vos, ſicut & in vniuerſo mundo eſt, & fructificat, & creſcit, ſicut & in vobis ex ea die qua audiſtis & cognouiſtis gratiam dei in veritate, ſicut didiciſtis

ab Epaphra chariſſimo conſeruo no/
ſtro, qui eſt fidelis pro vobis miniſter B
CHRISTI IESV, qui etiam mani
feſtauit nobis dilectionē veſtram in
ſpiritu. Ideo & nos ex qua die audiui
mus, non ceſſamus pro vobis oran/
tes & poſtulātes vt impleamini agni
tione voluntatis eius in omni ſapien/
tia & intellectu ſpirituali, vt ambule
tis digne domino, per omnia placen
tes, in omni opere bono fructifican/
tes, & creſcentes in ſcientia dei, in om
ni virtute confortati ſecundum potē
tiam glorię eius: in omni patientia &
longanimitate: cum gaudio gratias
agentes patri, qui dignos nos fecit in
partem ſortis ſanctorum in lumine,
qui eripuit nos de poteſtate tenebra/
rum, & tranſtulit in regnum filij dile
ctionis ſuæ, in quo habemus redem/ C
ptionem per ſanguinem ipſius, remiſ
ſionem peccatorū: qui eſt imago dei
inuiſibilis, primogenitus omnis crea
turæ, quoniam in ipſo condita ſunt
vniuerſa in cœlis & in terra, viſibilia,

& inuiſibilia, ſiue throni, ſiue domi-
nationes, ſiue principatus, ſiue pote-
ſtates, omnia ꝑ ipſum & in ipſo crea-
ta ſunt, & ipſe eſt ante omnia: & om-
nia in ipſo conſtant. & ipſe eſt caput
corporis eccleſiæ, qui eſt principium,
primogenit⁹ ex mortuis: vt ſit in om 1.cor.15.c
nibus ipſe primatum tenens. quia in Apoc.1.b
ipſo complacuit omnem plenitudi-
nem inhabitare: & per eum recõcilia-
re omnia in ipſum, pacificatis per ſan
guinem crucis eius ſiue quę in terris,
ſiue quæ in cœlis ſunt. Et vos cũ eſſe-
tis aliquando alienati & inimici ſen-
ſu, in operibus malis: nunc autem re-
conciliauit in corpore carnis ſuæ per
mortem, vt exhiberet vos ſanctos &
immaculatos & irreprehenſibiles co
ram ipſo: ſi quidem permanetis in fi-
de fundati & ſtabiles, & immobiles
à ſpe euangelij quod audiſtis, quod
prædicatum eſt in vniuerſa creatura
quæ ſub cœlo eſt, cuius factus ſum
D ego Paulus miniſter. Nũc gaudeo in
paſſionibus pro vobis, & adimpleo

ea quę deſunt paſſionũ CHRISTI, in carne mea pro corpore eius qđ eſt eccleſia. Cuius factus ſum ego miniſter ſecũdum diſpenſationem dei quę data eſt mihi in vos vt impleã verbũ dei, myſterium quod abſconditũ fuit à ſeculis & generationibus, nunc autem manifeſtatũ eſt ſanctis eius, quibus voluit deus notas facere diuitias gloriæ, ſacramẽti huius in gentibus, qui eſt CHRISTVS, in vobis ſpes gloriæ: quem nos annuntiamus, corripientes omnem hominem, & docẽtes omnem hominem in omni ſapiẽtia, vt exhibeamus omnẽ hominem perfectum in CHRISTO IESV. in quod & laboro, certando ſecundũ operationẽ eius quæ operatur in me in virtute.

CAPVT II.

A Volo enim vos ſcire qualem ſolicitudinem habeam pro vobis & pro ijs qui ſunt Laodiciæ, & quicunq; non viderunt faciem meã in carne: vt con

ſolentur corda ipſorum, cum fuerint
inſtructi in charitate, & in omnes di-
uitias plenitudinis intellectus in agni-
tioné myſterij dei & patris & CHRI
STI, in quo ſunt omnes theſauri ſa-
pientię & ſcientię abſcõditi. Hoc autẽ
dico: vt nemo vos decipiat in ſubli-
mitate ſermonum. Nam etſi corpore 1.cor.5.b
abſens ſum: tamen ſpiritu vobiſcum
ſum, gaudens & videns ordinem ve-
ſtrum, & firmamentum eius quæ in
CHRISTO eſt, fidei veſtrę. Sicut er
B go accępiſtis IESVM CHRI-
STVM dominũ: in ipſo ambulate,
radicati & ſuperędificati in ipſo, & cõ
firmati in fide ſicut & didiciſtis, abun
dantes in illo in gratiarũ actione. Vi-
C dete ne quis vos deprędetur per phi
loſophiã & inanem fallaciã: ſecundũ
traditioné hominum, ſecũdum ele-
menta mũdi, & non ſecundũ CHRI
STVM. quia in ipſo inhabitat omnis
plenitudo diuinitatis corporaliter: &
eſtis in illo repleti, qui eſt caput om-
nis principatus & poteſtatis: in quo &

circuncisi estis circuncisione non ma
nufacta in expoliatione corporis pec
catorũ carnis, in circũcisione CHRI
STI, cõsepulti ei in baptiſmo, in quo
& ſimul reſurrexiſtis per fidẽ opera-
tionis dei: qui ſuſcitauit illum à mor
Ephe. 2.a tuis. Et vos cum mortui eſſetis in de C
lictis & præputio carnis veſtræ, con-
uiuificauit cum illo: donãs nobis om
nia delicta, delẽs quod aduerſus nos
erat, chirographum, quod erat cõtra-
rium nobis per decreta. & ipſum tu-
lit de medio, affigẽs illud cruci: & ex-
polians principatus & poteſtates tra
duxit confidenter palàm, triumphãs
illos in ſemetipſo. Nemo ergo vos iu
dicet in cibo aut in potu, aut in parte
diei feſti, aut neomeniæ, aut ſabbato- D
rum, quæ ſunt vmbra futurorũ, cor-
Mat. 24.a pus autem CHRISTI. Nemo vos
præmio fraudet volens, in humilita-
te & religione angelorum, quæ nõ vĩ
dit ambulãs, fruſtra inflatus ſenſu car
nis ſuæ. & non tenens caput ex quo
totũ corpus per nexus & coniunctio-

nes ſubminiſtratum & cõſtructũ cre/
ſcit in augmẽtum dei. Si mortui eſtis
cum CHRISTO ab elementis mũ/
di:quid tanquam viuentes in mũdo
decernimini? Ne tetigeris,neq; guſta
ueris, neq; contrectaueris? quæ ſunt
omnia in interitum ipſo vſu,ſecundũ
præcępta & doctrinas hominũ. quæ
ſũnt rationem quidẽ habentia ſapien
tiæ in ſuperſtitione & humilitate, &
non ad parcendũ corpori, non in ho/
nore aliquo ad ſaturitatem carnis.

CAPVT III

A IGitur ſi reſurrexiſtis cum
CHRISTO:quæ ſurſum
ſunt quærite, vbi CHRI/
STVS eſt in dextera dei ſe
dens. quæ ſurſum ſunt ſapite:nõ quæ
ſuper terram. Mortui enim eſtis:& vi
ta veſtra eſt abſcondita cum CHRI/
STO in deo. Cum autem CHRI/
STVS apparuerit, vita noſtra: tũc &
vos apparebitis cum ipſo in gloria.
Mortificate ergo membra veſtra quę Ephe.5.a.
ſunt ſuper terram:fornicationem.im

munditiam, libidinem, concupiſcen-
tiam malam, & auaritiam quæ eſt ſi- C
mulacrorũ ſeruitus. propter quæ, ve-
nit ira dei ſuper filios incredulitatis. B
Rom.6.a in quibus & vos ambulaſtis aliquan
Ephe.4.e do, cum viueretis in illis. Nunc autẽ
Heb.12.a deponite & vos omnia. iram, indigna
1.Pet.1.a tionem, malitiam, blaſphemiam, tur-
&.4.a pem ſermonem de ore veſtro. Nolite
mentiri inuicem: poſtquã exuiſtis ve
terem hominem cum actibus ſuis, &
induiſtis nouũ, qui renouatur in agni
tionem ſecũdum imaginem eius qui
creauit illum. vbi non eſt Gentilis &
Iudæus, circuncifio & præputiũ, bar
barus & Scytha, ſeruus & liber: ſed D
omnia & in omnib⁹ CHRISTVS.
Ephe.6.b Induite vos ergo ſicut electi dei, ſan-
cti & dilecti viſcera miſerationũ, be-
nignitatem, humilitatem, modeſtiã,
Ephe.4.g patientiam. ſupportantes inuicem: &
donãtes vobiſmetipſis ſi quis aduer-
ſus aliquem habet querelam. ſicut &
CHRISTVS donauit vobis: ita &
vos: ſuper omnia autem hęc, charita-

tem, quod eſt vinculum perfectionis.
C & pax dei palmam ferat in cordibus
veſtris, in quā & vocati eſtis in vno
corpore: & grati eſtote. verbū CHRI
STI habitet in vobis abundanter: in
omni ſapientia docentes & commo-
nentes vos inuicem, pſalmis, hymnis
& canticis ſpiritualibus, in gratia can
tantes in cordibus veſtris domino.
Et quodcunq; facitis in verbo aut in 1. co. 10. g
opere: omnia in nomine domini no-
ſtri IESV CHRISTI facite, gratias
agentes deo & patri per ipſum. Vxo-
res, ſubditæ eſtote viris, ſicut opor- Ephe. 5. e
tet, in domino. Viri, diligite vxores: 1. Pet. 3. a
D & nolite amari eſſe erga illas. Filij,
obedite parentibus per omnia. hoc Ephe. 6. a
enim placitū eſt domino. Patres, no-
lite prouocare filios veſtros: vt non
puſillo animo fiāt. Serui, obedite per
omnia dominis carnalibus: non ad Ephe. 6. a
oculum ſeruientes quaſi hominibus Tit. 2. c
placentes, ſed in ſimplicitate cordis, 1. Pet. 2. c
timentes deum. Quodcunq; facitis,
ex animo operamini ſicut domino &

non hominibus:ſcientes quòd à domino accipietis retributionem hæreditatis. Domino enim CHRISTO

Sapiē.6.b ſeruitis. Qui autem iniuriam facit:recipiet id quod inique geſſit, & non eſt

Rom. 2.b perſonarum acceptio.

CAPVT IIII.

DOmini, quod iuſtum eſt & æquū, ſeruis præſtate:ſciētes q̄ & vos dominum habetis in cœlo. Orationi in-

A

Ephe.6.b

Ephe.6.b ſtate: vigilātes in ea in gratiarū actione.

2.theſ.3.a orantes ſimul & pro nobis, vt de⁹ aperiat nobis oſtium ſermonis ad loquendū myſteriū CHRISTI (propter quod etiam vinctus ſum) vt manifeſtē illud ita vt oportet me loqui.

Ephe.5.c In ſapientia ambulate ad eos qui foris ſunt, tempus redimentes. Sermo veſter ſemper in gratia ſale ſit conditus, vt ſciatis quomodo oporteat vos vnicuiq; reſpondere. Quæ circa me ſunt omnia vobis nota faciet Tychicus chariſſimus frater, & fidelis miniſter, & conſeruus in domino. quem B

miſi

miſi ad vos ad hoc ipſum,vt cogno
ſcat quę circa vos ſunt, & conſoletur
corda veſtra cum Oneſimo chariſſi-
mo & fideli fratre qui ex vobis eſt.
omnia quæ hic aguntur,nota facient
vobis. Salutat vos Ariſtarchus conca
ptiuus meus, & Marcus cõſobrinus
Barnabæ(de quo accępiſtis mãdata,
Si venerit ad vos, ſuſcipite illum)&
C Ieſus qui dicitur Iuſtus : qui ſunt ex
circunciſione. hi ſoli ſunt adiutores
mei in regno dei:qui mihi fuerunt ſo
latio. Salutat vos Epaphras qui ex vo
bis eſt, ſeruus CHRISTI IESV,
ſemper ſolicitus pro vobis in oratio-
nibus,vt ſtetis perfecti & pleni in om
ni voluntate dei.Teſtimonium enim
illi perhibeo quòd habet multum la
borem pro vobis, & pro ijs qui ſunt
Laodiciæ, & qui Hierapoli. Salutat
vos Lucas medicus chariſſimus, &
Demas. Salutate fratres qui ſunt Lao
D diciæ:& Nympham,& quæ in domo 2.Tim.4.c
eius eſt eccleſiam. Et cum lecta fuerit
apud vos epiſtola:facite vt & in Lao

dicenſium eccleſia legatur: & ea quæ
ex Laodicia eſt, vt vobis legatur. Et
dicite Archippo, Vide miniſterium
quod accępiſti in domino, vt illud im
pleas. Salutatio: mea manu Pauli.
Memores eſtote vinculorum meo-
rum. Gratia vobiſcum. AMEN.

Miſſa è Roma per Tychicum,
& Oneſimum.

EPISTOLA PAVLI AD THESSALONICENSES PRIMA.

PAulus & Syluanus & A
Timotheꝰ eccleſię Theſ
ſalonicẽſium in deo pa
tre noſtro & domino
IESV CHRISTO,
gratia vobis & pax à deo patre no-
ſtro, & domino IESV CHRISTO.
2 Gratias agimus deo ſemper pro om
nibus vobis: memoriam veſtri facien
tes in orationibus noſtris ſine inter-

B miſſione, memores operis fidei ve-
ſtræ & laboris, charitatis, & ſuſtinen
tię ſpei domini noſtri IESV CHRI
STI ante deum & patrem noſtrum,
ſcientes fratres dilecti à deo, electio-
nem veſtrã: quia euangelium noſtrũ
non fuit ad vos in ſermone tantum,
ſed & in virtute, & in ſpiritu ſancto,
& in certitudine multa, ſicut ſcitis
quales fuerimus in vobis ꝓpter vos.
C Et vos imitatores noſtri facti eſtis, &
dñi: excipiẽtes verbũ in tribulationẽ
multa cũ gaudio ſpiritus ſancti. ita vt
facti ſitis forma omnibus credentibus
in Macedonia & in Achaia. A vobis
enĩ diffamatus eſt ſermo dñi: non ſo-
lum in Macedonia & in Achaia: ſed &
in omni loco fides veſtra quæ eſt ad
deũ, profecta eſt, ita vt nõ ſit nobis ne
ceſſe quicquã loqui. Ipſi enim de no-
bis annuntiant, qualẽ introitũ habue
D rimus ad vos: & quomodo conuer-
ſi eſtis ad deũ à ſimulacris ſeruire deo
viuo & vero, & expectare filium eius
de cœlis (quẽ ſuſcitauit ex mortuis)

IESVM qui eripit nos ab ira ventura.

CAPVT II.

NAm & ipſi ſcitis fratres in- A
troitum noſtrũ ad vos quod
nõ inanis fuit: ſed antè paſ-
ſi & contumeliis affecti (ſi-
cut ſcitis) in Philippis, fiduciã habui-
mus in deo noſtro loqui ad vos euã-
gelium dei in multa ſolicitudine. Ex-
hortatio enim noſtra non de errore,
neq; de immũditia, neq; in dolo: ſed
ſicut probati ſumus à deo vt credere-
tur nobis euangelium, ita loquimur:
non quaſi hominibus placentes, ſed
deo qui probat corda noſtra. Neque
enim aliquando fuimus in ſermone
adulationis, ſicut ſcitis: neq; in occa-
ſione auaritię, deus teſtis eſt: nec quę-
rentes ab hominibus gloriam, neq; à
vobis, neque ab aliis: cum poſſemus
oneri eſſe, vt CHRISTI apoſtoli: B
ſed facti ſumus paruuli in medio ve-
ſtri, tanq; ſi nutrix foueat filios ſuos.
Ità deſiderantes vos cupide, voleba
mus tradere vobis non ſolum euan-

gelium dei, ſed etiã animas noſtras:
quoniam chariſſimi nobis facti eſtis.
Memores enim eſtis fratres laboris
noſtri & fatigationis. nocte eni & die Act.20.g
operantes, ne quem veſtrum graua- 1.cor.4.c
remus: prædicauimus in vobis euan 2.theſ.3.b
gelium dei. Vos teſtes eſtis & deus, q̃
ſancte & iuſte & ſine querela vobis
qui crediſtis, affuimus: ſicut ſcitis
qualiter vnũquẽq; veſtrum (ſicut pa-
ter filios ſuos) deprecantes vos & cõ
C ſolantes, teſtificati ſumus vt ambu-
laretis digne deo, qui vocauit vos in
ſuum regnũ & gloriam. Ideo & nos
gratias agimus deo ſine intermiſſio-
ne: quoniam cum acciperetis à nobis
verbum auditus dei, accepiſtis illud
non vt verbum hominum, ſed (ſicut
eſt vere) verbum dei, qui operatur in
vobis qui creditis. Vos enim imitato
res facti eſtis fratres, eccleſiarum dei
quæ ſunt in Iudæa, in CHRISTO
IESV: quia eadem paſſi eſtis & vos
à contribulibus veſtris, ſicut & ipſi à
Iudæis, qui & dominum occiderunt

IESVM, & proprios prophetas, & nos perſecuti ſunt, & deo non placẽt: & omnibus hominibus aduerſantur, prohibẽtes nos gentibus loqui vt ſalui fiant, vt impleant peccata ſua ſemper. peruẽnit autẽ ira ſuper illos vſq; in finem. Nos autem fratres deſolati à vobis ad tempus horæ, aſpectu, nõ corde: abundantius feſtinauimus faciem veſtram videre cum multo deſiderio. quoniam voluimus venire ad vos, ego quidem Paulus, & ſemel & iterũ: ſed impediuit nos ſatanas. Quę eſt enim noſtra ſpes, aut gaudiũ, aut corona glorię? Nónne & vos ante dominum noſtrum IESVM CHRISTVM in aduentu eius? vos enĩ eſtis gloria noſtra & gaudium.

CAPVT III.

A Propter quod cũ non ferremus amplius, placuit nobis remanere Athenis, ſolis. & miſimus Timótheũ fratrem noſtrum & miniſtrum dei & adiutorem operis noſtri in euangelio

Act.16.a

CHRISTI, ad confirmandos vos & exhortãdos pro fide veſtra: vt nemo moueatur in tribulationibꝰ iſtis. ipſi enim ſcitis quòd in hoc poſiti ſumus. Nam & cum apud vos eſſemus, prædicebamus vobis paſſuros nos tribulationes, ſicut & factum eſt & ſcitis. Propterea & ego amplius non ſuſtinens, miſi ad cognoſcendam fidẽ veſtrã, ne forte tentauerit vos is qui tentat: & inanis fiat labor noſter. Nũc autem veniente Timótheo ad nos à vobis, & annũtiante nobis fidem & charitatem veſtram, & quòd memoriam noſtri habetis bonam ſemper, deſiderantes nos videre, ſicut nos quoque

C vos: ideo conſolati ſumus fratres in vobis in omni neceſſitate & tribulatione noſtra per fidem veſtram. quoniam nũc viuimus, ſi vos ſtatis in domino. Quã enim gratiarum actionẽ poſſumus deo retribuere pro vobis in omni gaudio quo gaudemus propter vos ante deum noſtrum, nocte ac die abundantius orantes vt videa-

mus faciem veſtram,& compleamus
ea quæ deſunt fidei veſtræ? Ipſe auté
deus & pater noſter & dominus IE- D
SVS CHRISTVS dirigat viam no
ſtram ad vos. Vos auté dominus mul
tiplicet,& abundare faciat charitatem
veſtram in inuicem & in omnes: qué
admodú & nos in vos ad confirman
da corda veſtra ſine querela, in ſancti-
tate ante deú & patrem noſtrum, in
aduétu domini noſtri IESV CHRI
STI cum omnibus ſanctis eius.

CAPVT IIII.

QVod ſupereſt ergo fratres, A
rogamus vos & obſecra-
mus in domino IESV:
queadmodum accepiſtis à
nobis quomodo oporteat vos ambu
lare & placere deo, vt abundetis ma-
gis. Scitis enim quæ præcepta dede-
rimus vobis per dominú IESVM.
Ro.12,c Hæc eſt enim voluntas dei, ſanctifica
Ephe.5.d tio veſtra: vt abſtineatis vos à fornica
tione. vt ſciat vnuſquiſq; veſtrú, vas
ſuú poſſidere in ſanctificatione & ho

nore: nõ in paſſione deſiderij, ſicut &
gentes quæ ignorant deum. ne quis
B ſupergrediatur & circũueniat in ne-
gotio fratrem ſuum: quoniã vindex
eſt dominus de his omnibus, ſicut &
prędiximus vobis, & teſtificati ſum⁹.
non enim vocauit nos deus in immũ
ditiam: ſed in ſanctificationem. Itaq;
qui ſpernit, nõ hominem ſpernit ſed
deum, qui dedit ſpiritum ſuum ſan-
ctum in vos. De charitate autem fra-
ternitatis, non neceſſe habemus ſcri-
C bere vobis. ipſi enim vos à deo didi- Ioan. 13. d
ciſtis, vt diligatis inuicem. Etenim il- & 15. b
lud facitis in omnes fratres in vniuer 1. Ioã. 2. b
ſa Macedonia. Rogamus autẽ vos fra & 4. d
tres vt abundetis magis: & operã de-
tis vt quieti ſitis, & vt veſtrum nego-
tium agatis, & operemini manibus
veſtris, ſicut pręcępimus vobis. & vt
honeſte ambuletis ad eos qui foris
ſunt: & nullius aliquid deſideretis.
Nolumus autẽ vos ignorare fratres
de dormientibus: vt non cõtriſtemi-
ni, ſicut & cęteri qui ſpẽ non habẽt. Si

enim credimus quòd IESVS mor- D
tuus eſt & reſurrexit: ita & deus eos
qui dormierunt per IESVM, addu-
cet cum eo. Hoc enim vobis dicimus
in verbo domini, quòd nos qui viui-
1.co.15.d mus, qui reſidui ſumus in aduentum
domini, non præueniemus eos qui
dormierũt. Quoniam ipſe dominus
in iuſſu & in voce archangeli & in
tuba dei deſcendet de cœlo: & mor-
tui qui in CHRISTO ſunt, reſurgẽt
primũ. Deinde nos qui viuimus, qui
relinquimur: ſimul rapiemur cũ illis
in nubibus obuiã domino in aera, &
ſic ſemper cũ domino erimus. Itaq;
conſolamini inuicẽ in verbis iſtis.

CAPVT V.

DE temporibus autẽ & mo- A
mentis fratres, non indige
tis vt ſcribamus vobis. Ip
ſi enim diligenter ſcitis ꝙ
dies domini, ſicut fur in nocte, ita ve-
2.Pet.3.c niet. Cum enim dixerint, pax & ſecu-
Apoc.3.a ritas: tunc repentinus eis ſuperueniet
&.16.c interitus, ſicut dolor in vtero haben-

ti,& non effugient. Vos autē fratres,
non eſtis in tenebris : vt vos dies illa
tanq̄ fur comprehendat. omnes vos:
filij lucis eſtis,& filij dei. nō ſumus no
B ctis neq; tenebrarū. Igit̃ non dormia
mus ſicut & cæteri : ſed vigilemus &
ſobrij ſimus. Qui eni dormiūt: nocte
dormiūt. & qui ebrij ſunt: nocte ebrij
ſunt. Nos autē qui diei ſumus, ſobrij
ſumus. induti loricam fidei & charita
tis,& galeā, ſpem ſalutis. quoniā non Eſa.59.c
poſuit nos deus in irā: ſed in acquiſi- Ephe.6.c
tionē ſalutis per dominū noſtrū IE-
SVM CHRISTVM, qui mortuus
eſt pro nobis, vt ſiue vigilemus ſiue
dormiamus, ſimul cū illo viuamus.
C Propter quod conſolamini inuicē: &
ędificate alterutrū, ſicut & facitis. Ro
gamus autē vos fratres, vt noueritis
eos qui laborant inter vos, & pręſunt
vobis in dn̄o, & monēt vos: vt habea
tis illos abūdantius in charitate, ꝑpter
opus illorū. pacem habete cū eis. Ro-
gamus autē vos fratres, corripite in-
quietos, conſolamini puſillanimes,

Puer.17.c ſubleuate infirmos, patiẽtes eſtote er
Ro.12.d ga omnes. Videte ne quis malum pro D
1.Pet.3.b malo alicui reddat: ſed ſemper quod
bonũ eſt ſectamini in vos inuicẽ & in
Eccl.18.c omnes. Semper gaudete. Sine inter-
Luc.18.a miſſione orate. In omnibus gratias
agite. hæc eſt enim voluntas dei in
CHRISTO IESV in omnibus vo
bis. Spiritũ nolite extinguere. Prophe
tias nolite ſpernere. Omnia probate.
quod bonũ eſt, tenete. Ab omni ſpecie
mala abſtinete. Ipſe autẽ deus pacis
ſanctificet vos per omnia: vt integer
ſpiritus veſter & anima & corpus ſine
1.Cor.1.b querela, in aduentu dñi noſtri IESV
CHRISTI conſeruetur. Fidelis eſt
qui vocauit vos: qui etiam faciet. Fra
tres, orate pro nobis. Salutate fratres
omnes in oſculo ſancto. Adiuro vos
per dominũ, vt legatur epiſtola hæc
omnibus ſanctis fratribus. Gratia do
mini noſtri IESV CHRISTI vo-
biſcum. AMEN.

Ad Theſſalonicenſes prima
ſcripta fuit ex Athenis.

EPISTOLA PAVLI AD THESSALONICENSES SECVNDA.

A PAulus & Syluanus & Timótheus eccleſię Theſſalonicenſiũ in deo patre noſtro & domino IESV CHRISTO gratia vobis & pax à deo patre noſtro, & domino IESV CHRISTO.

Gratias agere debemus ſemper deo prò vobis fratres, ita vt dignum eſt, quoniam ſupercreſcit fides veſtra, & abundat charitas vniuſcuiuſq; veſtrũ in vos inuicem: ita vt & noſipſi in vobis gloriemur in eccleſijs dei, pro patientia veſtra, & fide in omnibus perſecutionibus veſtris & tribulationibus, quas ſuſtinetis in exẽplum iuſti iudicij dei vt digni habeamini regno dei, pro quo & patimini. ſi quidẽ iuſtum eſt apud deum retribuere tribu-

lationem ijs qui vos tribulant: & vo
bis qui tribulamini requiem nobiſcũ
in reuelatione domini IESV de cœ-
lo cum angelis virtutis eius in flāma
ignis dantis vindictā ijs qui nō noue
runt deũ, & qui non obediunt euan-
gelio domini noſtri IESV CHRI-
STI. qui pœnā dabunt interitũ æter D
num à facie domini & à gloria virtu-
tis eius: cum venerit glorificari in ſan
ctis ſuis & admirabilis fieri in omni-
bus qui crediderũt, quia creditum eſt
teſtimonium noſtrũ ſuper vos in die
illo. in quod etiā oramus ſemper pro
vobis, vt dignetur vos vocatione ſua
deus noſter, & impleat omnē volun-
tatem bonitatis, & opus fidei in vir-
tute, vt glorificetur nomē domini no
ſtri IESV CHRISTI in vobis, &
vos in illo, ſecundum gratiam dei no
ſtri, & domini IESV CHRISTI.

CAPVT II.

Rogamus autē vos fratres A
per aduentum domini no
ſtri IESV CHRISTI, &

ñoſtram cõgregationem in ipſum: vt
non cito moueamini à veſtro ſenſu,
neq; terreamini, neq; per ſpiritũ, neq;
per ſermonẽ, neq; per epiſtolam tan/
quã per nos miſſam, quaſi inſtet dies
CHRISTI. Ne quis vos ſeducat vl/ Ephe.5.d
lo modo. quoniam niſi venerit diſceſ
ſio primũ, & reuelatus fuerit homo
B peccati, filius perditionis, qui aduer/
ſatur & extollitur ſupra omne quod
dicitur deus, aut quod colitur, ita vt
in templo dei ſedeat oſtendens ſe ꝙ
ſit deus. Non meminiſtis quòd cum
adhuc eſſem apud vos, hæc dicebam
vobis? Et nunc quid detineat ſcitis: vt
reueletur ille in ſuo tẽpore. Nam my
ſterium iam operatur iniquitatis: tan
tum qui tenet, nunc teneat, donec de
C medio fiat. Et tunc reuelabitur ille ini Eſa.11.a
quus: quem dominus interficiet ſpi/
ritu oris ſui. & deſtruet illuſtratione
aduentus ſui, eum, cuius eſt aduen/
tus ſecundum operationem ſatanæ:
in omni virtute, & ſignis, & prodi/
gijs mẽdacibus, & in omni ſeductio/

ne iniquitatis in ijs qui pereunt,eo ꝙ
charitatem veritatis non recęperunt,
vt ſalui fierent.Et ideo mittet illis deꝰ
operationem erroris: vt credant men
dacio, vt iudicentur omnes qui non
crediderunt veritati, ſed conſenſerũt
iniquitati. Nos autem debemus gra- D
tias agere deo ſemper pro vobis fra-
tres dilecti à domino, quod elegerit
vos deus ab initio in ſalutem, in ſan-
ctificatione ſpiritus, & in fide verita-
tis. Ad quod & vocauit vos per euan
gelium noſtrum in acquiſitionẽ glo
riæ domini noſtri IESV CHRI-
STI. Itaq; fratres ſtate: & tenete tra
ditiones quas didiciſtis, ſiue per ſer-
monem,ſiue per epiſtolam noſtram.
Ipſe autem dominus noſter IESVS
CHRISTVS & deus & pater no-
ſter qui dilexit nos,& dedit conſola-
tionem æternam, & ſpem bonam in
gratia:exhortet̃ corda veſtra, & cõfir
met in omni ſermone bono & opere.

Caput

CAPVT III.

A QVod ſupereſt fratres, orate Ephe.6.c
ꝓ nobis, vt ſermo CHRISTI currat & glorificetur, Coloſ.4.a
ſicut & apud vos: & vt liberemur ab importunis & malis hominibus. nõ enim omnium eſt fides. Fidelis autem dominus eſt, qui confirmabit vos & cuſtodiet à malo. Cõfidimus autem de vobis in domino, ꝙ quęcunque præcipimus vobis & facitis & facietis. Dominus autem dirigat corda veſtra in charitatem dei &
B patientiam CHRISTI. Denuntiamus autem vobis fratres in nomine domini noſtri IESV CHRISTI, vt ſubtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, & non ſecũdum traditionem quam accęperunt à nobis. Ipſi enim ſcitis quemadmodum oporteat imitari nos: quoniã non inquieti fuimus inter vos, neque gratis Act.20.g
panem accępimus ab aliquo, ſed in la 1.cor.4.c
bore & fatigatione nocte & die ope 2.theſ.2.b
rantes, ne quem veſtrũ grauaremus.

Non quaſi nō habuerimus poteſtatẽ:
ſed vt noſmetipſos formam daremus
vobis ad imitandũ nos. Nam & cum
eſſemus apud vos, hoc denuntiaba-
mus vobis. Quòd ſi quis nō vult ope
rari, nec manducet. Audiuimus enim
inter vos quoſdã ambulantes inquie
te, nihil operãtes, ſed curioſe agentes.
Iis autẽ qui eiuſmodi ſunt denuntia-
mus & obſecramꝰ in domino IESV
CHRISTO, vt cũ ſilentio operãtes,
ſuum ipſorũ panem manducent. Vos
autẽ fratres, nolite deficere benefaciẽ
Galat. 6. c tes. Quòd ſi quis nō obedit verbo no D
ſtro per epiſtolã, hunc notate: & ne cō
miſceamini cũ illo, vt cōfundatur: &
nolite quaſi inimicũ exiſtimare, ſed
corripite vt fratrẽ. Ipſe autẽ deus pa-
cis det vobis pacẽ ſemper in omni lo
co. Dominus ſit cũ omnibus vobis.
Salutatio mea manu Pauli: quod eſt
ſignũ in omni epiſtola. ita ſcribo. Gra
tia dñi noſtri IESV CHRISTI cũ
omnibus vobis. Amen.

Miſſa fuit ex Athenis.

EPISTOLA PAVLI AD TIMOTHEVM PRIMA.

A PAulus apoſtolus IESV CHRISTI, ſecundum imperiũ dei ſaluatoris noſtri, & dñi IESV CHRISTI ſpei noſtræ: Timótheo dilecto filio in fide; gratia & miſericordia & pax à deo patre & CHRISTO IESV, dño noſtro. Act.16.a

Sicut rogaui te vt remaneres Ephe-
ſi cum irem in Macedoniam, vt denũ-
tiares quibuſdam ne aliter docerent,
neq; intenderent fabulis & genealo-
gijs interminatis: quę quęſtiones prę-
ſtant magis quàm ędificationem dei:
quę eſt in fide. Finis autem præcępti,
eſt charitas de corde puro & cõſcien-
B tia bona & fide non ficta. A quibus
quidã aberrantes, conuerſi ſunt in va-
niloquium: volentes eſſe legis docto

res, non intelligentes neque quæ lo-
quuntur neque de quibus affirmant.
Roma.7.c Scimus autem ꝙ bona eſt lex, ſi quis
ea legitime vtatur: ſciens hoc, ꝙ lex
iuſto non eſt poſita, ſed iniuſtis & nõ
ſubditis, impijs & peccatoribus, ſce-
leratis & contaminatis, patricidis, &
matricidis, homicidis, fornicarijs, ma
ſculorum concubitoribus, plagiarijs,
mendacibus, & periuris, & ſi quid
aliud ſanæ doctrinę aduerſatur, ſecũ-
dum euangeliũ glorię beati dei, quod
creditum eſt mihi. Gratias ago ei qui
me cõformauit CHRISTO IESV
domino noſtro, quia fidelem me exi
ſtimauit, ponẽs in miniſterio qui pri⁹ B
blaſphemus fui & perſecutor & con-
tumelioſus, ſed & miſericordiam cõ-
ſecutus ſum, quia ignorans feci in in-
credulitate. Superabundauit autẽ gra
tia domini noſtri cũ fide & dilectio-
ne, quæ eſt in CHRISTO IESV.
Fidelis ſermo & omni acceptione di
gnus: quòd CHRISTVS IESVS
venit in mundum peccatores ſaluos

D facere, quorum primus ego ſum. Sed Mat.9.b
ideo miſericordiam conſecutus ſum Mar.2.c
vt in me primo oſtenderet CHRI-
STVS IESVS omnem patiētiam,
ad informationem eorum qui credi-
turi ſunt illi in vitam ęternam. Regi
autem ſeculorum immortali, inuiſi-
bili, ſoli ſapienti deo honor & gloria
in ſecula ſeculorum. Amen. Hoc præ-
cęptum cōmendo tibi fili Timótheee,
ſecundum præcedentes in te prophe-
tias: vt milites in illis bonam militiā,
habens fidem, & bonā conſcientiam:
quā quidam repellentes, circa fidem
naufragium fecerūt. ex quibus eſt Hy
menæus & Alexāder: quos tradidi ſa
tanæ, vt diſcant non blaſphemare.

CAPVT II.

A Dhortor igitur primū om-
niū fieri obſecrationes, ora-
tiones, poſtulationes, gra-
tiarum actiones pro omni-
bus hominibus, pro regibus, & om-
nib⁹ qui in ſublimitate cōſtituti ſunt:
vt quietam & trāquillam vitam agā-

mus in omni pietate & honeſtate. hoc B
enim bonum eſt & acceptum coram
ſaluatore noſtro deo: qui omnes ho/
mines vult ſaluos fieri, & ad agnitio/
nem veritatis venire. Vnus eni deus,
vnus & mediator dei & hominũ, ho/
mo CHRISTVS IESVS: qui de/
dit redemptionẽ ſemetipſum pro om
2.Tim.1.c nibus, teſtimonium temporibus ſuis.
in quod poſitus ſum ego prædicator
& apoſtolus (Veritatẽ dico in CHRI
STO non mentior) doctor gentium
in fide & veritate. Volo ergo viros C
orare in omni loco: leuãtes puras ma
nus, ſine ira & diſceptatione. Simili/
ter & mulieres in habitu ornato: cum
1.Pet.3.a verecũdia & ſobrietate ornare ſe, non
in tortis crinibus, aut auro aut marga
ritis, vel veſte pretioſa: ſed quod de/ A
cet mulieres promittentes pietatem
per opera bona. Mulier in ſilentio di/
1.cor.14.f ſcat, cum omni ſubiectione. Docere D
autem, mulieri non permitto, neque
Geñ.1.d dominari in virum, ſed eſſe in ſilen/
Geñ.3.b tio. Adam enim, primus format⁹ eſt:

deinde Eua. & Adam nō eſt ſeductus, mulier autem ſeducta, in præuarica-tione fuit. Saluabitur autem per filio-rum generationem: ſi permāſerint in fide & dilectione & ſanctificatione cū ſobrietate.

CAPVT III.

A FIdelis ſermo. Si quis epiſco patū deſiderat: bonū opus deſiderat. Oportet igit̃ epi-ſcopum irreprehenſibilem eſſe, vnius vxoris virum, vigilātem, ſobrium, modeſtum, ornatum, hoſpi talem, doctorem: non vinolentum, non percuſſorem, nō turpi lucro de-ditum: ſed mitē, non litigioſum, non auarum: ſed ſuæ domui bene prępo-ſitum, filios habentē ſubditos cū om-ni reuerentia. Si quis autē domui ſuæ B præeſſe neſcit: quomodo eccleſiæ dei diligentiā habebit? Non neophytum: ne in ſuperbiā elatus in iudicium in-cidat diaboli. Oportet autē illum & teſtimoniū habere bonum ab ijs qui foris ſunt: vt non in opprobrium inci

Tit. 1. b

dat & in laqueum diaboli. Diaconos
ſimiliter compoſitos, non bilingues,
non multo vino deditos, non turpe
lucrũ ſectantes: habentes myſteriũ fi-
dei in cõſcientia pura. Et hi quidẽ pro
bentur primum: & deinde miniſtrẽt
ſic vt nullum crimen habentes. Mu- C
lieres ſimiliter pudicas, non detrahẽ-
tes, ſobrias, fideles in omnibus. Diaco
ni ſint vnius vxoris viri: qui filijs ſuis
bene præſint, & ſuis domibus. Qui
enim bene miniſtrauerint: gradũ bo-
num ſibi acquirunt, & multam fidu-
ciam in fide quæ eſt in CHRISTO
IESV. Hęc tibi ſcribo, ſperans me ad
te venire cito. ſi autem tardauero: vt D
ſcias quomodo oporteat te in domo
dei conuerſari, quæ eſt eccleſia dei vi-
ui, columna & firmamentum verita-
tis. Et manifeſte magnum eſt pietatis
ſacramentum. Deus manifeſtatus eſt
in carne, iuſtificatus eſt in ſpiritu, ap-
paruit angelis, prædicatus eſt genti-
bus, creditus eſt in mũdo, aſſumptus
eſt in gloria.

CAPVT IIII.

A SPiritus autem manifeſte dicit quòd in nouiſſimis tẽporibus diſcedent quidam à fide, attendentes ſpiritibus erroris & doctrinis dæmoniorũ, in hypocriſi loquentium mẽdacium, & cauteriatam habentium ſuam conſcientiam, prohibentiũ nubere, abſtinere à cibis quos deus creauit ad percipiẽdum cum gratiarum actione fidelibus & ijs qui cognouerunt verita 2.Tim.3.a 2.Pet.3.a Iudæ.1.f

B tem: ꝙ omnis creatura dei bona eſt, & nihil rejciendũ quod cum gratiarum actione percipitur. ſanctificatur enim per verbum dei & orationem. Hæc proponens fratribus: bonus eris miniſter CHRISTI IESV, enutritus verbis fidei & bonę doctrinę quã aſſecutus es. Ineptas autem & aniles fabulas deuita. exerce autem teipſum 2.tim.2.d Tit.3.c

C ad pietatem. Nam corporalis exercitatio, ad modicũ vtilis eſt. pietas autem, ad omnia vtilis eſt: promiſſiones habens vitæ quæ nunc eſt, & futuræ.

Fidelis ſermo,& omni acceptione dignus. In hoc eni & laboramus & maledicimur,quia ſperamus in deum viuum qui eſt ſaluator omniũ hominũ, maxime fideliũ. Pręcipe hęc & doce. Nemo iuuentutem tuam cõtemnat, ſed exéplum eſto fidelium in verbo, in conuerſatione,in charitate,in fide, in caſtitate.Dum venio,attẽde lectioni,exhortationi,doctrinæ. Noli negligere gratiã quæ in te eſt:quæ data eſt tibi per prophetiam, cum impoſitione manuum preſbyteri Hæc meditare,in his eſto:vt profectus tuus manifeſtus ſit in omnibus. Attende tibi & doctrinę:inſta in illis. Hoc enim faciens:& teipſum ſaluum facies,& eos qui te audiunt.

CAPVT V.

SEniorẽ ne increpaueris:ſed exhortare vt patrem.iuuenes:vt fratres.anus:vt matres.iuuenculas:vt ſorores in omni caſtitate.Viduas honora,quę verè viduæ ſunt. Si qua autem vidua

filios aut nepotes habet: diſcāt primū
domum ſuam regere, & mutuam vi-
cem reddere parētibus. hoc enim bo-
num & accęptū eſt corā deo. Qui au-
tem verè vidua eſt & deſolata: ſperat
in deum, & inſtat obſecrationibus &
orationibus nocte & die. Nam quę in
delitijs eſt: viuens mortua eſt. Et hoc
præcipe: vt irreprehenſibiles ſint. Si
qua autem ſuorū & maxime domeſti
corū curam nō habet: fidē negauit, &
B eſt infideli deterior. Vidua deligat̃ nō
minus ſexaginta annorum quę fuerit
vnius viri vxor, in operibus bonis te
ſtimonium habēs, ſi filios educauit, ſi
C hoſpitio recępit, ſi ſanctorū pedes la
uit, ſi tribulationē patientibus ſubmi
niſtrauit, ſi omne opus bonum ſubſe
cuta eſt. Iuniores autē viduas deuita.
Cū enim luxuriatę fuerint in CHRI
STVM, nubere volunt: habentes dā-
nationē, quia primā fidem irritā fece
runt: ſimul autē & ocioſæ diſcunt cir
cuire domos: nec ſolum ocioſę, ſed &
verboſę, & curioſę, loquētes quę non

oportet. Volo ergò iuniores nubere, C
filios procreare, matreſfamiliâs eſſe:
nullam occaſionem dare aduerſario
maledicti gratia. Iam enim quædam
cōuerſæ ſunt poſt ſatanam. Si quis fi-
delis, aut ſi qua fidelis habet viduas,
ſubminiſtret illis, & non grauetur ec-
cleſia: vt hs quę vere viduæ ſunt, ſuffi
ciat. Qui bene præſunt preſbyteri: du
plici honore digni habeātur: maxime
qui laborant in verbo & doctrina. Di
Deu.25.a cit enim ſcriptura, nō alligabis os bo-
1.cor.9.a ui trituranti. Et, dignus eſt operarius
Mat.10.b mercede ſua. Aduerſus preſbyterum
Luc.10.b accuſationem noli recipere: niſi ſub
duobus aut tribus teſtibus. Peccātes, D
coram omnibus argue: vt & cæteri ti
morem habeant. Teſtor coram deo &
domino IESV CHRISTO & ele-
ctis angelis, vt hęc cuſtodias: ſine prę
iudicio nihil faciens, in alteram partē
declinādo. Manus cito nemini impo
ſueris, neq; communicaueris peccatis
alienis. Teipſu m caſtum cuſtodi. No-
li adhuc aquā bibere, ſed modico vi-

no vtere propter ſtomachũ tuum, &
frequentes tuas infirmitates. Quorũ-
dam hominũ peccata manifeſta ſunt,
præcedentia ad iudicium: quoſdá au
tem & ſubſequũtur. Similiter & facta
bona manifeſta ſunt: & quæ aliter ſe
habent, abſcondi non poſſunt.

CAPVT VI.

A QVicunq; ſunt ſub iugo ſer-
ui, dominos ſuos omni ho
nore dignos arbitrẽtur: ne
nomẽ dei & doctrina blaſ
phemetur. Qui autem fideles habent
dominos, non contemnant, quia fra-
tres ſunt, ſed magis ſeruiãt, quia fide-
les ſunt & dilecti, qui beneficij partici
pes ſunt. Hæc doce & exhortare. Si
quis aliter docet, & non acquieſcit ſa
nis ſermonib⁹ domini noſtri IESV
CHRISTI, & ei quæ ſecundũ pieta
tem eſt, doctrinæ: ſuperbus, nihil ſci-
ens, ſed languens circa quæſtiones &
pugnas verborũ, ex quibus oriuntur
B inuidię, cõtentiones, blaſphemiæ, ſu-
ſpiciones malæ, cõflictationes homi-

num mente corruptorũ & qui verita
te priuati ſunt, exiſtimantiũ quęſtum
eſſe pietatẽ: abſtine à talibus. Eſt autẽ
quæſtus magnus: pietas cũ ſufficiẽtia.
Iob.1.d Nihil enĩ intulimus in mundũ: haud
Eccli.5.c dubiũ ꝙ nec auferre quid poſſumus.
Habentes autẽ alimenta & quibus te
gamur: his contenti ſimus. Nam qui
volunt diuites fieri: incidunt in tenta A
tionem & in laqueũ, & deſideria mul
ta inutilia, & nociua, quæ mergũt ho
mines in interitũ & perditionem. Ra C
dix enim omnium malorũ eſt auari-
tia. quã quidam appetentes errauerũt
à fide, & inſeruerũt ſe doloribus mul
tis. Tu autẽ ô homo dei, hæc fuge ſe-
ctare vero iuſtitiam, pietatem, fidem,
charitatem, patientiã, manſuetudinẽ.
Certa bonũ certamen fidei: apprehen
de vitam æternam, in quã vocatus es
& cõfeſſus bonam cõfeſſionem corã
multis teſtibus. Præcipio tibi coram
deo qui viuificat omnia, & CHRI-
STO IESV qui teſtatus eſt ſub Pon
tio Pilato bonam confeſſionẽ: vt ſer-

ues mandatũ ſine macula, irreprehen
ſibilis vſq; in aduentũ domini noſtri
IESV CHRISTI, quẽ ſuis tempo/
ribus oſtendet beatus & ſolus potẽs,
rex regum & dominus dominantiũ: Apo.17.b
qui ſolus habet immortalitatẽ, & lu/ &.19.c
cem habitat inacceſſibilẽ, quem nul/
lus hominũ vidit, ſed nec videre po/ Ioan.1.b
teſt. cui honor & imperium ſempiter 1.Ioã.1.c
D num. Amẽ. Diuitibus huius ſeculi prę
cipe non ſublime ſapere, neq; ſperare
in incerto diuitiarũ, ſed in deo viuo
(qui præſtat nobis omnia abunde ad Ioan.1.b
fruendum) bene agere, diuites fieri in
bonis operibus, facile tribuere, cõmu
nicare, theſaurizare ſibi fundamẽtum
bonum in futurũ, vt apprehendãt ve
ram vitam. O Timõthee, depoſitũ cu
ſtodi: deuitans prophanas vocum va
nitates, & oppoſitiones falſi nomi/
nis ſcientiæ, quã quidam promitten/
tes, circa fidem exciderunt. Gratia te/
cum. AMEN.

Miſſa fuit ex Laodicia.

EPISTOLA PAVLI AD TIMOTHEVM SECVNDA.

PAulus Apoſtolus
IESV CHRI-
STI per volunta
tem dei, ſecũdum A
promiſſionẽ vitæ
quæ eſt in CHRI
STO IESV Ti-
mótheo chariſſi-
mo filio, gratia & miſericordia, & pax
à deo patre: & CHRISTO IESV
domino noſtro.

Gratias ago deo, cui ſeruio à pro-
genitoribus meis in cõſcientia pura,
quòd ſine intermiſſione habeam tui
memoriam in orationibus meis, no-
cte ac die deſiderãs te videre, memor
lachrymarum tuarum, vt gaudio im
plear recordationem accipiẽs eius fi- B
dei quæ eſt in te non ficta: quæ & ha-
bitauit primum in auia tua Loide, &
matre

matre tua Eunice, certus ſum autem
quòd & in te. Propter quàm cauſam
admoneo te, vt reſuſcites gratiã dei,
quæ eſt in te per impoſitionem ma/
nuum mearum. Non enim dedit no/ Rom. 8.c
bis deus ſpiritum timoris: ſed virtu/
C tis, & dilectionis & ſobrietatis. Noli
itaq; erubeſcere teſtimonium domi/
ni noſtri neq; me vinctũ eius: ſed col
labora euangelio ſecũdum virtutem
dei. qui nos liberauit & vocauit voca Tit. 3.b
tione ſancta: non ſecũdum opera no/
ſtra, ſed ſecũdum propoſitum ſuũ &
gratiã quæ data eſt nobis in CHRI/
STO IESV ante tempora ſecularia.
Manifeſtata eſt autem nunc per illu/
minationem ſaluatoris noſtri IESV
CHRISTI, qui deſtruxit quidem
mortem, illuminauit autem vitam &
incorruptionem per euangelium: in
quod poſitus ſum ego prædicator &
apoſtolus & magiſter gentium. Ob
quã cauſam etiam hæc patior: ſed nõ
confundor. Scio enim cui credidi: &
certus ſum quòd potens eſt depoſitũ

meum ſeruare in illum diem. Formā
habe ſanorū verborū,quę à me audi-
ſti in fide & in dilectione in CHRI-
STO IESV.Bonum depoſitum cu- D
ſtodi per ſpiritum ſanctum,qui habi-
tat in nobis. Scis hoc,ꝙ auerſati ſunt
me omnes qui in Aſia ſunt:ex quibus
eſt Phygellus & Hermogenes. Det
miſericordiam dominus Oneſiphori
domui:quia ſæpe me refrigerauit, &
catenam meam non erubuit.ſed cum
Romam veniſſet: ſolicite me quæſi-
uit,& inuenit.Det illi dominus inue-
nire miſericordiam à deo in illa die.
Et quæcūq; Epheſi miniſtrauit mihi:
tu melius noſti.

CAPVT II.

TV ergo fili mi, confortare A
in gratia quę eſt in CHRI
STO IESV:& quę audi-
ſti à me per multos teſtes,
hæc commēda fidelibus hominibus,
qui idonei erunt & alios docere. La-
bora ſicut bonus miles CHRISTI
IESV. Nemo militās,implicat ſe ne

gotiis ſecularibus: vt ei placeat cui ſe
probauit. Nam & qui certat in ago/
ne: non coronatur, niſi legitime cer/
B tauerit. Laborantem agricolam opor
tet primũ de fructibus accipere. Intel
lige quæ dico. dabit enim tibi domi/
nus in omnibus intellectum. Memor
eſto dñm IESVM CHRISTVM
reſurrexiſſe à mortuis ex ſemine Da/
uid, ſecúdum euangelium meum, in
quo laboro vſq; ad vincula, quaſi ma
le operans. ſed verbũ dei non eſt alli/
gatum. Ideo omnia ſuſtineo propter
electos. vt & ipſi ſalutem conſequan/
tur, quæ eſt in CHRISTO IESV,
cum gloria cœleſti. Fidelis ſermo. Nã
ſi cõmortui ſumus: & conuiuemus. ſi
ſuſtinemus: & conregnabimus. ſi ne/
gamus: & ille negabit nos. ſi non cre/
dimus: ille fidelis permanet, negare ſe
C ipſum non poteſt. Hęc cõmone teſti/
ficans coram domino, non cõtendere
verbis, ad nullam vtilitatem, ad ſub/
uerſionem audientium. Solicite autẽ
cura, teipſum probatũ exhibere deo

operarium inconfuſibilem, recte tra-
ctantem verbum veritatis. Prophana
auté vaniloquia deuita. multũ enim
proficiunt ad impietaté: & ſermo eo-
rum vt cãcer ſerpit ex quibus eſt Hy
menęus & Philetus: qui à veritate ex
ciderũt, dicentes reſurrectionem eſſe
iam factam, & ſubuerterunt quorun-
dam fidem. Sed firmum fundamentũ
dei ſtat, habens ſignaculum hoc, CO
GNOVIT DOMINVS QVI
SVNT SVI. ET DISCEDAT
AB INIQVITATE. OMNIS
QVI INVOCAT NOMEN DO
MINI. In magna autem domo, nõ
ſolum ſunt vaſa aurea & argentea, ſed
& lignea & fictilia: & quædam quidé
in honorem, quædam autem in con-
tumeliam. Si quis ergo emundauerit D
ſe ab iſtis: erit vas in honorem ſancti-
ficatũ, vtile domino, ad omne opus
bonum paratum. Iuuenilia auté deſi
deria fuge: ſectare vero iuſtitiam, fi-
dem, charitaté, pacem cum ijs qui in-
uocant dominũ de corde puro. Stul-

tas autem & ſine diſciplina quæſtio- nes deuita: ſciens quòd generãt lites. Seruum autem domini non oportet litigare: ſed manſuetum eſſe erga omnes, aptum ad docendum, patiẽtem, cum modeſtia corripientem eos qui reſiſtunt: ſi quando deus det illis pœnitentiã ad cognoſcendam veritatẽ, & reſipiſcant à diabolo laqueo, à quo captiui tenentur ad ipſius voluntatẽ. 1.Tim.1.c Titum.1.c

CAPVT III.

A HOc autem ſcito, quòd in nouiſſimis diebus inſtabũt tẽpora periculoſa. Erũt enim homines ſeipſos amantes, auari, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus nõ obedientes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace, criminato- res, incontinentes, immites, ſine benignitate, próditores, proterui, tumidi, voluptatum amatores magis quàm dei: habentes ſpeciem quidem pieta- tis, virtutem autem eius abnegantes. 1.Tim.4.a 2.Pet.3.a Iudæ.1.f

B Et hos deuita. ex his enim ſunt qui penetrant domos: & captiuas ducunt

mulierculas oneratas peccatis, quæ
ducuntur varijs deſiderijs: ſemper di
ſcentes, & nunquam ad ſcientiam ve
ritatis peruenietes. Quemadmodum
Exo.7.b autem Iannes & Iambres reſtiterunt
Moyſi: ita & hi reſiſtunt veritati, ho-
mines corrupti mente, reprobi circa
fidem. ſed vltra non proficient. inſi- C
pientia enim eorum manifeſta erit in
omnibus: ſicut & illorum fuit. Tu au
tem aſſecutus es meam doctrinā, in-
ſtitutionem, propoſitum, fidem, lon-
ganimitatem, dilectionem, patientiá,
perſecutiones, paſſiones: quæ mihi fa
cta ſunt Antiochiæ, Iconij, Lyſtris:
quas perſecutiones ſuſtinui. & ex om
nibus eripuit me dominus. Et omnes
qui pie volūt viuere in CHRISTO D
IESV: perſecutioné patientur. Mali
autem homines & ſeductores profi-
cient in peius: errantes, & in errorem
mittetes. Tu vero permane in ijs quę
didiciſti, & credita ſunt tibi: ſciens à
quo didiceris, & quòd ab infantia ſa-
cras literas noſti, quæ te poſſunt in-

ſtruere ad ſalutem, per fidem quæ eſt
in CHRISTO IESV. Omnis ſcri- 2.Pet.1.d
ptura diuinitus inſpirata, & vtilis ad
docendum, ad arguendum, ad corri-
piendum, ad erudiendum in iuſtitia:
vt perfectus ſit homo dei ad omne
opus bonum inſtructus.

CAPVT IIII.

A TEſtificor igitur coram deo
& domino IESV CHRI
STO qui iudicaturus eſt vi
uos & mortuos per aduen
tum ipſius, & regnum eius: prædica
verbum, inſta opportune, importu-
ne: argue, obſecra, increpa in omni pa
tientia & doctrina. Erit enim tempus
cum ſanam doctrinam non ſuſtine-
būt: ſed ad ſua deſideria coaceruabūt
B ſibi magiſtros, prurientes auribus, &
à veritate quidem auditum auertēt,
ad fabulas autem conuertentur. Tu
vero vigila, in omnibus labora, opus
C fac euāgeliſtæ, miniſterium tuum im
ple. Ego enim iam delibor: & tempus
reſolutionis meæ inſtat. Bonum cer-

tamen certaui, curſum conſummaui,
fidem ſeruaui. Quod ſupereſt, repoſi
ta eſt mihi corona iuſtitiæ, quam red
det mihi dominus in illa die, iuſtus
iudex. non ſolum autem mihi: ſed &
omnibus qui diligunt aduentũ eius.
Coloſ. 4. d Feſtina ad me venire cito. Demas enĩ C
me reliquit, diligens hoc ſeculum, &
abijt Theſſalonicam: Creſcens in Ga-
latiam, Titus in Dalmatiam. Lucas,
eſt mecum ſolus. Marcum aſſume, &
adduc tecum. eſt enim mihi vtilis in
miniſterio. Tychicũ autem miſi Ephe
ſum. Penulam quam reliqui Troade
apud Carpum, veniens affer, & li-
bros, maxime autem membranas.
Alexander ærarius multa mala mihi
oſtendit. reddat illi dominus ſecun-
dum opera eius: quem & tu deuita.
valde enim reſtitit verbis noſtris. In
prima mea defenſione nemo mihi af
fuit, ſed omnes me dereliquerunt. nõ
illis imputetur. Dominus autẽ mihi D
aſtitit, & confortauit me, vt per me
prædicatio impleatur, & audiant om

nes gentes, & liberatus ſum de ore leonis. Et liberabit me dominus ab omni opere malo: & ſaluum faciet in regnum ſuum cœleſte. cui gloria in ſecula ſeculorum. AMEN. Saluta Priſcillam & Aquilam: & Oneſiphori domum. Eraſtus remāſit Corinthi. Trophimum autem reliqui infirmū Mileti. Feſtina ante hyemem venire. Salutāt te Eubulus & Pudens & Linus & Claudia: & fratres omnes. Dominus IESVS CHRISTVS cum ſpiritu tuo. Gratia vobiſcum. AMEN. Supra. I. d

Scripta è Roma ad Timótheū ſecunda, cum Paulus iterū ſiſteretur Cæſari Neroni.

EPISTOLA PAVLI AD TITVM.

PAulus ſeru⁹ dei apo A
ſtolus auté IESV
CHRISTI ſecun/
dum fidem electorũ
dei & agnitioné ve/
ritatis, quæ ſecundũ
pietatem eſt in ſpe vitæ æternæ, quã
promiſit qui non mentitur deus ante
tempora ſecularia, manifeſtauit auté
téporibus ſuis verbũ ſuum in prædi/
catione quæ credita eſt mihi ſecundũ
pręcęptum ſaluatoris noſtri dei: Tito B
dilecto filio ſecũdum communé fidé
gratia & pax à deo patre & CHRI/
STO IESV ſaluatore noſtro.

Huius rei gratia reliqui te in Cre/
ta, vt ea quæ deſunt corrigas, & cõſti
tuas per ciuitates preſbyteros, ſicut
& ego, diſpoſui tibi. Si quis ſine crimi
1. Tim. 3. a ne eſt, vnius vxoris vir, filios habens
fideles, nõ in accuſatione luxurię, aut

non ſubditos. Oportet enim epiſco-
pum ſine crimine eſſe, ſicut dei diſpẽ
ſatorem: non ſuperbum, non iracun-
dum, non vinolentum, non percuſſo
rem, nõ turpis lucri cupidum: ſed ho
ſpitalem, benignum, prudentem, ſo-
brium, iuſtum, ſanctum, cõtinentem,
C amplectentem eum qui ſecũdum do
ctrinam eſt, fidelem ſermonem, vt po
tẽs ſit exhortari doctrina ſana, & eos
qui contradicunt arguere. Sunt enim
multi etiam inobedientes, vaniloqui
& ſeductores, maxime qui de circun
ciſione ſunt: quibus oportet os obtu-
rare: qui vniuerſas domos ſubuertũt,
docentes quę nõ oportet, turpis lucri
gratia. Dixit quidam ex illis proprius
ipſorum propheta, Cretenſes ſemper Epimeni
mendaces, malæ beſtiæ, vẽtres pigri. des.
D Teſtimonium hoc verum eſt. Quam
ob cauſam increpa illos dure, vt ſani
ſint in fide, non attendentes Iudaicis
fabulis, & mandatis hominũ auerſan
tium ſe à veritate. Omnia munda mũ Ro.14.d
dis: coinquinatis autem & infidelib⁹

nihil eſt mundum: ſed inquinatę ſunt
eorum & mens & conſcientia. Confi
tentur ſe noſſe deum. factis autem ne
gant, cum ſint abominabiles & incre
duli, & ad omne opus bonũ reprobi.

CAPVT II.

TV autem loquere quæ de- A
cent ſanam doctrinam. Se-
nes, vt ſobrij ſint, pudici,
modeſti, ſani in fide, in dile
ctione, in patientia. Anus ſimiliter, in
habitu ſancto, non criminatrices, nõ
multo vino ſeruientes: honeſta docẽ
tes, vt prudẽtiam doceant adoleſcen-
tulas, vt viros ſuos ament, filios ſuos
diligant, vt ſobriæ ſint, caſtæ domus B
cuſtodes, benignæ, ſubditę viris ſuis:
vt nõ blaſphemetur verbũ dei. Iuue-
nes ſimiliter hortare, vt ſobrij ſint.
In omnibus teipſum prębe exemplũ
bonorum operũ, in doctrina, integri-
tatem, grauitatẽ, verbum ſanum, irre C
prehẽſibile. vt is qui ex aduerſo eſt ve
reatur, nihil habens malum dicere de
Ephe.6.a nobis. Seruos dominis ſuis ſubditos

eſſe, in omnibus placentes, non con- Coloſ. 3. d
tradicentes: non fraudantes, ſed om- 1. Pet. 2. c
nem fidem bonā oſtendentes. doctri-
nā ſaluatoris noſtri dei ornent in om
nibus. Apparuit enim gratia dei ſalua
toris noſtri omnibus hominibus: eru
diens nos, vt abnegantes impietatem
& ſecularia deſideria, ſobrie, & iuſte,
& pie viuamus in hoc ſeculo, expectā
D tes beatam ſpem & aduentum glorię
magni dei & ſaluatoris noſtri IESV
CHRISTI, qui dedit ſemetipſum
pro nobis, vt nos redimeret ab omni
iniquitate, & mūdaret ſibi populum
accęptabilem, ſectatorem bonorum
operum. Hæc loquere & exhortare:
& argue cum omni imperio. Nemo
te contemnat.

CAPVT III.

A ADmone illos principatib⁹
& poteſtatibus ſubditos
eſſe, magiſtratibus obedi-
re, ad omne opus bonū pa
ratos eſſe, neminē blaſphemare, non
litigioſos eſſe ſed modeſtos: omnē

oſtendentes mãſuetudinem erga om
nes homines. Eramus enim aliquan⸗
do & nos inſipientes, increduli, erran
tes, ſeruientes deſiderijs & volupta⸗
tibus varijs, in malitia & inuidia agẽ
tes, odibiles, odientes inuicem. Cum B
autem benignitas & humanitas appa
2. Tim. 1. c ruit ſaluatoris noſtri dei: non ex ope
ribus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſe
cundum ſuam miſericordiam ſaluos
nos fecit per lauacrũ regenerationis
& renouationis ſpiritus ſancti quem
effudit in nos abunde per IESVM
CHRISTVM ſaluatorem noſtrũ:
vt iuſtificati gratia ipſius: hæredes ſi⸗
mus ſecundum ſpem vitæ æternæ. Fi
delis ſermo. De his volo te confirma⸗
re: vt curent bonis operibus præeſſe,
1. Tim. 1. b qui crediderũt deo. Hæc ſunt bona &
1. Tim. 2. d vtilia hominibus. Stultas autẽ quæ⸗ C
ſtiones & genealogias, & contentio⸗
nes, & pugnas legis deuita. ſunt enim
inutiles & vanæ. Hæreticũ hominem
poſt vnam & ſecũdam correptionem
deuita: ſciẽs ꝙ ſubuerſus eſt qui eiuſ⸗

modi eſt,& delinquit cum ſit proprio iudicio condẽnatus. Cum miſero ad te Arteman,aut Tychicum, feſtina ad me venire Nicopolim.ibi enim ſtatui
D hyemare. Zenam legiſperitũ & Apol-lo ſolicite proſequere,vt nihil illis de ſit. Diſcant autẽ & noſtri, bonis ope-ribus præeſſe ad vſus neceſſarios : vt non ſint infructuoſi. Salutant te,qui mecũ ſunt omnes. Saluta eos qui nos amant in fide. Gratia dei cum omni-bus vobis. AMEN.

Scripta ex Nicopoli Macedoniæ.

EPISTOLA PAV-LI AD PHILEMONEM.

A PAulus vinctus CHRISTI IESV & Timó-theus frater: Philemo-ni dilecto & adiutori noſtro,& Apphiæ dile-ctæ,& Archippo cõmilitoni noſtro, & eccleſiæ quæ in domo tua eſt.gra-

tia vobis & pax à deo patre noſtro, &
domino IESV CHRISTO.
Gratias ago deo meo, ſemper me-
moriā tui faciēs in orationibus meis,
audiens charitatē tuam & fidem quā
habes in dn̄m IESVM, & in omnes
ſanctos: vt cōmunicatio fidei tuę effi-
cax fiat in agnitione omnis boni in vo
bis in CHRISTVM IESVM. Gau
dium enim magnū habui & conſola-
tionem in charitate tua: ꝙ viſcera ſan
ctorū requieuerūt per te frater. Pro-
pter quod multā fiduciam habens in B
CHRISTO IESV imperandi tibi
quod ad rem pertinet: propter chari-
tatem magis obſecro, cū ſim talis vt
Paulus ſenex, nunc autem & vinctus
IESV CHRISTI. obſecro te pro
meo filio quē genui in vinculis, One-
ſimo: qui tibi aliquando inutilis fuit,
nunc autē & mihi & tibi vtilis, quem
remiſi tibi Tu autē illum, id eſt mea C
viſcera, ſuſcipe: quem ego volueram
mecum detinere, vt pro te mihi mini
ſtraret in vinculis euangelij: ſine cōſi
lio autē

lio autẽ tuo, nihil volui facere, vti ne velut ex neceſſitate bonũ tuum eſſet, ſed volũtarium. Forſitan enim ideo diſceſſit ad horam à te, vt æternũ illũ reciperes: iam nõ vt ſeruum, ſed pro ſeruo chariſſimũ fratrem, maxime mihi, quanto autẽ magis tibi & in carne
C & in dño? Si ergo habes me ſociũ: ſuſcipe illũ ſicut me. Si autẽ aliquid nocuit tibi aut debet: hoc mihi imputa. Ego Paulus ſcripſi mea manu. Ego reddam. vt nõ dicã tibi ꝙ & teipſum mihi debes. Ita, frater ego te fruar in domino. refice viſcera mea in CHRISTO. Confidens in obediẽtia tua ſcripſi tibi: ſciẽs ꝙ & ſuper id quod dico facies. Simul & para mihi hoſpitium. nã ſpero per orationes veſtras donari me vobis. Salutat te Epaphras concaptiuus meus in CHRISTO IESV. Marcus, Ariſtarchus, Demas & Lucas adiutores mei. Gratia dñi noſtri IESV CHRISTI cũ ſpiritu veſtro. Amen.

Miſſa fuit è Roma ꝑ Oneſimũ ſeruũ.

EPISTOLA BEATI PAVLI APOSTOLI AD HEBRÆOS.

MVltiphariam multiſque modis olim deus locutus patribus in prophetis, nouiſſime diebus iſtis locutus eſt nobis in filio, quem conſtituit hęredem vniuer- A
Sapiē.7.d ſorũ, per quem fecit & ſecula. qui cum ſit ſplendor gloriæ & figura ſubſtantiæ eius, portansq́; omnia verbo virtutis ſuæ, per ſemetipſum purgatione peccatorum noſtrorum facta, ſedit ad dexteram maieſtatis in excelſis: tanto melior angelis effectus, quãto dif- B
ferentius præ illis nomen hæreditauit. Cui enim dixit aliquãdo angelo-
Pſal.2.b rum, Filius meus es tu, ego hodie ge-
2.Reg.7.b nui te? Et rurſum, Ego ero illi in patrem: & ipſe erit mihi in filiũ. Et cum

iterum introducit primogenitum in
A orbem terræ, dicit, Et adorent eum Pſal.96.c
C omnes angeli dei. Et ad angelos qui/
dem dicit, Qui facit angelos ſuos ſpi/ Pſal.103.a
ritus:& miniſtros ſuos flãmam ignis.
Ad filium autem, Thronus tuus deus Pſal.44.b
in ſeculum ſeculi: virga æquitatis, vir
ga regni tui. Dilexiſti iuſtitiã & odiſti
iniquitatẽ: propterea vnxit te deus,
deus tuus oleo exultationis prę par/
ticipibus tuis. Et, Tu in principio do/ Pſal.101.d
mine terram fundaſti: & opera ma/
D nuum tuarũ ſunt cœli. Ipſi peribunt,
tu autẽ permanebis, & omnes vt ve/
ſtimentum veteraſcent. Et velut ami
ctum mutabis eos & mutabuntur: tu
autem idẽ ipſe es, & anni tui non de/
ficient. Ad quem autem angelorũ di/ Pſal.109.a
xit aliquandò, Sede à dextris meis, 1.co.15.d
Quoadusq; ponã inimicos tuos ſca/
bellum pedum tuorũ? Nónne omnes
ſunt adminiſtratorij ſpiritus: in mini/
ſterium miſſi propter eos qui hæredi
tatem capient ſalutis?

CAPVT II.

PRopterea abũdantius opor A
tet obſeruare nos ea quæ
audiuimus:ne forte pereſ/
fluamus. Si eni qui per an/
gelos dictus eſt ſermo, factus eſt fir/
mus, & omnis præuaricatio & inobe
dientia accępit iuſtam mercedis retri
butionem: quomodo nos effugiem⁹
ſi tãtam neglexerimus ſalutem? quæ
cum initiũ accępiſſet enarrari per do
minum: ab eis qui audierunt, in nos
confirmata eſt, conteſtante deo ſignis
& portẽtis & varĳs virtutibus, & ſpi
ritus ſancti diſtributionibus ſecundũ
ſuam voluntatem. Non enim angelis
ſubiecit orbem terræ futurũ, de quo
Pſal.8.c loquimur. Teſtatus eſt autem in quo/
dam loco quidam dicẽs. Quid eſt ho
mo ꝙ memor es eius: aut filius ho/
minis quoniã viſitas eum? Minuiſti B
eum paulomin⁹ ab angelis: gloria &
honore coronaſti eum, & conſtituiſti
eum ſuper opera manuum tuarum.
1.co.15.d Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. In

eo enim ꝙ omnia ei ſubiecit: nihil di
miſit non ſubiectum ei. Nunc autem
necdum videmus omnia ſubiecta ei.
Eum autem qui modicum quid præ
angelis, minoratus eſt, videmus IE- Phil. 2. b
SVM propter paſſionem mortis glo
ria & honore coronatũ, vt gratia dei,
C pro omnibus guſtaret mortem. Dece
bat enim eum propter quẽ omnia, &
per quem omnia, qui multos filios in
A gloriam adduxerat: authorem ſalutis
eorum, per paſſionem conſummare.
Qui enim ſanctificat & qui ſanctificã-
tur: ex vno omnes. Propter quã cau-
ſam non confunditur fratres eos vo- Pſal. 21. e
care: dicens, Nuntiabo nomen tuum
fratribus meis: in medio eccleſiæ lau
dabo te. Et iterum, Ego ero fidens in Pſal. 17. a
D eum, Et iterũ, Ecce ego & pueri: quos Eſa. 8. d
dedit mihi deus. Quia ergo pueri cõ-
municauerũt carni & ſanguini: & ipſe
E ſimiliter participauit eiſdem: vt per
mortem deſtrueret eum qui habebat Oſee. 3. d
mortis imperium, id eſt diabolũ: & 1. cor. 15. g
liberaret eos qui timore mortis per

totam vitam obnoxij erant ſeruituti.
Nuſquam enim angelos apprehēdit:
ſed ſemen Abrahæ apprehēdit. Vnde
debuit per omnia fratribus ſimilari:
vt miſericors fieret & fidelis pōtifex
in his quæ ad deum, vt repropitiaret
delicta populi. in eo enim in quo paſ-
ſus eſt ipſe tentatus: potēs eſt eis qui
tentantur auxiliari.

CAPVT III.

VNde fratres ſancti, vocatio- A
nis cœleſtis participes, cō-
ſiderate apoſtolum & pō-
tificem cōfeſſionis noſtræ
IESVM: qui fidelis eſt ei qui præfe-
Nūe. 12. b cit illum, ſicut & Moyſes in tota do-
mo eius. Ampliori enī gloria iſte præ
Moyſe dignus eſt habitus: quāto am-
pliorem honorē habet domo qui fa-
bricauit illam. Omnis nāq; domus fa-
bricatur ab aliquo: qui autem omnia
creauit: deus eſt. Et Moyſes quidē fi- B
delis erat in tota domo eius tanq; fa-
mulus, in teſtimonium eorū quæ di-
cenda erāt: CHRISTVS vero tanq;

filius in domo ſua: cuius domus, ſu-
mus nos, ſi fiduciam & gloriam ſpei
vſque ad finem, firmam retineamus.
Quapropter ſicut dicit ſpiritus ſan- Pſal. 94. c
ctus, Hodie ſi vocem eius audieritis:
nolite obdurare corda veſtra ſicut in
exacerbatione ſecũdum diẽ tentatio-
nis in deſerto, vbi tentauerũt me pa-
C tres veſtri: probauerũt & viderũt ope
ra mea quadraginta annis. Propter
quod infenſus fui generationi huic &
dixi, Semper hi errãt corde. Ipſi autẽ
nõ cognouerũt vias meas. quibus iu
raui in ira mea, Si introibũt in requiẽ
meã. Videte fratres, nequãdo ſit in ali
quo veſtrũ cor malum incredulitatis
diſcedẽdi à deo viuo: ſed adhortami-
ni voſmetipſos per ſingulos dies, do-
nec HODIE cognominatur, vt non
obduretur quis ex vobis fallacia pec-
cati. Participes enim CHRISTI ef-
fecti ſumus: ſi tamẽ initium ſubſtãtiæ
eius vſq; ad finem firmũ retineamus
dum dicitur, Hodie ſi vocem eius au
dieritis, nolite obdurare corda veſtra

quemadmodũ in illa exacerbatione.
Quidam enim audientes, exacerba- D
uerunt: ſed non vniuerſi qui profecti
ſunt ab Ægypto per Moyſen. Quib⁹
autem infenſus eſt quadraginta ãnis?
Nónne illis qui peccauerũt, quorum
Nũe.14.f cadauera ꝓſtrata ſunt in deſerto? Qui-
bus autem iurauit nõ introituros in
requiem ipſius: niſi illis qui increduli
fuerunt? Et videmus ꝙ non potuerũt
introire propter incredulitatem.

CAPVT IIII.

Timeamus ergo ne quãdo A
relicta pollicitatione intro
eundi in requiem eius: exi
ſtimetur aliquis ex nobis
deeſſe. Etenim nobis annuntiatũ eſt,
quemadmodum & illis. ſed nõ pro-
fuit illis ſermo auditus nõ admixtus
fidei ijs qui audierunt. Ingrediemur
enim in requiẽ qui credidimus: quẽ-
Pſal.94.d admodum dixit, Sicut iuraui in ira
mea, ſi introibunt in requiem meam.
& quidẽ operibus ab inſtitutione mũ
di perfectis. dixit enim in quodã loco

B de die ſeptima ſic, Et requieuit de⁹ die Gen. 2.a
ſeptima ab omnibus operibus ſuis. Et
in iſto rurſum, Si introibūt in requiē
meam. Quoniā ergo ſupereſt intro/
ire quoſdā in illam, & ij quibus prius
annūtiatum eſt non introierunt pro/
pter incredulitatem: iterum terminat
diem quēdam, hodie, in Dauid dicen/ Supra.3.
do, poſt tantum tēporis, ſicut ſupradi
ctum eſt. Hodie ſi vocē eius audieri/
tis: nolite obdurare corda veſtra. Nā
ſi eis Ieſus requiem præſtitiſſet: nun/
quam de alia loqueretur poſthac die,
C Itaq; relinquitur ſabbatiſmus popu/
lo dei. Qui eni ingreſſus eſt in requiē
eius: etiam ipſe requieuit ab operibus
ſuis, ſicut & à ſuis deus. Feſtinemus
ergo ingredi in illā requiē: vt ne in id
ipſum quis incidat incredulitatis exē
plum. Viuus eſt enim ſermo dei & effi
cax, & penetrabilior omni gladio an/
cipiti: & pertingens vſq; ad diuiſionē
animæ ac ſpiritus. compagum quoq;
ac medullarū, & diſcretor cogitatio/ Eccli.15.d
num & intentionum cordis. Et nō eſt Pſal.33.c

vlla creatura inuiſibilis in conſpectu
eius. omnia autē nuda & aperta ſunt D
oculis eius, ad quē nobis ſermo. Ha-
bentes ergo pōtificem magnum qui
.cor.3.b penetrauit cœlos, IESVM filiū dei:
teneamus confeſſionē. Non enim ha-
bemus pontificem qui non poſſit cō-
pati infirmitatibus noſtris: tentatum
autem per omnia, pro ſimilitudine
abſq; peccato. Adeamus ergo cū fidu- C
cia ad thronum gratiæ: vt miſericor-
diam conſequamur, & gratiam inue-
niamus in auxilium opportunum.

CAPVT V.

OMnis nāq; pontifex ex ho A
minibus aſſumptus, pro
hominibus conſtituitur in
ijs quę ſunt ad deū: vt offe- D
rat dona & ſacrificia pro peccatis. qui
condolere poſſit ijs qui ignorāt & er-
rant: quoniam & ipſe circundatus eſt
infirmitate: & propterea debet, quē-
admodum pro populo, ita etiam pro
ſemetipſo offerre pro peccatis. Nec B
quiſquā ſumit ſibi honorem: ſed qui

vocatur à deo, queadmodum & Aa-
ron. Sic & CHRISTVS non ſemet- Pſal. 2. b
ipſum glorificauit vt pontifex fieret:
ſed qui locutus eſt ad eú, Filius meus
es tu: ego hodie genui te. Queadmo-
dum & in alio loco dicit, Tu es ſacer- Pſal. 109. b
dos in æternum, ſecundum ordinem
Melchiſedec. Qui in diebus carnis
A ſuæ, preces, ſupplicationesq; ad eum
C qui poſſet illum ſaluum facere à mor-
te, cum clamore valido & lachrymis
offerens exauditus eſt pro ſui reue-
rentia. Et quidem cum eſſet filius, di-
dicit ex ijs quæ paſſus eſt obedien-
tiam: & conſummatus factus eſt om-
nibus obtemperantibus ſibi, cauſa ſa-
lutis æternæ, appellatus à deo pon-
D tifex iuxta ordinem Melchiſedec. De
quo nobis grandis ſermo & ininter-
pretabilis ad dicendum: quoniam im-
becilles facti eſtis ad audiendum. Et-
enim cú deberetis magiſtri eſſe pro-
pter tempus: rurſum indigetis, vt vos
doceamini quę ſint elementa exordij
ſermonum dei: & facti eſtis quibus la-

ſte opus ſit, non ſolido cibo. Omnis
enim qui lactis eſt particeps:inexper-
tus eſt ſermonis iuſtitię.paruulus eni
eſt. Perfectorum autem eſt ſolidus ci
bus:eorum qui pro ipſa aſſuetudine
exercitatos habet ſenſus ad diſcretio-
nem boni ac mali.

CAPVT VI.

QVapropter omittentes in- A
choationis CHRISTI
ſermonem,ad perfectioné
feramur,nõ rurſum iacien
tes fundamentũ pœnitentiæ ab ope-
ribus mortuis & fidei in deũ, baptiſ-
matũ doctrinæ, impoſitionis quoq;
manuum ac reſurrectionis mortuo-
rum, & iudicij æterni. Et hoc facie-
1.Pet. 2,d mus:ſi quidem permiſerit deus. Im-
poſſibile enim eſt eos qui ſemel ſunt
illuminati, guſtaueruntq; donum cœ
leſtę, & participes facti ſunt ſpiritus
ſancti, & guſtauerunt bonum dei ver
bum, virtutesq; ſeculi venturi, & pro-
lapſi ſunt:rurſus renouari ad pœnité
tiam, rurſum crucifigentes ſibimetip

C fis filium dei, & oſtentui habentes.
B Terra enim ſæpe venienté ſuper ſe bi
bens imbrem, & germinans herbam
opportunã illis à quibus colitur: acci
pit benedictionem à deo. proferẽs au
tem ſpinas ac tribulos: reproba eſt, &
maledicto proxima, cuius cõſumma
tio in cõbuſtionem. Confidimus au/
tem de vobis dilectiſſimi meliora &
vicina ſaluti, tametſi ita loquimur.
Non enim iniuſtus deus, vt obliuiſca
tur operis veſtri & laboris dilectio/
nis quã oſtendiſtis in nomine ipſius,
qui miniſtraſtis ſanctis & miniſtratis.
Cupimus autem vnũquẽq; veſtrum
eandem oſtentare ſolicitudinem, ad
expletionem ſpei vſq; in finem: vt nõ
ſegnes efficiamini, verum imitatores
A eorum qui fide & patientia hæreditãt
promiſſiones. Abrahę namq; promit
tens deus: quoniam neminem habuit
per quem iuraret maioré, iurauit per
ſemetipſum, dicens, Niſi benedicens Gen. 22. c
benedicam te: & multiplicans multi/
plicabo te. Et ſic longanimiter ferẽs:

adeptus eſt repromiſſionem. Homi- D
nes enim per maioré ſe iurant: & om
nis controuerſiæ eorum finis ad con
firmationem, eſt iuraméturn. In quo
abundantius volens deus oſtendere
pollicitationis hæredibus immobili-
A tatem conſilij ſui: interpoſuit iuſiurá
dum: vt per duas res immobiles qui-
bus impoſſibile eſt mentiri deum: for
tiſſimum ſolatium habeamus, qui cõ
fugimus ad tenendá propoſitam ſpé,
quam ſicut ancoram habemus animę
tutam ac firmam, & incedétem vſq;
ad interiora velaminis. vbi pręcurſor
pro nobis introijt IESVS, ſecúdum
ordinem Melchiſedec põtifex factus
in æternum.

CAPVT VII.

Geñ.14.d HIc enim Melchiſedec: rex A
Salem, ſacerdos dei ſum-
mi, qui obuiauit Abrahæ
regreſſo à cæde regum, &
benedixit ei, cui & decimas omnium
diuiſit Abraham. primum quidé qui
interpretatur rex iuſtitię: deinde auté

& rex Salem, quod eſt rex pacis, ſine
patre, ſine matre, ſine genealogia, ne-
que initium dierum neq; finem vitæ
habés, aſſimilatus autem filio dei, ma
net ſacerdos in perpetuum. Intuemi
ni autem quantus ſit hic: cui & deci-
mas dedit de pręcipuis Abraham pa-
triarcha Et quidem de filijs Leui ſacer
dotium accipientes, mandatũ habent
decimas ſumere à populo ſecundum
legem, id eſt à fratribus ſuis: quáquá
& ipſi exierũt de lumbis Abrahæ. Cu
ius autem generatio non annumera-
tur in eis: decimas ſumpſit ab Abra-
ham, & hũc qui habebat repromiſſio-
B nes benedixit. Sine vlla autem cõtra-
dictione: quod minus eſt, à meliore
benedicitur. Et hęc quidem decimas
morientes homines accipiunt: ibi au-
tem conteſtatur ꝙ viuit. Et (vt ita di-
ctum ſit) per Abraham, & Leui qui
decimas accipit decimatus eſt. adhuc
enim in lumbis patris erat, quando
obuiauit ei Melchiſedec. Si ergo con-
ſummatio per ſacerdotiũ Leuiticum

erat (populus enim, ſub ipſo legẽ ac-
cẹpit) quid adhuc neceſſarium fuit ſe
cũdum ordinem Melchiſedec alium
ſurgere ſacerdotem, & non ſecũdum
ordinem Aaron dici? Tranſlato enim
ſacerdotio: neceſſe eſt vt & legis tranſ
latio fiat. De quo enim hæc dicuntur:
de alia tribu eſt, de qua nullus altari
præſto fuit. Manifeſtũ eſt enim quòd C
ex Iuda ortus ſit dominus noſter: in
quã tribum nihil de ſacerdotio Moy
ſes locutus eſt Et amplius adhuc ma-
nifeſtum eſt: ſi ſecundum ſimilitudi-
nem Melchiſedec, exurgat alius ſacer
dos, qui non ſecundum legem man-
dati carnalis factus eſt, ſed ſecundum
virtutẽ vitæ inſolubilis. Conteſtatur
Pſa.109.c enim: Quòd tu es ſacerdos in ẹternũ,
ſecundum ordinem Melchiſedec. Re
probatio quidem ſit præcedentis mã
dati: propter infirmitatẽ eius & inuti
litatem. nihil enim ad perfectũ addu-
xit lex. introductio autem erat melio
ris ſpei, per quam proximamus ad
deum, & quatenus non ſine iureiurã-
do. Alij

do. Alij quidem ſine iureiurãdo ſacer
dotes facti ſunt: hic autem cum iure/
iurando per eum qui dixit ad illum,
Iurauit dominus, & non pœnitebit Pſa. 109. b
eum: tu es ſacerdos in æternũ. In tan
tum melioris teſtamenti ſponſor fa/
D ctus eſt IESVS. Et alij quidẽ plures
facti ſunt ſacerdotes, idcirco ꝙ morte
prohiberentur permanere: hic autem
eo quòd maneat in æternum, ſempi/
ternum habet ſacerdotiũ. Vnde & ſal
uare in perpetuum poteſt accedentes
per ipſum ad deum: ſemper viuẽs ad
interpellandum pro illis. Talis enim
decebat vt nobis eſſet pontifex: ſan/
ctus, innocens, impollutus, ſegrega/
tus à peccatoribus & excelſior cœlis
factus. qui nõ habeat neceſſitatẽ quo/
tidie (quemadmodum ſacerdotes)
prius pro ſuis delictis hoſtias offerre,
deinde pro populi. hoc enim fecit ſe/
mel ſe offerendo. Lex enim, homines
cõſtituit ſacerdotes infirmitatẽ haben
tes: ſermo autem iuriſiurãdi qui poſt
legem eſt, filium in æternũ perfectũ.

CAPVT VIII.

CApitulum autem ſuper ijs A
quæ dicũtur hoc eſt. Talem
habemus pontificẽ, qui cõ-
ſedit in dextera ſedis ma-
gnitudinis in cœlis: ſanctorum mini
ſter, & tabernaculi veri, quod fixit de-
us, & non homo. Omnis enim ponti
fex, ad offerẽdum munera & hoſtias
conſtituitur. vnde neceſſe eſt & hunc
habere aliquid quod offerat. Si enim B
eſſet ſuper terram, ne ſacerdos quidẽ
eſſet: cum eſſent qui offerrent ſecun-
dum legem munera, qui exẽplari &
vmbrę deſeruiũt cœleſtium. ſicut re
ſponſum eſt Moyſi, cum conſumma
Exo.25.d ret tabernaculum. Vide (inquit) om-
Act.7.f nia facito ſecundum exemplar, quod
tibi oſtenſum eſt in mõte. Nunc autẽ
tanto melius ſortitus eſt miniſteriũ:
quãto & melioris teſtamenti media-
tor eſt, quod in melioribus repromiſ
ſionibus ſancitũ eſt. Nam ſi illud pri-
mum culpa vacaſſet: non vtiq; ſecun
di locus inquireretur. Vituperans eni C

eos dicit. Ecce dies venient, dicit do- Hiere.31.
minus: & conſummabo ſuper domũ
Iſrael & ſuper domũ Iuda teſtamen
tum nouum, non ſecũdum teſtamen
tum quod feci patribus eorum in die
qua apprehendi manum eorũ vt edu
cerem illos de terra Ægypti. quoniã
ipſi non permanſerunt in teſtamen-
to meo: & ego neglexi eos dicit do-
minus. Quia hoc eſt teſtamẽtũ quod
diſponam domui Iſrael poſt dies il-
D los, dicit dominus: Dabo leges meas
in mẽtem eorum, & in corde eorum
inſcribam eas: & ero eis in deum, &
ipſi erunt mihi in populum & nõ do
cebit vnuſquiſque proximum ſuum
& vnuſquiſq; fratrem ſuum, dicens,
Cognoſce dominum: quoniam om-
nes ſcient me à minore vſque ad ma-
iorem eorum. quia propitius ero ini-
quitatibus eorum: & peccatorum eo
rum iam non memorabor. Dicendo
autem nouũ: veterauit prius. Quod
autem antiquatur & ſeneſcit: prope
interitum eſt.

CAPVT IX.

Exo.26.a
&.36.a

IGitur habuit quidē & pri- A mum, iuſtificationes cultu ræ: & ſanctum ſeculare. Tabernaculum enim factū eſt primum, in quo erant candelabrū, & menſa, & propoſitio panum: quæ dicitur ſancta. Poſt velamentum autem ſecundum: tabernaculum, quod dicitur ſancta ſanctorum, aureum habēs thuribulū: & arcam teſtamenti circūtectā ex omni parte auro, in qua vrna B aurea habens manna, & virga Aaron quæ fronduerat, & tabulæ teſtamenti. ſuperq; eam erāt Cherubin gloriæ obumbrātia propitiatorium. de quibus non eſt modo dicendum per ſingula. His vero ita compoſitis, in primum quidem tabernaculum ſemper introibant ſacerdotes, ſacrificiorū officia cōſummantes. in ſecundū autem, ſemel in anno ſolus pontifex: nō ſine ſanguine quem offerret pro ſe & populi ignorantiis: hoc ſignificante ſpiritu ſancto, nondum populatam eſſe

ſanctorum viam, adhuc priore taber-
C naculo habente ſtatum, quæ parabo-
la eſt temporis inſtantis: iuxta quod
munera & hoſtiæ offerũtur, quę non
poſſunt iuxta cõſcientiam perfectum
facere ſeruiẽtem, ſolũmodo in cibis,
& in potibus, & in varijs baptiſmati-
bus, & iuſtificationibus carnis vſq; ad
tẽpus correctionis impoſita. CHRI-
STVS autem accedens pontifex fu-
turorum bonorũ, peramplius & per-
fectius tabernaculum nõ manufactũ,
id eſt, non huius creationis, neq; per
ſanguinem hircorum aut vitulorum,
ſed per proprium ſanguinẽ introiuit
ſemel in ſancta, æterna redemptione
D inuenta. Si enim ſanguis hircorum & Leui.16.c
taurorum & cinis vitulę aſperſus, in-
quinatos ſanctificat ad ęmundationẽ
carnis: quãto magis ſanguis CHRI- 1.Pet.1.d
STI qui per ſpiritum æternũ ſemet- 1.Ioã.1.d
ipſum obtulit immaculatũ deo, emũ- Apoc.1.b
dabit cõſcientiam veſtram ab operi- 1.Pet.3.g
bus mortuis ad ſeruiendum deo vi- Rom.5.b
uenti? Et ideo noui teſtamẽti media-

tor eſt. vt morte intercedente, in redē
ptionem earum præuaricationū quę
erant ſub priori teſtamēto, rēpromiſ/
ſionem accipiant qui vocati ſunt, ęter
næ hæreditatis. Vbi enim teſtamentū:
mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris.
Gala.3.b Teſtamentum enim, in mortuis con/ E
firmatum eſt, alioquin nōdum valet,
dum viuit qui teſtatus eſt. Vnde nec
primum quidē: ſine ſanguine dedica/
Exo.24.c tum eſt. Lecto enim omni mandato
legis à Moyſe vniuerſo populo: acci/
piens ſanguinē vitulorum & hircorū
cum aqua & lana coccina & hyſſōpo,
ipſum quoq; librum & omnē popu/
lum aſperſit dicens, Hic ſanguis teſta F
menti quod mandauit ad vos deus.
Etiam tabernaculū & omnia vaſa mi
niſterij, ſanguine ſimiliter aſperſit. Et
omnia penè in ſanguine, ſecūdum le/
gem mūdantur: & ſine ſanguinis ef/
fuſione, nō fit remiſſio. Neceſſe eſt er/
go exēplaria quidem cœleſtium, his
mundari: ipſa autem cœleſtia, melio/
ribus hoſtijs quàm iſtis. Non enim in

manufacta ſancta IESVS introiuit, exemplaria verorũ: ſed in ipſum cœlum vt appareat nunc vultui dei pro
G nobis: non vt ſæpe offerat ſemetipſum, quemadmodum pōtifex intrat in ſancta per ſingulos annos in ſanguine alieno. Alioquin oportebat eũ frequẽter pati ab origine mũdi. Nunc autem ſemel ſub conſummationẽ ſeculorum, ad deſtitutionẽ peccati, per hoſtiam ſuam apparuit. Et quemadmodum ſtatutũ eſt hominibus ſemel mori, poſt hoc autem iudicium: ſic & CHRISTVS ſemel oblatus eſt ad multorũ exhauriẽda peccata. ſecũdo ſine peccato apparebit omnibus expectantibus ſe, in ſalutem. Rom.5.b 1.Pet.3.c

CAPVT X.

A VMbram enim habẽs lex futurorum bonorum, nõ ipſam imaginẽ rerum: per ſingulos annos eiſdẽ ipſis hoſtiis quas offerũt indeſinenter, nunquã poteſt accedentes perfectos facere: alioquin ceſſaſſent offerri: ideo quod Leui.16.c

nullam haberent vltrà conſcientiam
peccati, cultores ſemel mūdati, ſed in
ipſis cōmemoratio peccatorū per ſin
gulos annos fit. impoſſibile enim eſt,
ſanguine taurorū & hircorum auferri
Pſal.39.b peccata. Ideo ingrediens mūdum di/
cit, Hoſtiam & oblationem noluiſti: B
corpus autem aptaſti mihi. Holocau/
ſtomata & pro peccato, non tibi pla/
cuerunt. Tunc dixi, Ecce venio in ca/
Pſal.1. pite libri ſcriptū eſt de me: vt faciam
deus voluntatem tuam. Superius di/
cens, Hoſtias, & oblationes, & holo/ D
cauſtomata, & pro peccato noluiſti,
nec placita ſunt tibi quæ ſecūdum le/
Pſal.1. gem offerūtur, tunc dixit, Ecce venio
vt faciam deus voluntatem tuam: au
fert primū, vt ſequens ſtatuat, In qua
voluntate ſanctificati ſumus per obla
tionē corporis IESV CHRISTI
ſemel. Et omnis quidem ſacerdos prę
ſto eſt quotidie miniſtrans, & eaſdem
ſępe offerens hoſtias quę nō poſſunt
auferre peccata: hic autē vna pro pec/
catis oblata hoſtia, in ſempiternū ſe/ C

dęt in dextera dei, de cętero expectãs,
donec ponantur inimici eius ſcabellũ Pſa.109.a
pedum eius. Vna enim oblatione, cõ- 1.cor.15.d
ſummauit in ſempiternum eos qui
ſanctificãtur. Conteſtatur autem nos
& ſpiritus ſanctus. poſtquam enim di
xit; Hoc autem teſtamentũ quod te- Hiere.31.f
ſtabor ad illos poſt dies illos, dicit do Supra.8.c
minus: Dabo leges meas in cordibus
eorum, & in mentibus eorum inſcri-
bam eas: & peccatorũ, & iniquitatum
eorum iam non recordabor amplius.
D Vbi autem horũ remiſſio: iam non eſt
oblatio pro peccato. Habentes itaq;
fratres fiduciam in introitu ſanctorũ
in ſanguine CHRISTI: quã initia-
uit nobis viam nouam & viuentem
per velamen, id eſt, carnẽ ſuam, & ſa-
cerdotem magnum ſuper domũ dei,
accedamus cum vero corde in pleni-
tudine fidei, aſperſi corda à conſcien-
tia mala. & abluti corpus aqua mun-
da, teneamus ſpei confeſſionẽ indecli
E nabilem. fidelis enim eſt qui repromi
ſit. & conſideremus inuicẽ in prouo-

cationem charitatis & bonorum ope
rum: non deſerentes collectionẽ no-
ſtram ſicut conſuetudinis eſt quibuſ-
dam, ſed conſolantes: & tanto magis
quãto videtis appropinquantẽ diem.
Supra.6.a Voluntarie enim peccantibus nobis
poſt acceptã notitiam veritatis: iam
nõ relinquitur pro peccatis hoſtia ſed
terribilis quædã expectatio iudicij &
ignis æmulatio: quæ cõſumptura eſt
aduerſarios. Irritã quis faciens legem
Deu.17.b Moyſi: ſine vlla miſeratione, duob⁹,
Mat.18.b vel tribus teſtibus moritur. quãto ma
Ioan.8.c gis putatis deteriora mereri ſupplicia
2.cor.13.a qui filiũ dei conculcauerit, & ſangui-
nem teſtamenti pollutum duxerit, in
quo ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratię
contumeliã fecerit? Scimus enim qui
Deu.32.e dixit, Mihi vindicta: ego retribuã. Et F
Ro.12.d iterum, Iudicabit dominus populũ
ſuum. Horrendum eſt incidere in ma
nus dei viuẽtis. Rememoramini autẽ
priſtinos dies: in quibus illuminati,
magnũ certamen ſuſtinuiſtis paſſio-
num, & in altero quidẽ opprobrijs &

tribulationibus ſpectaculum facti: in
altero auté ſocij taliter conuerſantiū
G effecti. Nam & vinctis cōpaſſi eſtis: &
rapinā bonorum veſtrorū cum gau-
dio ſuſcepiſtis, cognoſcentes vos ha-
bere melioré & manentem ſubſtantiā
in cœlis. Nolite itaq; amittere confi-
dentiam veſtrā quæ magnā habet re-
munerationem. Patiētia enim vobis
neceſſaria eſt: vt voluntaté dei facien-
tes, reportetis promiſſionem. Adhuc
enim modicum aliquantulumq; qui
venturus eſt veniet, & non tardabit.
iuſtus auté meus, ex fide viuet. quòd Abac. 2. a
ſi ſubtraxerit ſe: non placebit animæ Rom. 1. b
meæ. Nos autem non ſumus ſubtra- Galat. 3. b
ctionis in perditionem: ſed fidei in ac-
quiſitionem animæ.

CAPVT XI.

A Est autem fides, ſperādarum
ſubſtantia rerum argumen-
tum nō apparentiū. In hac
enim teſtimonium cōſecuti
ſunt ſeniores. Fide, intelligimus ap- Geñ. 1, a
tata eſſe ſecula verbo dei: vt ex inuiſi

bilibus viſibilia fierent. Fide, copio/
Geñ.4.a ſiorem hoſtiam Abel q̃ Cain, obtulit
deo: per quã teſtimonium cõſecutus
Mat. 23.d eſt ꝙ eſſet iuſtus, teſtimonium perhi/
bente de muneribus eius deo, & per
Geñ.5.c illã defunctus adhuc loquitur. Fide,
Ecci.44.c Enoch trãſlatus eſt ne videret mortẽ,
& non inueniebatur: quia tranſtulit il
lum deus. ante tranſlationẽ enim, te/
ſtimonium habuit placuiſſe deo. ſine
fide autẽ, impoſſibile eſt placere deo.
Credere enim oportet accedẽtem ad B
deum ꝙ ſit, & inquirentibus ſe remu/
Geñ 6.c nerator ſit. Fide, Noe reſpõſo accepto
Ecci.44.c de ijs quæ adhuc nõ videbantur: me/
tuens, aptauit arcam in ſalutẽ domus
ſuæ, per quã damnauit mundũ, & iu/
ſtitiæ quæ per fidẽ eſt: hæres eſt inſti/
Geñ.12.a tutus. Fide, vocatus Abraham, obedi
uit, in locum exire quem accepturus
erat in hæreditatem: & exijt, neſciens
quò iret. Fide, demoratus eſt in terra
repromiſſionis tanquã in aliena, in ca
ſulis habitando, cũ Iſaac & Iacob co C
hæredibus repromiſſionis eiuſdem.

Expectabat enim fundamenta haben
tem ciuitatē: cuius artifex & cōditor,
deus. Fide, & ipſa Sara ſterilis virtu/ Geñ.18.a
tem in cōcęptione ſeminis accępit, &
præter tēpus ętatis peperit: quoniam
fidelem credidit eſſe eum qui repro/ Geñ.17.c
miſerat. Propter quod & ab vno orti
ſunt (& hoc emortuo) tanquā ſidera
cœli in multitudinem, & ſicut arena
quæ eſt ad orā maris innumerabilis.
Iuxta fidē defuncti ſunt omnes iſti,
non accęptis repromiſſionibus: ſed à
longe eas aſpicientes & ſalutantes, &
confitentes quòd peregrini & hoſpi/
D tes eſſent ſuper terram. Qui enim hęc
dicunt: ſignificant ſe patriam inquire/
re. Et ſi quidē illius meminiſſent de
qua exierant: habebant vtiq; tempus
reuertendi. nunc autem meliorem ap
petunt, id eſt cœleſtem. ideo non cō/
funditur deus vocari deus eorum. pa
rauit enim illis ciuitatem. Fide, obtu
lit Abraham Iſaac: cum tentaretur. & Geñ.22.a
vnigenitum offerebat in quo ſuſcępe Ecci.44.d
rat repromiſſiones. ad quem dictum

Gen.21.b eſt, In Iſaac vocabitur tibi ſemen. ar-
Rom.9.b bitrās quòd & à mortuis ſuſcitare po-
tens eſſet deus. vnde eum & in para-
Gen.27.d bola accępit. Fide, de futuris benedi-
&.f xit Iſaac, Iacob & Eſau. Fide, Iacob
Gen.48.c moriens, ſingulos filiorū Ioſeph be-
nedixit: & adorauit faſtigium virgæ
Gen.50.d eius. Fide, Ioſeph moriens de profe-
ctione filiorū Iſrael memoratuş eſt:
Exod.2.a & de oſſib9 ſuis mādauit. Fide, Moy
ſes natus, occultatus eſt menſibus tri-
Exod.1.c bus à parentibus ſuis: eo quòd vidiſ-
Exod.2.b ſent elegantē infantem, & non timue
runt regis edictum. Fide, Moyſes grā
dis factus, negauit ſe eſſe filium filiæ
Pharaonis: magis eligens affligi cum
populo dei, quàm temporalis pecca-
ti habere iocunditatem: maiores diui
tias æſtimās, theſauro Ægyptiorum,
improperium CHRISTI. aſpicie-
bat enim in remunerationem. Fide,
reliquit Ægyptum: non veritus ani-
moſitatem regis. inuiſibilē enim tan-
Exo.12.d quam videns ſuſtinuit. Fide, celebra-
uit paſcha & ſanguinis effuſionę: ne.

qui vaſtabat primogenita, tangeret
eos. Fide, tranſierunt mare rubrum Exo.14.c
tanquam per aridam terram: quod
F experti Ægyptij, deuorati ſunt. Fide, Ioſue.5.c
muri Hierico corruerũt, circuitu die-
rum ſeptem. Fide, Raab meretrix nõ Ioſue.6.d
perijt cum incredulis: excipiẽs explo &.2.a
ratores cũ pace. Et quid adhuc dico?
Deficiet enim me tẽpus enarrantẽ de
Gedeon, Barach, Sampſon, Hiephte,
Dauid, Samuel, & prophetis: qui per
fidem vicerunt regna, operati ſunt iu
ſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones,
obturauerunt ora leonũ, extinxerunt
G impetum ignis, effugerunt aciem gla
dij, conualuerunt de infirmitate, for-
tes facti ſunt in bello, caſtra verterũt
exterorum, accęperũt mulieres de re-
ſurrectione mortuos ſuos. alij autem
diſtenti ſunt, non ſuſcipientes redem-
ptionem: vt meliorem inuenirent re-
ſurrectionẽ. Alij vero ludibria & ver
bera experti, inſuper & vincula & car
ceres: lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati
ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt,

circuierunt in melotis, in pellibus ca
prinis, egētes, anguſtiati, afflicti: qui-
bus dignus non erat mūdus, in ſolitu
dinibus errantes, in montibus & ſpe
luncis, & in cauernis terræ. Et hi om-
nes teſtimonio fidei probati, nō accę
perunt repromiſſionem, deo pro no-
bis melius aliquid prouidente, vt nō
ſine nobis conſummarentur.

CAPVT XII.

Rom.6.a Colоſ.3.b Ephe.4.c 1.Pet.2. &.4.a

A IDeoq; & nos tantam habē-
tes circumpoſitam nubem
teſtium: deponētes omne
pondus & circunſtans pec-
catum, per patientiam curramus ad
propoſitum nobis certamen, aſpiciē-
tes in authorem fidei, & conſumma-
torē IESVM: qui propoſito ſibi gau
dio ſuſtinuit crucem, confuſione con
tempta, atq; in dextera ſedis dei ſedit.
Recogitate enim eum qui talem ſuſti
nuit à peccatoribus aduerſum ſemet
ipſum contradictionem: vt non fati-
gemini animis veſtris deficiētes. Nō- B
dum vſque ad ſanguinem reſtitiſtis,
aduerſus

aduerſus peccatum repugnantes, & obliti eſtis conſolationis, quæ vobis tanquam filijs loquitur, Fili mi, noli negligere diſciplinam domini: neque defatigéris cum ab eo arguéris. Quẽ enim diligit dominus, caſtigat: flagellat autem omnem filium quem recipit. In diſciplina perſeuerate. Tanquã filijs, vobis offert ſe deus. quis enim C filius: quem nõ corripit pater? Quòd ſi extra diſciplinam eſtis, cuius participes facti ſunt omnes: ergo adulterini & non filij eſtis. Deinde patres quidem carnis noſtræ eruditores habuimus, & reuerebamur eos. an nõ multomagis obtemperabimus patri ſpirituum, & viuemus? Et illi quidem ad paucos dies, ſecundum voluntatem ſuam erudiebãt nos: hic autem ad id quod vtile eſt vt participes fiamꝰ ſanctificationis eius. Omnis autem diſciplina in præſenti quidem videtur nõ eſſe gaudij, ſed mœroris: poſtea autẽ fructum pacatiſſimũ exercitatis per D eam, reddet iuſtitiæ. Propter quod re

Prou. 3. b
Apoc. 3. d

miſſas manus & ſoluta genua erigi-
te:& greſſus rectos facite pedibus ve
ſtris.vt non claudicans quis erret:ma
Ro.12.d gis autem ſanetur. Pacem ſequimini
cum omnibus,& ſanctimoniam:ſine
qua nemo videbit deum.conſideran-
tes ne quis deficiat à gratia dei:ne qua
radix amaritudinis ſurſum germinãs
impediat,& per illã inquinentur mul
ti. Ne quis fornicator aut prophanus
Geñ.25.d vt Eſau:qui propter vnam eſcam ven E
didit primogenita ſua. ſcitis enim ꝙ
Geñ.26.f & poſtea cupiens hæreditare benedi-
ctionem, reprobatus eſt.nõ enim in-
uenit pœnitétiæ locum:quãquã cum
lachrymis inquiſiſſet eam. Non enim
Exo.19.b acceſſiſtis ad contactũ monté & accẽ
&.20.c ſum ignem,& turbiné,& caliginé,&
procellã,& tubæ ſonũ,& vocem ver
borũ quã qui audierunt,excuſauerũt
ſe,ne eis fieret verbũ. Non enim por-
tabãt,quod dicebatur, Et ſi beſtia teti
Exo.19.c gerit mótem:lapidabitur, aut iaculo
configetur. Et ita terribile erat quod
videbatur. Moyſes dixit, Exterritus F

ſum & tremebũdus, Sed acceſſiſtis ad
Sion montẽ, & ciuitatẽ dei viuentis,
Hieruſalẽ cœleſtem & multorũ mil/
lium angelorũ frequentiam, & eccle/
ſiam primogenitorum qui cõſcripti
ſunt in cœlis, & iudicẽ omnium deũ,
& ſpiritus iuſtorum perfectorũ, & te/
ſtamẽti noui mediatorem IESVM,
& ſanguinem aſperſionis melius lo/
quentem quàm Abel. Videte ne recu
ſetis loquentem. Si enim illi nõ effu/
gerunt, recuſantes eum qui ſuper ter/
ram loquebatur: multo magis nos
qui de cœlis loquentem nobis, auer/
timus. cuius vox mouit terram tunc:
nunc autẽ repromittit dicens, Adhuc
ſemel: ego moueo nõ ſolum terram, Agg. 2.b
ſed & cœlum. Quòd autem adhuc ſe/
mel dicit: declarat mobilium tranſla/
tionem tanquã factorum, vt maneãt
ea quæ ſunt, immobilia. Itaq; regnũ
immobile ſuſcipiẽtes, habeamus gra
tiam: per quã ſeruiamus placẽtes deo
cum metu & reuerentia. etenim deus Deu. 4. d
noſter, ignis conſumens eſt.

altare: de quo edere non habent po/
teſtatem qui tabernaculo deſeruiunt.
Quorum enim animaliũ infertur ſan Nũe.19.a
guis pro peccato in ſancta per ponti/
ficem, horum corpora cremantur ex/
tra caſtra. Propter quod & IESVS,
vt ſanctificaret per ſuum ſanguinẽ po
pulum, extra portam paſſus eſt. Exea
mus igitur ad eũ extra caſtra: impro/
perium eius portantes. Non enim ha Mich.2.c
C bemus hic manentem ciuitatem, ſed
futuram inquirimus. Per ipſum ergo
offeramus hoſtiã laudis ſemper deo,
id eſt fructum labiorum confitẽtium
nomini eius. Beneficentiæ autẽ & cõ
municationis nolite obliuiſci, talib⁹
enim hoſtijs promeretur deus. Obedi
te præpoſitis veſtris & ſubiacete eis.
ipſi enim vigilant tãquam rationem
pro animabus veſtris reddituri: vt cũ
gaudio hoc faciant & non gementes.
hoc enim non expedit vobis. Orate
pro nobis: cõfidimus enim quòd bo/
nam conſcientiam habemus, in om/
nibus bene volentes conuerſari. Am/

plius autem deprecor vos hoc face- D
re: quo celerius reſtituar vobis. Deus
auté pacis qui eduxit de mortuis pa-
ſtorem magnum ouium in ſanguine
teſtaméti æterni, dominum noſtrum
IESVM CHRISTVM: perficiat
vos in omni opere bono, vt faciatis
eius volũtatem, faciés in vobis quod
placeat corã ſe per IESVM CHRI-
STVM. cui eſt gloria in ſecula ſecu-
lorum. Amen. Rogo auté vos fratres
vt ſufferatis verbum exhortationis.
Etenim paucis ſcripſi vobis. Cogno-
ſcite fratré noſtrum Timótheum di-
miſſum: cũ quo (ſi celerius venerit)
videbo vos. Salutate omnes præpo-
ſitos veſtros: & omnes ſanctos. Salu-
tant vos de Italia fratres. Gratia cum
omnibus vobis. AMEN.

Miſſa ab Italia per Timótheum.

HIERONYMVS IN CATALOgo ſcriptorum Eccleſiaſticorum.

IAcôbus qui appellatur frater domini, cognomento Iuſtus, vt nõnulli exiſtimant, Ioſeph, ex alia vxore: vt autem mihi videtur Mariæ ſororis matris domini, cuius Ioãnes in libro ſuo meminit, filius: poſt paſſionem domini, ſtatim ab apoſtolis Hierofolymorum epiſcopus ordinatus, vnam tantũ ſcripſit epiſtolam, quę de ſeptẽ catholicis eſt, quę & ipſa ab alio quodam ſub nomine eius edita aſſeritur: licet paulatim tẽpore procedente obtinuerit authoritatem. Hegeſippus vicinus apoſtolicorũ temporũ, in quinto cõmmẽtariorum libro, de Iacôbo narrãs ait. Suſcępit eccleſiam Hieroſolymæ, poſt apoſtolos frater domini Iacôbus, cognomẽto Iuſtus. Multi ſiquidem Iacôbi vocabantur. Hic de vtero matris, ſanctus fuit, vinum & ſicerã non bibit, carnẽ nullam

nus diceret, Domine ignoſce eis, quod enim faciunt neſciunt, fullonis fuſte, quo rudia veſtimenta extorqueri ſolent, in cerebro percuſſus, interijt. Tradit item Ioſephus tantæ eum ſanctitatis fuiſſe, & celebritatis in populo, vt propter eius necem, creditum ſit ſubuerſam eſſe Hieroſolymã. Hic eſt de quo Paulus apoſtolus ſcribit ad Galatas, Alium autem apoſtolorum vidi neminem, niſi Iacôbum fratrẽ domini. Et apoſtolorũ ſuper hoc crebrius acta teſtantur. Euãgelium quoque quod appellatur Secundum Hebræos, & à me nuper in græcum, latinúmque ſermonem tranſlatum eſt, quo & Origenes ſæpe vtitur, poſt reſurrectionem ſaluatoris, refert, Dominus autem cum dediſſet ſindonẽ ſeruo ſacerdotis, iuit ad Iacôbum, & apparuit ei. Iurauerat enim Iacôbus ſe non comeſturum panem ab illa hora, qua biberat calicem domini, donec viderèt eum reſurgentem à mortuis. Ruſuſq; pòſt paululum, Affer

te, ait dominus, menſam & panem. Statimq; additur. Tulit panem, benedixit ac fregit, & dedit Iacôbo Iuſto, & dixit ei, Frater mi, comede panem tuum, quia reſurrexit filius hominis à dormientibus. Triginta itaq; annos Hieroſolymis rexit eccleſiam, id eſt vſq; ad ſeptimum Neronis annum, & iuxta templum vbi & pręcipitatus fuerat, ſepultus eſt. Titulum vſque ad obſidionem Titi & vltimam Hadriani, notiſſimum habuit. Quidam è noſtris in monte Olíueti eum putauerunt conditum, ſed falſa eorum opinio eſt.

EPISTOLA CATHOLICA IACOBI APOSTOLI.

A IACOBVS dei & domini noſtri IESV CHRISTI ſeruus, duodecim tribubus, quę ſunt in diſperſione, ſalutem.

Omne gaudium exiſtimate fratres
mei, cum in tentationes varias inci- Rom.5.a
deritis: ſcientes quòd probatio fidei
veſtræ, patientiam operatur. Patien-
tia autem opus perfectum habeat: vt
ſitis perfecti & integri, in nullo defi-
cientes. Si quis autem veſtrum indi-
get ſapientia, poſtulet à deo qui dat
omnibus ſimpliciter, & non impro- Mat.7.a
perat: & dabitur ei. Poſtulet autem in &.21.c
fide nihil hęſitans. Qui enim hęſitat, Mar.11.c
ſimilis eſt fluctui maris, qui à vento Luc.11.b
mouetur & circũfertur. nõ enim exi- Ioã.16.b
ſtimet homo ille ꝙ accipiet aliquid à &.16.c.f

uerſionis obumbratio. voluntarie ge
nuit nos verbo veritatis, vt ſimus ini
tium quoddā creaturę eius. Itaq; fra
tres mei dilecti. Omnis homo velox pue.17.c
ad audiendū: tardus autem ad loquē
dum, & tardus ad irā. Ira enim viri,
iuſtitiam dei non operatur. Propter
quod abijcientes omnem immundi-
tiam, & abundantiā malitiæ, in man
ſuetudine ſuſcipite inſitum verbum,
quod poteſt ſaluare animas veſtras.
D Eſtote autem factores verbi, & nō au Mat.7.d
ditores tantū: fallentes voſmetipſos. Rom.2.b
Quia ſi quis auditor eſt verbi, & non
factor: hic comparabitur viro cōſide-
ranti vultum natiuitatis ſuæ in ſpecu
lo. cōſiderauit enim ſe, & abijt, & ſta-
tim oblitus eſt qualis fuerit. Qui autē
proſpexerit in legem perfectā liberta
tis, & permāſerit ſic, non auditor ob-
liuioſus factus, ſed factor operis: hic
beatus in facto ſuo erit. Si quis autē
putat ſe religioſum eſſe inter vos, nō
refrenans linguam ſuam, ſed ſeducēs
cor ſuum: huius vana eſt religio. Reli

gio munda & immaculata apud deũ
& patrem hęc eſt, Viſitare pupillos &
viduas in tribulatione eorum: & im-
maculatum ſe cuſtodire à mundo.

CAPVT II.

Leui. 19. c. Deut. 1. c & 16. d Puer. 24. c Eccli. 42. a

FRatres mei, nolite in perſo- A
narũ acceptione habere fi-
dem domini noſtri IESV
CHRISTI gloriæ. Etení
ſi introierit in conuentum veſtrũ vir
aureum annulũ habens, in veſte can-
dida, introierit autẽ & pauper in ſor-
dido habitu, & intendatis in eum qui
indutus eſt veſte præclara, & dixeri-
tis ei, Tu ſede hic bene, pauperi autẽ
dicatis, Tu ſta illic, aut ſede ſub ſcabel
lo pedum meorum: nónne iudicati
eſtis apud voſmetipſos, & facti eſtis
iudices cogitationum iniquarum? Au
dite fratres mei dilecti, Nónne deus
elegit pauperes in hoc mundo, diui-
tes in fide, & hæredes regni quod re-
promiſit deus diligẽtibus ſe? Vos au-
tem exhónoraſtis pauperem. Nónne B
diuites per potentiã opprimunt vos:

&ipſi trahunt vos ad iudicia? Nón-
ne ipſi blaſphemant bonum nomen
quod inuocatum eſt ſuper vos? Si ta-
men legem perficitis regalem ſecun-
dum ſcripturas, Diliges proximum Leui.19.d
tuum ſicut teipſum: bene facitis. ſi au Mat.21.d
tem perſonam accipitis, peccatũ ope- Mar.12.c
ramini, redarguti à lege vt tranſgreſ- Ro.13.c
ſores. Quicunque enim totam legem Galat.5.c
ſeruauerit, offendat autem in vno: fa Leui.19.e
ctus eſt omnium reus. Qui enim di- Deut.1.c
xit, Non mœchaberis, dixit, & Non &.16.d
occides. Quòd ſi non mœchaberis, Mat.5.c
occides auté: factus es tranſgreſſor le
C gis. Sic loqmini, & ſic facite ſicut per
legem libertatis iudicandi. Iudicium
enim ſine miſericordia illi qui non fe
cerit miſericordiã. Superexultat auté
miſericordia iudiciũ. Quid proderit
fratres mei, ſi fidẽ quis dicat ſe habe-
re, opera autem nõ habeat? Nunquid
poterit fides ſaluare eum? Si autẽ fra- 1.Ioã.3.c
ter aut ſoror nudi ſint, & indigeãt vi-
ctu quotidiano, dicat autẽ aliquis ex
vobis, illis, Ite in pace, calefiatis & ſa

tuum eſt: ita & fides ſine operibus
mortua eſt.

CAPVT III.

A NOlite plures magiſtri fieri Mat. 23. A
fratres mei, ſcientes quòd
maius iudiciū accipiemus.
In multis enim offendi-
mus omnes. Si quis in verbo non of-
fendit: hic perfectus eſt vir, potens fre
no circūducere etiam totum corpus.
Ecce equis frena in ora mittimus ad
conſentiendū nobis: & omne corpus
illorum circūferimus. Ecce & naues
cum tam magnæ ſint, & à ventis va-
lidis minentur: circūferuntur à modi
co gubernaculo quocūq; impetus di-
rigētis voluerit. Ita & lingua modi-
cum membrum eſt, & magna iactat.
B Ecce paruus ignis quàm magnam ſyl
uam incēdit. Et lingua, ignis eſt, vni-
uerſitas iniquitatis. Sic lingua conſti-
tuitur in membris noſtris, quę macu
lat totum corpus, & inflāmat rotam
natiuitatis noſtræ inflammata à gehē
na. Omnis enim natura beſtiarum &

volucerum & ſerpentium & cætero-
rum domantur, & domita ſunt à na-
tura humana: linguam autem nullus
hominum domare poteſt, inquietũ
malum, plena veneno mortifero. In C
ipſa benedicimus deum & patrem. &
in ipſa maledicimus homines qui ad
imaginem & ſimilitudinem dei facti
ſunt. Ex eodem ore procedit benedi-
ctio & maledictio. Non oportet fra-
tres mei hæc ita fieri. Nũquid fons de
eodẽ foramine emanat dulce, & ama
rum? Nũquid poteſt fratres mei ficus
oleas facere: aut vitis, ficus? Sic nul-
lus fons ſalſam & dulcem poteſt face
re aquam. Quis ſapiens & diſciplina-
tus inter vos? Oſtendat ex bona con-
uerſatione opera ſua in manſuetudi-
ne ſapiẽtiæ. Quòd ſi zelum amarum D
habetis, & contentiones in cordibus
veſtris: nolite gloriari & mendaces
eſſe aduerſus veritatem, non eſt enim
iſta ſapientia de ſurſum deſcendens:
ſed terrena, animalis, diabolica. Vbi
enim zelus & contentio: ibi incõſtan

tia, & omne opus prauum. Quæ autem de ſurſum eſt ſapientia, primum quidē pudica eſt: deinde pacifica, modeſta, ſuaſibilis, plena miſericordia & fructibus bonis, non iudicans, & ſine ſimulatione. Fructus autē iuſtitiæ, in pace ſeminatur, facientibus pacem.

CAPVT IIII.

A Vnde bella & lites in vobis? Nónne hinc? ex voluptatibus veſtris quæ militant in membris veſtris? Concupiſcitis, & non habetis: inuidetis & zelatis, & non poteſtis adipiſci. litigatis & belligeratis. nō habetis, propterea quòd non poſtulatis. Petitis, & non accipitis, eo quòd male petatis: vt in voluptatibus veſtris inſumatis. Adulteri & adulteræ neſcitis quòd amicitia huius mundi, inimicitia eſt dei? Quicunq; ergo voluerit amicus eſſe ſeculi huius: inimicus dei cōſtituitur.
B An putatis ꝙ inaniter ſcriptura dicat. Ad inuidiam concupiſcit ſpiritus qui habitat in vobis? Maiorem autē dat

2.Pet.5.b gratiam. Propter quod dicit, Deus ſu
perbis reſiſtit: humilibus autem dat
Ephe.4.f gratiam. Subditi ergo eſtote deo: reſi
ſtite autem diabolo: & fugiet à vobis.
Appropiate deo: & appropinquabit
vobis. Emundate manus peccatores,
& purificate corda duplices animo.
1.Pet.5.d Miſeri eſtote & lugete & plorate. ri/ C
ſus veſter in luctum conuertatur, &
gaudium in mœrorem. Humiliamini
in cōſpectu domini, & exaltabit vos.
Nolite detrahere inuicē fratres mei.
Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fra
trem ſuum: detrahit legi & iudicat le
gem. Si autem iudicas legem: nō es fa
ctor legis, ſed iudex. Vnus eſt legiſla/
Ro.14.a tor qui poteſt perdere & liberare. Tu D
quis es qui iudicas proximū tuum?
Age nūc qui dicitis, Hodie & cras ibi/
mus in illam ciuitatem, & faciemus
ibi annum vnum, & mercabimur &
lucrum faciemus (qui ignoratis quid
erit in craſtino. Quæ eſt enim vita ve
ſtra? Vapor eſt: ad modicum parens,
& deinceps exterminabitur) pro eo

vt dicatis, Si dominus voluerit, & Si
vixerimus, faciemus hoc aut illud.
Nunc autem exultatis in ſuperbijs ve
ſtris. Omnis exultatio talis, maligna
eſt. Scienti igitur bonum facere, & nõ
facienti: peccatum eſt illi.

CAPVT V.

A AGite nunc diuites, plorate,
vlulates in miſerijs veſtris
quæ aduenient vobis. Diui
tiæ veſtræ putrefactę ſunt:
& veſtimenta veſtra à tineis comeſta
ſunt. Aurum & argentum veſtrũ æru
ginem traxit: & ærugo eorum in teſti
monium vobis erit, & manducabit
carnes veſtras ſicut ignis. Theſauriza
B ſtis in nouiſſimis diebus. Ecce merces
operariorum qui meſſuerunt regio-
nes veſtras, quæ fraudata eſt à vobis,
clamat: & clamor eorũ, in aures do-
mini ſabaoth introiuit. Deliciati eſtis
ſuper terram: & in luxurijs enutriſtis
corda veſtra, vt in die occiſionis. Addi
xiſtis & occidiſtis iuſtũ, & non reſiſtit
C vobis. Patientes igitur eſtote fratres,

vſq; ad aduentum domini. Ecce, agri-
cola expectat pretioſum fructum ter
ræ: patiēter ferens donec accipiat plu
uiam temporaneam & ſerotinam. Pa
tientes igitur eſtote & vos, & confir-
mate corda veſtra: quoniam aduētus
domini appropinquauit. Nolite inge
miſcere fratres alius aduerſus alium:
vt non iudicemini. Ecce, iudex ante ia C
nuam aſſiſtit. Exemplum accipite fra
tres mei laboris, & patientiæ, prophe
tas: qui locuti ſunt in nomine domi-
ni. Ecce, beatificamus eos qui ſuſtinēt.
Sufferentiam Iob audiſtis, & finem
domini vidiſtis, quòd valde miſeri-
cors dominus ſit & miſerator. Ante
Mat.5.f omnia autem fratres mei, nolite iu-
rare, neq; per cœlum, neq; per terrā,
neq; aliud quodcunq; iuramentum.
Sit autem veſtrum eſt, eſt: non, nō: vt
nō ſub iudicio decidatis. Triſtatur ali
quis veſtrum? oret. Æquo animo eſt
aliquis? pſallat. Infirmatur quis in vo
bis? inducat preſbyteros eccleſiæ, &
orent ſuper eum, vngentes eum oleo D

in nomine domini. & oratio fidei ſal-
uabit infirmum, & alleuiabit eum do
minus: & ſi in peccatis ſit, remitten-
tur ei. Confitemini inuicem peccata:
& orate pro vobis inuicem vt ſane-
mini. multum enim valet deprecatio
iuſti aſſidua. Elias, homo erat ſimilis 3.Re.17.
nobis paſſibilis: & oratione orauit vt a.b
non plueret ſuper terram, & nō pluit Luc.4.d
annos tres & menſes ſex. Et rurſum
orauit: & cœlū dedit pluuiam, & ter-
ra dedit fructum ſuum. Fratres mei,
ſi quis ex vobis errauerit à veritate, Mat.18.b
& conuerterit quis eum: ſcire debet
quòd qui cōuerti fecerit peccatorem
ab errore viæ ſuæ, ſaluabit animam à
morte & operiet multitudinem pec-
catorum.

Sed & euangelium iuxta Marcum, qui auditor eius & interpres fuit, huius dicitur. Libri autem eius è quibus vnus actorum eius inſcribitur, alius euangelij, tertius prædicationis, quartus Apocalypſis, quintus iudicij, inter apocryphas ſcripturas reputatur. Sepultus Romæ in Vaticano iuxta viam triumphalem: totius vrbis veneratione celebratur.

EPISTOLA BEATI PETRI APOSTOLI PRIMA.

A Petrus apoſtolus IESV CHRISTI, electis aduenis diſperſionis Pōti, Galatię, Cappadociæ, Aſiæ, & Bithynię, ſecundū præſcientiam dei patris, in ſanctificatione ſpiritus, in obedientiā & aſperſionē ſanguinis IESV CHRISTI: gratia vobis & pax multiplicetur.

1.cor.1.a Benedictus deus, & pater domini
Ephe.1.a noſtri IESV CHRISTI, qui ſecun
dum miſericordiam ſuam magnã re-
generauit nos in ſpem viuam, per re
ſurrectionem IESV CHRISTI ex
mortuis, in hæreditatẽ incorruptibi-
lem & incontaminatã, & immarceſſi-
bilem conſeruatã in cœlis in vos, qui
virtute dei cuſtodimini per fidem in
ſalutem, paratam reuelari in tempore
nouiſſimo. in quo exultabitis, modi- B
cum nunc, ſi oportet, cõtriſtati in va-
rijs tentationibus: vt probatio veſtræ
fidei multo pretioſior auro (quod pe
rit & tamen per ignẽ probatur) inue-
niatur in laudẽ & gloriam & honorẽ
in reuelatione IESV CHRISTI,
quem cum non videatis, diligitis, in
quem nunc nõ videntes: credentes ta
men, exultatis lætitia inenarrabili &
glorificata, reportãtes finem fidei ve-
ſtræ, ſalutem animarũ veſtrarum. de
qua ſalute exquiſierunt atqꝫ ſcrutati
ſunt prophetæ, qui de futura in vobis
gratia prophetauerunt, ſcrutantes in

quod vel quale tẽpus ſignificaret qui
in eis erat ſpiritus CHRISTI, præ-
nuntians eas quę in CHRISTO fue
rũt, paſſiones, & poſteriores glorias:
quibus reuelatum eſt ꝙ non ſibimet-
ipſis, ſed vobis miniſtrabant ea quæ
nunc nuntiata ſunt vobis per eos qui
euangelizauerũt vobis, in ſpiritu ſan
cto miſſo de cœlo, in quæ deſiderant
C angeli proſpicere. Propter quod, ſuc-
cincti lumbos mentis veſtræ, ſobrij,
perfecte ſperate in eam quæ offertur
vobis, gratiam, in reuelatione IESV
CHRISTI vt filij obedientiæ, non
cõfigurati prioribus ignorãtiæ veſtrę
deſiderijs, ſed queadmodũ is qui vo-
cauit vos, ſanctus eſt, ita & ipſi in om
ni cõuerſatione ſancti ſitis: quoniam
ſcriptũ eſt, Sancti eritis: quoniam ego
ſanctus ſum. Et ſi patrẽ inuocatis eũ Leui. 11.g
qui ſine acceptione perſonarũ iudicat 19.a. 20.b
ſecundũ vniuſcuiuſq; opus: in timo- Deu. 10.d
re, incolatus veſtri tempore cõuerſa- Rom. 2.b
mini, ſcientes ꝙ non corruptibilibus Galat. 2.b
auro vel argẽto redẽpti eſtis de vana

veſtra cōuerſatione paternę traditio-
1.cor.6.d nis: ſed pretioſo ſanguine tanq̄ agni D
&.7.d immaculati CHRISTI & inconta-
Hebr.9.d minati, pręcogniti quidē ante mundi
1.Ioā.1.d conſtitutionē manifeſtati autem no-
Apoc.1.d uiſſimis tēporibus propter vos, qui
per ipſum creditis in deū, qui ſuſcita-
uit eum à mortuis, & dedit ei gloriā,
vt fides veſtra, & ſpes eſſet in deū: qui
animas veſtras caſtigaſtis in obedien
tiam veritatis per ſpiritū, in fraternita
tis amore non ſimulato. Simplici ex
corde inuicem diligite intenſe: renati
non ex ſemine corruptibili, ſed incor
ruptibili per verbū dei viui & perma
Eſa.40.b nentis in æternū. quia omnis caro vt
Eccli.14.c fœnū: & omnis gloria hominis tanq̄
Iaco.1.b flos fœni. exaruit fœnum: & flos eius
decidit. Verbum autē domini manet
in æternū. hoc eſt autem verbū quod
euangelizatum eſt in vos.

CAPVT II.

Rom.6.a DEponentes igitur omnem A
Ephe.4.a malitiā, & omnem dolū,
Coloſ.3.b & ſimulationes, & inui-
Hebr.12.a

dias, & omnes detractiones, ſicut
modo geniti infantes, rationabile &
ſine dolo lac cõcupiſcite: vt in eo cre-
ſcatis, ſi quidem guſtatis quòd bonus
eſt dominus. Ad quem accedentes, la
pidem viuum, ab hominibus quidē
reprobatum, à deo autem electum &
precioſum: & ipſi tanquam lapides
viui ſuperædificamini, domus ſpiri-
tualis, ſacerdotium ſanctum, ad offe-
rendum ſpirituales hoſtias, acceptabi
les deo per IESVM CHRISTVM. Eſa.28.d
B Propter quod cõtinet ſcriptura, Ecce Rom.9.8
pono in Sion lapidem ſummũ angu
larem, electum, pretioſum. & qui cre
diderit in eum, non confundetur. Vo
bis igitur honor credentibus. non cre
dentibus autem, lapis quem reproba
uerunt ędificantes, hic factus eſt in ca Pſal.117.d
put anguli: & lapis offenſionis & pe- Mat.21.d
tra ſcandali, his qui offenduntur ver- Act.4.b
bo, nec credũt in quod & poſiti ſunt. Eſa.8.c
Vos autem genus electum, regale ſa-
cerdotium, gens ſancta, populus ac- Exo.19.c
quiſitionis: vt virtutes annuntietis

eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen ſuũ. Qui aliquando non populus: nunc autem populus dei. qui non conſecuti miſericordiam: nunc autem miſericordiã conſecuti. Chariſſimi, obſecro vos, tanquam aduenas & peregrinos, abſtinere à carnalibus deſiderĳs, quæ militant aduerſus animam, cõuerſationem veſtram inter gentes habẽtes honeſtam: vt in eo quod detrectant vobis tanquam malefactoribus, ex bonis operibus vos conſiderantes, glorificẽt deum in die viſitationis. Subiecti igitur eſtote omni humanæ creaturæ propter dominũ: ſiue regi, quaſi prçcellenti: ſiue præſidibus tanquam ab eo miſſis ad vindictam quidẽ malefactorum, laudem vero bonorum; quia ſic eſt voluntas dei, vt benefaciẽtes, obmuteſcere faciatis imprudentium hominum ignorantiam: quaſi liberi, & non quaſi velamen habentes malitiæ libertatẽ, ſed ſicut ſerui dei. Omnes honorate. Fraternitatem di-

Oſee.2.d — Roma.9.e — Gala.5.c — C — Rom.13.d — Ro.13.a — Ro.12.c

ligite. Deum timete. Regem honori-
ficate. Serui, ſubditi eſtote in omni ti Ephe.6.a
more dominis, non tantum bonis & Coloſ.3.d
modeſtis, ſed etiam dyſcolis. Hæc eſt Tit.2.c
enim gratia: ſi propter dei conſcien- 2.Cor.7.c
tiam, ſuſtinet quis triſtitias, patiés in-
iuſte. Quæ enim eſt laus: ſi peccátes,
D & ideo colaphizati, ſuffertis? Sed ſi
bene facientes patiéter ſuſtinetis: hęc
eſt gratia apud deum. In hoc enim
vocati eſtis: quia & CHRISTVS
paſſus eſt pro nobis, vobis relinqués
exemplũ vt ſequamini veſtigia eius. Eſa.53.c
qui peccatum non fecit, nec inuentus 1.Ioã.3.a
eſt dolus in ore eius. qui cum male-
diceretur, non remaledicebat: cum pa
teretur, non comminabatur. tradebat Eſa.53.b
autem vindictam iudicanti iuſte, qui
peccata noſtra ipſe pertulit in corpo-
re ſuo ſuper lignum: vt peccatis mor
tui, iuſtitiæ viuamus. cuius liuore ſa-
nati eſtis. Eratis enim ſicut oues er-
rantes: ſed conuerſi eſtis nunc ad pa-
ſtorem & epiſcopum animarum ve-
ſtrarum.

CAPVT III.

Coloſ.3.e Ephe.5.c SImiliter & vxores ſubditæ A ſint viris ſuis: vt & ſi qui nõ credunt verbo, per mulierũ conuerſationẽ ſine verbo lucrifiant, cõſiderantes in timore caſtã
1.Tim.2.c conuerſationẽ veſtram. quarũ ornatus nõ ſit extrinſecus capillatura, aut circũdatio auri, aut amictus veſtimẽtorum: ſed qui abſconditus eſt cordis homo, in incorruptibilitate quieti & modeſti ſpiritus, qui eſt in conſpectu dei locuples. Sic enim quondã & ſanctę mulieres ſperãtes in deo, ornabãt
Gen.18.b ſe, ſubiectæ proprijs viris. ſicut Sara obediebat Abrahæ dominũ eum vocans, cuius eſtis filiæ, bene faciẽtes, &
1.Cor.7.a nullo timore perterritę. Viri ſimiliter B cohabitãtes ſecundũ ſcientiam, quaſi infirmiori vaſculo muliebri impartientes honorem, tanq; & cohæredes gratiæ vitæ: vt non impediantur orationes veſtræ. In ſumma autem: omnes vnanimes, cõpatientes, fratrum amatores, miſericordes, modeſti, nõ

reddentes

reddentes malum pro malo, nec maledictũ pro maledicto: ſed ecõtrario, benedicentes: quia in hoc vocati eſtis vt benedictioné hæreditate poſſideatis. Qui enim vult vitam diligere, & dies videre bonos: coerceat linguam ſuam à malo, & labia eius ne loquantur dolum. Declinet à malo, & faciat bonum: inquirat pacem, & ſequatur eam: quia oculi domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorum. vultus autẽ domini ſuper facientes mala. Et quis eſt, qui vobis noceat, ſi boni ęmulatores fueritis? Sed & ſi quid patimini propter iuſtitiam: beati. Timorem autem eorũ ne timueritis, & non cõturbemini: dominum autem deum ſanctificate in cordibus veſtris, parati ſemper ad ſatiſfactionẽ omni poſcenti vos rationẽ de ea, quæ in vobis eſt, ſpe. ſed cum modeſtia & timore, conſcientiã habentes bonã: vt in eo quod detrahunt vobis, tanq̃ malefactoribus, cõfundantur, qui calũniantur veſtrã bonã in CHRISTO cõuerſa-

Prouer. 17. c & 21. d

Rom. 12. d

1. theſ. 5. d

Pſal. 33. c

Mat. 5. a

Supra. 2. c

tionẽ. Melius eſt enim, bene facientes (ſi voluntas dei velit) pati, q̃ male fa
Heb r.9.d cientes. quia & CHRISTVS ſemel
Rom̃.5.b pro peccatis noſtris mortuus eſt, iu/
ſtus pro iniuſtis: vt nos offerret deo, mortificatus quidem carne, viuifica/
tus autẽ ſpiritu. In quo & his qui in D
carcere erant ſpiritibus, veniens præ/
dicauit: qui increduli fuerant olim, quãdo expectabant dei patientiam in
Geñ.6.b diebus Noe, cum fabricaretur arca, in
Mat. 24.d qua pauci, id eſt, octo animæ ſaluæ fa
Luc.17.f ctæ ſunt per aquã. Cui nunc ſimile baptiſma nos quoq; ſaluos facit: nõ car/
nis depoſitio ſordium: ſed cõſcientiæ bonæ interrogatio in deum per reſur
rectionem IESV CHRISTI, qui eſt in dextera dei: profectus in cœlũ, ſubiectis ſibi angelis & poteſtatibus & virtutibus.

CAPVT IIII.

CHRISTO igitur paſſo p A
nobis carne: & vos eadem cogitatiõe armamini. quia qui paſſus eſt in carne, de/

ſijt à peccatis: vt iam deſiderijs homi
num,ſed voluntate dei quod reliquū Ephe.4.c
eſt in carne viuat temporis. Sufficit
enim præteritum vitę tempus vt vo
luntatem gẽtium perfecerimus,cum
ambularemus in luxurijs, deſiderijs,
vinolẽtijs,comeſationibus, potatio-
nibus,& nefarijs idolorum cultibus.
in quo admirantur non concurrenti-
bus vobis in eandẽ luxuriæ refuſio-
B nem blaſphemantes, qui reddent ra-
tionem ei,qui paratus eſt iudicare vi
uos & mortuos. Propter hoc enim,
& mortuis euangelizatum eſt: vt iu-
dicentur quidem ſecũdum homines
carne, viuant autem ſecũdum deum
ſpiritu. Omnium autem finis appro-
C pinquauit. Eſtote itaq; ſobrij,& vigi-
late in orationibus. Ante omnia autẽ,
mutuam inter vos charitatem conti-
nuam habentes:quia charitas operiet
C multitudinem peccatorum. Hoſpita- Prue..10.b
les inuicẽ,ſine murmuratione. Vnuſ- Ro.12.c
quiſq; ſicut accępit donum,mutuò in Hebr.13.a
vos illud adminiſtrantes: ſicut boni Phili.2.b

diſpēſatores multiformis gratiæ dei.
Si quis loquitur.tanquam ſermones
dei.ſi quis miniſtrat tanquam ex vir-
tute,quā ſubminiſtrat deus, vt in om
nibus glorificetur deus per IESVM
CHRISTVM: cui eſt gloria & im-
perium in ſecula ſeculorum. Amen.
Chariſſimi,nolite mirari in examina
tione,quæ ad tentationem vobis fit,
quaſi noui aliquid vobis contingat:
ſed communicantes CHRISTI paſ
ſionibus,gaudete,vt &in reuelatione
gloriæ eius gaudeatis exultantes. Si
exprobramini in nomine CHRI-
STI, beati eſtis:quoniā gloria & ſpi-
ritus dei ſuper vos requieſcit. Secun-
dum illos quidem blaſphematur, ſe-
cundum vos autem glorificatur. Ne D
quis enim veſtrum patiatur, vt homi
cida,aut fur,aut maleficus,aut alieno
rum appetitor. Si autem vt Chriſtia-
nus: non erubeſcat, glorificet autem
deum in iſto nomine.quoniam tem-
pus eſt vt incipiat iudicium à domo
dei. Si autem primum à nobis: quis

finis eorum qui non credunt dei euã-
gelio? Et ſi iuſtus quidẽ vix ſaluatur: Luc. 11. d
impius & peccator vbi parebũt? Ita-
que & hi qui patiuntur ſecundum vo
luntatem dei, vt fideli conditori com
mendent animas ſuas in benefactis.

CAPVT V.

A SEniores qui inter vos ſunt
obſecro, conſenior & teſtis
CHRISTI paſſionum, &
eius quæ reuelanda eſt, glo
riæ conſors, Paſcite quantum in vo-
bis eſt gregem CHRISTI, prouidẽ
tes non coacte, ſed ſpõtanee: neq; tur
pis lucri gratia, ſed volũtarie: neq; vt
dominantes in cleris, ſed formæ facti
B gregis. Et cũ apparuerit princeps pa-
ſtorum, percipietis immarceſſibilem
gloriæ coronam. Similiter adoleſcen
tes, ſubditi eſtote ſenioribus. omnes Iaco. 4. c
autem inuicem ſubiecti humilitatem
inſinuate. quia deus ſuperbis reſiſtit:
humilibus autem dat gratiam. Humi
liamini igitur ſub potenti manu dei,
vt vos exaltet in tempore omnem ſo

Mat.6.c licitudinem veſtram proijcientes in
Luc.12.c eum, quoniam ipſi cura eſt de vobis.
Ro.12.c Sobrij eſtote, & vigilate: quia aduer/
Pſal.54.d ſarius veſter diabolus tanquã leo ru/
giens circuit, quærens quem deuoret.
Cui reſiſtite, fortes in fide: ſciẽtes eaſ/ C
dem paſſiones ei quæ in mundo eſt,
veſtræ fraternitati fieri. Deus autẽ om
nis gratiæ, qui vocauit nos in æter/
nam ſuam gloriam in CHRISTO
IESV, modicum paſſos, ipſe perfi/
ciet, fulciet, confirmabit, ſolidabitq́ʒ.
Ipſi gloria, & imperium in ſecula ſe/
culorum. AMEN. Per Siluanum fi/ D
delem fratrem vobis, vt arbitror, bre
uiter ſcripſi: adhortans & conteſtans
hanc eſſe veram gratiam dei, in qua
ſtatis. Salutat vos eccleſia, quæ eſt in
Babylone, ſimul electa: & Marcus fi/
lius meus. Salutate inuicem in oſcu/
lo charitatis. Pax vobis omnibus qui
eſtis in CHRISTO IESV. AMEN.

EPISTOLA PETRI APOSTOLI SECVNDA.

A Simon Petrus ſeruus & apoſtolus IESV CHRISTI: ijs qui coæqualem nobiſcum ſortiti ſunt fidē in iuſtitia dei noſtri & ſaluatoris IESV CHRISTI.

2 Gratia vobis & pax adimpleatur in cognitione dei, & CHRISTI IESV domini noſtri: quo modo omnia nobis diuina virtute eius, quæ ad vitam & pietatē pertinent donata ſunt, per agnitionem eius qui vocauit nos propria gloria & virtute, per quę maxima & pretioſa nobis promiſſa donauit: vt per hęc efficiamini diuinę cōſortes naturæ, fugientes eius quæ in mūdo eſt, cōcupiſcentię corruptionē. Sed & in hocipſum curā omnē ſubiſe

rentes, miniſtrate in fide veſtrā virtu-
tem: in virtute autē, ſciētiam: in ſcien
tia autem, abſtinentiam: in abſtinētia
autē, patientiam: in patientia autem,
pietatem: in pietate autem, amorem
fraternitatis: in amore autē fraternita A
tis, charitatem. Hæc enim vobis cum
aſſint, & ſuperent: non vacuos, nec ſi-
ne fructu vos conſtituent in domini
noſtri IESV CHRISTI cognitio-
nem. Cui enim non pręſto ſunt hæc:
cęcus eſt, & manu tentans, obliuionē D
accipiens purgationis veterum ſuo-
rum delictorum. Quapropter fratres
magis ſatagite: vt firmam veſtrā vo- C
cationem & electionem faciatis. hæc
enim facientes, nō peccabitis aliquan
do. Sic enim abundanter miniſtrabi-
tur vobis introitus in æternum re-
gnum domini & ſaluatoris noſtri IE
SV CHRISTI. Propter quod non
omittam vos ſemper commonere de
his: licet ſcientes & confirmatos vos
in præſenti veritate. Iuſtum autē ar-
bitror quādiu ſum in hoc tabernacu-

lo, ſuſcitare vos in cõmonitione: cer/
tus quòd velox eſt depoſitio taberna
culi mei ſecũdum quod & dominus
noſter IESVS CHRISTVS ſigni/
ficauit mihi. Dabo autem operam & Ioan.21.f
ſemper habere vos poſt obitum meũ
vt horum memoriam faciatis. Non 1.cor.2.c
enim doctas fabulas ſecuti, notam fe
cimus vobis domini noſtri IESV
CHRISTI virtutem & præſentiã:
ſed ſpeculatores facti illius magnitu/
D dinis. Accepit enim à deo patre hono
rem & gloriam, voce delapſa ad eum
huiuſcemodi à magnifica gloria. Hic Mat.17.a
eſt filius meus dilectus, in quo mihi
complacui. Et hanc vocem nos audi/
uimus de cœlo allatam, cum eſſemus
cum ipſo in mõte ſancto. Et habemus
firmiorem propheticum ſermonem,
cui bene facitis attẽdentes quaſi lucer
næ lucenti in loco caliginoſo, donec
dies illuceſcat, & lucifer oriat in cor/
dibus veſtris: hoc primũ intelligẽtes 2.Tim.3.d
ꝙ omnis prophetia ſcripturę, propria
interpretatione nõ fit, Non enim vo/

luntate humana allata eſt aliquando prophetia, ſed à ſpiritu ſancto impulſi, locuti ſunt ſancti dei homines.

CAPVT II.

FVerunt vero & pſeudoprophetæ in populo, ſicut & in vobis erunt magiſtri mendaces, qui introducēt ſectas perditionis, & eum qui emit eos, dominum negantes: ſuperducentes ſibi celerem perditionem. Et multi ſequētur eorū exitia, per quos via veritatis blaſphemabit̃: & in auaritia fictis verbis de vobis negotiabūtur. quibus iudicium iam olim nō tardat: & perditio eorū non dormitat. Si enim deus angelis peccantibus non pepercit, ſed rudentibus inferni detractos in tartarum, tradidit ſeruandos in iudicium: & originali mundo non pepercit, ſed octauum Noe iuſtitiæ prēconē cuſtodiuit, diluuium mundo impiorū inducens, & ciuitates Sodomorū & Gomorrhęorū in cinerem redigens, euerſione damnauit, exemplum eorū qui

Margin notes: A (beside "Verunt vero"); Iob.4.d (beside "tio eorū non dormitat"); B (beside "& originali mundo"); Gen.7.a (beside "octauum Noe")

impie acturi ſunt ponens: & iuſtum Lot oppreſſum à nefandorum iniuria ac luxurioſa cõuerſatione eripuit. aſpectu enim & auditu iuſtus: inhabitans apud eos quotidie animã iuſtam iniquis operibus cruciabat. Nouit dominus pios de tentatione eripere, iniquos vero in diẽ iudicij reſeruare cruciandos: maxime autem eos qui poſt
C carnem in concupiſcentia immũditię ambulant, dominationemq́ꝫ cõtemnunt; audaces, ſibi placentes: gloriã prędítos non metuunt blaſphemare: vbi angeli, fortitudine & virtute cum ſint maiores, non portant aduerſum ſe apud dominũ execrabile iudicium. Hi vero velut irrationabilia pecora, nata in captionem & in perniciem, in his quæ ignorant blaſphemantes in pernicie ſua peribũt, percipientes mercedem iniuſtitiæ. voluptatem exiſtimantes, diei delitias, coinquinationes & maculæ: delitijs affluentes, in decęptionibus ſuis cõuiuantes vobiſcũ, oculos habentes plenos adulterę,

& qui non ceſſat à peccato, pellicie̅tes
animos inſtabiles, cor exercitatũ aua
ritia habentes, maledictionis filij: de/
Nũe.22.d relinque̅tes rectam viam errauerunt,
ſecuti viam Balaã filij Beor, qui mer/
cedem iniquitatis amauit: correptio/
nem vero habuit ſuæ iniquitatis. ſub/
iugale mutum animal, hominis voce A
loquens, prohibuit prophetę inſipie̅/
Iudæ.1.d tiam. Hi ſunt fontes ſine aqua, & ne/ D
bulæ turbinibus exagitatę. quibus ca
ligo tenebrarũ in æuum ſeruata eſt.
Superbia enim vanitatis loquentes,
pelliciũt in deſiderijs carnis laſciuijs,
eos qui paululum aufugerant, qui in
errore conuerſantur: libertatem illis
promittentes, cum ipſi ſerui ſint cor/
Ioan.8.d ruptionis. A quo enim quis ſuperat[9]
Rom.6.c eſt: huius & ſeruus eſt. Si enim refu/ B
Hebr.6.a gientes coinquinationes mũdi in co/
Mat.12.d gnitione domini noſtri & ſaluatoris
IESV CHRISTI, his rurſus im/
plicati ſuperantur: factæ ſunt eis po/
ſteriora, deteriora prioribus. Melius
enim erat illis non cognouiſſe viam

iuſtitiæ, quàm poſt agnitionẽ, retror-
ſum conuerti ab eo quod illis traditũ
eſt ſancto mãdato. Contigit enim eis Prou. 26.b
illud veri prouerbij, Canis reuerſus
ad ſuum vomitũ: &, Sus lota, ad vo-
lutabrum luti.

CAPVT III.

A HAnc ecce vobis chariſſimi
ſecundam ſcribo epiſtolã,
in quibus veſtram excito
in cõmonitione, ſyncerã
mentem: vt memores ſitis verborũ
quæ prædicta ſunt à ſanctis prophe-
tis, & præcepti noſtri, qui ſumus apo-
ſtoli domini & ſaluatoris: hoc primũ
ſcientes, quòd venient in nouiſſimis 1.Tim.4.a
diebus illuſores iuxta proprias con- 2.Tim.3.a
cupiſcentias ambulantes, dicẽtes, Vbi Iudę.1.f
B eſt promiſſio aut aduentus eius? ex Eze. .12.f
quo enim patres dormierunt, omnia
ſic perſeuerant ab initio creaturæ. La
tet enim eos hoc volentes, quòd cœ-
li erant prius, & terra, de aqua & per
aquã conſiſtentes dei verbo: per quæ
ille qui tunc erat mundus aqua inun

datus periјt. Cœli autē qui nunc ſunt, & terra eodem verbo repoſiti ſunt, igni reſeruati in diem iudicij & perditionis impiorū hominum. Vnum vero hoc non lateat vos chariſſimi, ꝙ vnus dies apud dominum ſicut mille anni: & mille anni, ſicut dies vnus. Non tardat dominus qui promiſit, ſi C cut quidam tarditatem exiſtimāt: ſed patiēter agit erga nos, nolēs aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti.

1.theſ.5.a Apoc.3.a &.16.c Adueniet autem dies domini vt fur in nocte: in quo cœli, magno impetu tranſibunt, elementa vero calore ſoluentur. terra autem & quæ in ipſa ſunt opera, exurentur. Cum igitur hæc omnia diſſoluenda ſint, quales oportet vos eſſe in ſanctis conuerſationibus & pietatibus, expectantes & properantes in aduentum diei domini, per quem cœli ardentes ſoluentur, & elementa ignis ardore liqueſcent?

Apo.21.a Eſa.65.c &.66.g Nouos vero cœlos & nouam terram iuxta promiſſum ipſius expectamus, in quib⁹ iuſtitia habitat. Pro D

ꝑter quod chariſſimi, hæc expectan-
tes, ſatagite, immaculati & irreprehẽ
ſibiles ei inueniri in pace. & domini
noſtri longanimitatem, ſalutem arbi- Rom. 2. a
tramini, ſicut & chariſſimus frater no
ſter Paulus ſecundum datam ſibi ſa-
pientiã ſcripſit vobis: ſicut & in om-
nibus epiſtolis, loquens in eis de his.
in quibus ſunt quædam difficilia in-
tellectu, quæ indocti & inſtabiles de-
torquent, ſicut & cæteras ſcripturas,
ad ſuam ipſorum perditionem. Vos
igitur fratres, præſcientes cauete, ne
nefariorum errore abducti excidatis
à propria firmitate: creſcite vero in
gratia & in cognitione domini noſtri
& ſaluatoris IESV CHRISTI.
Ipſi gloria & nunc & in diem æter-
nitatis. AMEN.

cum eo, & in tenebris ambulamus:
mentimur & veritatem nõ facimus.
Si autem in luce ambulamus, ſicut &
ipſe eſt in luce. ſocietatẽ habemus ad-
inuicẽ & ſanguis IESV CHRISTI
filĳ eius emundat nos ab omni pecca Hebr.9.d
D to. Si dixerimus ꝙ peccatũ non habe- 1.Pet.1.d
mus: ipſi nos ſeducimus, & veritas Apoc.1.b
in nobis non eſt. Si cõfiteamur pecca 3.Reg.8.c
ta noſtra: fidelis eſt & iuſtus, vt remit 2.Pa.6.g
tat nobis peccata noſtra, & emundet ꝓue.20.b
nos ab omni iniquitate. Si dixerimus Eccés.7.c
ꝙ nõ peccauimus, mendacẽ facimus
eum, & verbũ eius non eſt in nobis.

CAPVT II.

A FIlioli mei, hęc ſcribo vobis,
vt non peccetis. Sed & ſi qs
peccauerit, aduocatũ habe-
mus apud patrem IESVM
CHRISTVM iuſtũ & ipſe eſt pro-
pitiatio pro peccatis noſtris: non pro
nobis autem tantũ, ſed etiam pro to-
tius mũdi. Et in hoc ſcimus quòd co-
gnouimus eum, ſi mandata eius ob-
ſeruamus. Qui dicit ſe noſſe deum, &

mandata eius non cuſtodit: mendax
eſt, & in eo veritas nõ eſt. Qui autem
ſeruat verbum eius: vere in hoc cha-
ritas dei perfecta eſt. in hoc ſcimus ꝙ
in ipſo ſumus. Qui dicit ſe in ipſo ma
nere: debet ſicut ille ambulauit, & ip-
ſe ambulare. Chariſſimi, non manda-
tum nouum ſcribo vobis, ſed manda
tum vetus quod habuiſtis ab initio.
Mandatum vetus eſt verbũ quod au
diſtis ab initio. Iterum mandatũ no- B
Ioan. 13. d & 15. b uum ſcribo vobis: quod verum eſt
in ipſo, idem verum eſt, & in vobis:
quia tenebræ tranſeunt, & verum
Ioan. 12. b lumen iam lucet. Qui dicit ſe in luce
eſſe, & fratrem ſuum odit: in tenebris
eſt vſq; adhuc. Qui diligit fratrẽ ſuũ,
in lumine manet, & ſcandalum in eo
Infra. 3. c non eſt. Qui autem odit fratrẽ ſuum:
in tenebris eſt, & in tenebris ambu-
lat, & neſcit quò eat, quia tenebrę ob-
cęcauerunt oculos eius. Scribo vobis C
filioli quòd remittuntur vobis pecca
ta propter nomen eius. Scribo vobis
patres quoniam cognouiſtis eum qui

ab initio eſt. Scribo vobis adoleſcen-
tes quoniam vidiſtis malignũ. Scribo
vobis infantes quoniam cognouiſtis
patrem. Scripſi vobis patres quoniã
cognouiſtis eum qui eſt ab initio. Scri
bo vobis iuuenes quoniã fortes eſtis,
& verbum dei manet in vobis, & vi-
C ciſtis malignum. Nolite diligere mũ-
dum, neq; ea quæ in mundo ſunt. Si
quis diligit mũdum: non eſt charitas
D patris in eo. quoniam omne quod eſt
in mũdo, videlicet cõcupiſcentia car-
nis, & cõcupiſcentia oculorum, & ſu-
perbia vitæ: non eſt ex patre, ſed ex
mundo eſt. Et mundus tranſit, & cõ-
cupiſcentia eius. Qui autem facit vo-
luntatem dei, manet in æternum. Fi-
lioli, nouiſſima hora eſt. & ſicut audi-
ſtis ꝙ antichriſtus venit: & nunc anti
chriſti multi facti ſunt: vnde ſcimus
ꝙ nouiſſima hora eſt. Ex nobis pro-
dierunt: ſed non erãt ex nobis. nam ſi
fuiſſent ex nobis: permanſiſſent vtiq;
nobiſcum. ſed vt manifeſti ſint quòd
nõ ſunt omnes ex nobis. Sed vos vn

ctionē habetis à ſancto, & noſtis om-
nia. Non ſcripſi vobis quaſi ignoran-
tibus veritatem, ſed quaſi ſcientibus
eam: & quòd omne mēdacium ex ve
ritate nō eſt. Quis eſt mendax, niſi is
qui negat quòd IESVS eſt CHRI-
STVS? Hic eſt antichriſtus, qui negat
patrem & filium. Omnis qui negat fi- D
lium: nec patrem habet. Vos quod au
diſtis ab initio, in vobis permaneat,
quia ſi in vobis permanſerit quod au
diſtis ab initio: & vos in filio & patre
manebitis. Et hęc eſt repromiſſio qua
ipſe pollicitus eſt nobis, vitam æter-
nam. Hæc ſcripſi vobis de his qui ſe-
ducunt vos. Et vnctio quā accępiſtis
ab eo, manet in vobis. Et non neceſſe
habetis vt aliquis doceat vos: ſed ſi-
cut vnctio ipſa docet vos de omnibꝰ,
& verum eſt, & non eſt mendaciū. Et
ſicut docuit vos, manete in ea. Et nūc
filioli manete in eo: vt cum apparue-
rit, habeamus fiduciam, & non cōfun
damur ab eo in aduentu eius. Si ſcitis
ꝙ iuſtus eſt: ſcitote ꝙ & omnis qui fa

cit iuſtitiam, ex ipſo natus eſt.

CAPVT III.

A Videte qualem charitatē dedit nobis pater, vt filij dei nominemur. Propter hoc, mūdus nō nouit vos: quia non nouit eum. Chariſſimi, nunc filij dei ſumus: & nōdum apparuit quid erimus. Scimus autem quòd cum apparuerit, ſimiles ei erimus. quoniam videbimus eū ſicuti eſt. Et omnis qui habet hanc ſpem in eo: ſanctificat ſe, ſicut & ille ſanctus eſt. Omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit: & peccatum eſt iniquitas. Et ſcitis quòd ille apparuit vt peccata tolleret: & pec- Eſa.53.c

B catum in eo non eſt. Omnis qui in eo 1.Pet.2.d

manet, non peccat. & omnis qui peccat, nō vidit eum, nec cognouit eum. Filioli, nemo vos ſeducat. Qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt, ſicut & ille iuſtus eſt. Qui facit peccatū, ex diabolo eſt: Ioan.8.f

quoniā ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit filius dei, vt diſſoluat opera diaboli. Omnis qui natus eſt ex

deo, peccatum non facit: quoniam ſe-
men ipſius in eo manet. & nõ poteſt
peccare, quoniã ex deo natus eſt. In A
hoc manifeſti ſunt filij dei, & filij dia-
boli. Omnis qui non eſt iuſtus, nõ eſt
ex deo, & qui nõ diligit fratrem ſuũ.
Ioan.13.d &.15.b quoniam hæc eſt annuntiatio, quã au-
diſtis ab initio, Vt diligatis inuicem.
Gen.4.b Non ſicut Cain qui ex maligno erat:
& occidit fratrem ſuum. Et propter C
quid occidit eũ? Quoniã opera eius
mala erant: fratris autem eius, iuſta.
Nolite mirari fratres, ſi odit vos mũ-
dus. Nos ſcimus quòd tráſlati ſumus
Supra.2.b de morte ad vitam; quoniam diligi-
Leui.19.d mus fratres. Qui nõ diligit: manet in
morte. omnis qui odit fratrem ſuum:
homicida eſt. Et ſcitis quòd omnis ho-
micida non habet vitam æternam in
ſe manentẽ. In hoc cognouimus cha-
Ioan.15.b ritatem dei: quòd ille animam ſuam
pro nobis poſuit: & nos debem⁹ pro
Iacob.2.c fratribus animas ponere. Qui habue-
rit ſubſtantiam huius mundi, & vide-
rit fratrem ſuum neceſſitatem habe-

re,& clauſerit viſcera ſua ab eo: quomodo charitas dei manet in eo? Filioli mei, non diligamus verbo, neque
D lingua, ſed opere & veritate. in hoc cognoſcimus quòd ex veritate ſumus: & in conſpectu eius ſuadebimus cordibus noſtris. Quoniam ſi reprehenderit nos cor noſtrum: maior eſt deus corde noſtro, & nouit omnia. Chariſſimi, ſi cor noſtrum non reprehenderit nos: fiduciam habemus ad deum: & quicquid petierimus, accipiemus ab eo: quoniam mandata eius cuſtodimus, & ea quæ ſunt placita coram eo, facimus. Et hoc eſt mandatũ eius, Vt credamus in nomine filij eius IESV CHRISTI: & diligamus inuicem, ſicut dedit mãdatum. Et qui ſeruat mãdata eius: in illo manet, & ipſe in eo. & in hoc ſcimus quod manet in nobis ex ſpiritu quem dedit nobis.

Ioan. 15. a

Ioan. 5. d & 17. a

Ioan. 13. d & 15. b

CAPVT IIII.

A Chariſſimi, nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus ſi ex deo ſint: quoniã

multi pſeudopropheteę exierũt in mũ
dum. In hoc cognoſcitur ſpiritus dei.
omnis ſpiritus qui confitetᷣ IESVM
CHRISTVM in carne veniſſe, ex
deo eſt: & omnis ſpiritus qui non cõ
fitetur IESVM CHRISTVM in
carne veniſſe, ex deo non eſt, & hic eſt
ille antichriſti, de quo audiſtis ꝙ ve/
nit, & nunc iam in mundo eſt. Vos ex
deo eſtis filioli, & viciſtis eos: quoniá
maior eſt qui in vobis eſt, q̃; qui in
Ioan.8.f mũdo. Ipſi è mundo ſunt: ideo è mũ
do loquuntur, & mundus eos audit.
Nos ex deo ſumus. Qui nouit deum: B
audit nos. qui non eſt ex deo: non au
dit nos. Ex hoc cognoſcimꝰ ſpiritum
veritatis & ſpiritum erroris. Chariſſi
mi, diligamus nos inuicem: quia cha/
ritas ex deo eſt. Et omnis qui diligit,
ex deo natus eſt, & cognoſcit deum.
Qui non diligit, non nouit deũ: quo/
Ioan.3.b niam deus charitas eſt. In hoc appa/
ruit charitas dei in nobis, quòd filiũ
ſuum vnigenitum miſit deus in mũ/
dum, vt viuamus per eum. In hoc eſt C

charitas: non quaſi nos dilexerimus
deum, ſed ꝙ ipſe dilexit nos, & miſit
filium ſuum propitiationem pro pec
catis noſtris. Chariſſimi, ſi ſic deus di
lexit nos: & nos debemus inuicẽ dili
gere. Deum nemo vidit vnquã. Si di- Ioan.1.b
ligamus inuicem: deus in nobis ma- 1.Tim.6.c
net, & charitas eius in nobis perfecta
eſt. Ex hoc cognoſcimus ꝙ in eo ma-
nemus, & ipſe in nobis: quoniam de
ſpiritu ſuo dedit nobis. Et nos vidim⁹
& teſtificamur quòd pater miſit filiũ
ſuum ſaluatorẽ mundi. Quiſquis con
feſſus fuerit ꝙ IESVS eſt filius dei:
deus in eo manet, & ipſe in deo. Et
nos cognouimus, & credidimus cha-
ritatem, quam habet deus in nobis.
Deus charitas eſt: & qui manet in cha
D ritate: in deo manet, & deus in eo. In
hoc perfecta eſt charitas dei nobiſcũ,
vt fiduciam habeamus in die iudicij:
quòd ſicut ille eſt, & nos ſum⁹ in hoc
mundo. Timor non eſt in charitate:
ſed perfecta charitas, foras mittit ti-
morem, quoniam timor pœnam ha-

bet.qui autem timet:nõ eſt perfectus
in charitate. Nos diligimus deũ:quo-
niam ipſe prior dilexit nos. Si quis di
xerit, diligo deum: & fratrem ſuum
oderit, mendax eſt. Qui enim non di
ligit fratrem ſuum quem vidit: deum
quem non vidit, quomodo poteſt di
oan.1 3.d ligere? Et hoc mãdatum habemus ab
.15.b eo: vt qui diligit deum, diligat & fra-
phe.5.a trem ſuum.

CAPVT V.

OMnis qui credit quòd IESVS eſt CHRISTVS, A
ex deo natus eſt. Et omnis
qui diligit eũ qui genuit:
diligit & eum qui natus eſt ex eo. In
hoc cognoſcimus ꝙ diligimus natos
dei: cum deum diligimus & manda-
ta eius facimus. Hęc eſt enim charitas
dei: vt mandata eius cuſtodiamus, &
Mat.11.d mandata eius grauia non ſunt. Quo-
niam omne quod natum eſt ex deo: C
vincit mundũ. & hæc eſt victoria quę
vincit mũdum: fides noſtra. Quis eſt
.co.15.g qui vincit mundum, niſi qui credit ꝙ B

IESVS eſt filius dei: hic eſt qui ve-
nit per aquã & ſanguinem IESVS
CHRISTVS, non in aqua ſolũ: ſed
in aqua & ſanguine. Et ſpiritus eſt qui
teſtificatur quoniam ſpiritus eſt veri-
tas. Quoniam tres ſunt qui teſtimo-
nium dant in cœlo: pater, verbum, &
ſpiritus ſanctus. & hi tres, vnum ſunt.
Et tres ſunt qui teſtimonium dant in
B terra: ſpiritus, aqua, & ſanguis. Et hi
tres, vnum ſunt. Si teſtimonium ho-
minum accipimus: teſtimonium dei
maius eſt: quoniam hoc eſt teſtimo-
nium dei: quo teſtificatus eſt de filio
ſuo: Qui credit in filium dei: habet te- Ioan.3.d
ſtimonium in ſe. Qui non credit deo:
mendacem facit eum. quia nõ credit
in teſtimonium, quod teſtificatus eſt
deus de filio ſuo. Et hoc eſt teſtimo-
nium, Quod vitam æternã dedit no-
bis deus. & hæc vita, in filio eius eſt.
C Qui habet filium dei: habet vitã. qui
non habet filium dei: vitam non ha-
bet. Hæc ſcripſi vobis: vt ſciatis ꝙ vi-
tam habetis æternã qui creditis in no

mine filij dei. Et hæc eſt fiducia quam
habemus ad eum, Quòd quicquid pe
tierimus ſecũdum voluntatem eius,
audit nos. Et ſi ſcim⁹ quòd audit nos
quicquid petierimus, ſcimus ꝙ habe-
mus petitiones quas poſtulauim⁹ ab A
eo. Si quis ſcit fratrem ſuum peccare
peccatum non ad mortẽ, petet: & da-
bit ei vitam, peccantibus non ad mor
tem. Eſt peccatũ ad mortem: non pro D
illo dico vt roges. Omnis iniquitas,
peccatum eſt, & eſt peccatum non ad
mortem. Scimus ꝙ omnis qui natus
eſt ex deo nõ peccat: ſed generatio dei
conſeruat eum, & malignus non tan-
git eum. Scimus ꝙ ex deo ſumus: &
mũdus totus in maligno poſitus eſt.
Et ſcimus ꝙ filius dei venit: & dedit
nobis ſenſum vt cognoſcamus verũ B
deum & ſimus in vero filio eius. Hic
eſt verus deus: & vita æterna. Filioli,
cuſtodite vos à ſimulacris. AMEN.

EPISTOLA BEATI IOANNIS APOSTOLI SECVNDA.

A SEnior, electæ dominę & natis eiꝰ, quos ego diligo in veritate, & nō ego ſolus, ſed & omnes qui cognouerūt veritatem, propter veritatē quæ permanet in vobis, & vobiſcum erit in æternum. Sit vobiſcum gratia, miſericordia, pax à deo patre, & à CHRISTO IESV filio patris in veritate, & charitate.

B Gauiſus ſum valde quòd inueni de filijs tuis ambulātes in veritate, ſicut mādatum accępimus à patre. Et nunc rogo te domina, non tanquā mandatum nouū ſcribens tibi, ſed quod habuimus ab initio: vt diligamus inuicem. Et hæc eſt charitas, vt ambule-

mus ſecũdum mandata eius. Hoc eſt
enim mãdatum, vt quemadmodum
audiſtis ab initio, in eo ambuletis:
quoniã multi ſeductores introierunt
in mundum, qui non confitentur IE
SVM CHRISTVM veniſſe in car-
nem. hic eſt ſeductor & antichriſtus. C
videte voſmetipſos, ne perdatis quæ
operati eſtis: ſed vt mercedem ple-
nam accipiatis. Omnis qui recedit, &
non permanet in doctrina CHRI-
STI: deum non habet. Qui perma-
net in doctrina: hic, patrem & filium
habet. Si quis venit ad vos, & hãc do-
ctrinam non affert: nolite recipere eũ
in domũ, nec AVE ei dixeritis. Qui D
enim dicit illi, AVE: cõmunicat ope
ribus eius malignis. Plura habens vo
bis ſcribere: nolui per chartam & atra
mentum. ſpero enim me futurũ apud
vos, & ore ad os loqui: vt gaudium
veſtrum plenũ ſit. Salutant te filij ſo-
roris tuæ electæ. Amen.

EPISTOLA BEATI
IOANNIS APOSTOLI
TERTIA.

A SEnior Caio chariſ
ſimo, quē ego di
ligo in veritate.
Chariſſime de o-
mnibus orationē
facio proſpere te
ingredi & valere,
ſicut proſpere agit anima tua.
Gauiſus ſum valde venientibus fra
tribus, & teſtimonium perhibētibus
veritati tuę:ſicut tu in veritate ambu
B las. Maius his non habeo gaudium,
quàm vt audiam filios meos in veri-
tate ambulare. Chariſſime fideliter fa
cis quicquid operaris in fratres : & in
peregrinos qui teſtimonium reddide
runt charitati tuæ in conſpectu eccle-
ſię: quos, bene facies, deducens digne
deo. Pro nomine enim eius profecti
ſunt , nihil accipientes à gentilibus.

Nos ergo debemus ſuſcipere huiuſ C
modi: vt cooperatores ſimus verita-
ti. Scripſi eccleſię: ſed is qui amat pri-
matum gerere in eis Diotrephes, nō
recipit nos. Propter hoc ſi venero, in-
dicabo eius opera quæ facit: verbis
malignis garriens in nos. & quaſi nō
ei iſta ſufficiant: neqꝫ ipſe ſuſcipit fra-
tres, & eos qui ſuſcipiunt, prohibet,
& de eccleſia eijcit. Chariſſime, noli D
imitari malum, ſed quod bonum eſt.
Qui bene facit, ex deo eſt: qui male fa
cit, non videt deum. Demetrio teſti-
monium redditur ab omnibus, & ab
ipſa veritate. ſed & nos teſtimonium
perhibemus, & noſti ꝙ teſtimonium
noſtrum verum eſt. Multa habui tibi
ſcribere: ſed nolui per atramētum & A
calamum ſcribere tibi. Spero autem
protinus te videre: & ore ad os lo-
quemur. Pax tibi. Salutant te amici.
Saluta tu amicos nominatim.

HIERONYMVS IN CATALOgo ſcriptorum Eccleſiaſticorum.

IVdas frater Iacôbi, paruã quidem quæ de ſeptem catholicis eſt, epiſtolã reliquit. Et quia de libro Enoch, qui apocryphus eſt, in ea aſſumit teſtimonium, à pleriſq; reijcitur: tamen authoritaté vetuſtate iam & vſu meruit, & inter ſanctas ſcripturas computatur.

BEATI IVDÆ APOSTOLI EPISTOLA CATHOLICA.

IVdas IESV CHRI
A STI ſeruus, frater au
tem Iacôbi: his qui
ſunt in deo patre ſan
ctificati, & CHRI
STO IESV conſer
uati, vocatis. Miſericordia vobis, &
pax, & charitas adimpleatur.

Chariſſimi, omnem ſolicitudinem faciens ſcribendi vobis de cõmuni ve ſtra ſalute, neceſſe habui ſcribere vo/ bis: deprecans ſupercertare ſemel tra ditæ ſanctis fidei. Subintroierũt enim B quidam homines (qui olim præſcri/ pti ſunt in hoc iudicium) impij domi ni noſtri gratiam transferentes in lu/ xuriam, & ſolũ dominatorẽ deum & dominũ noſtrum IESVM CHRI/ STVM negantes. Cõmonere autem vos volo, ſcientes ſemel hoc ꝙ domi nus populũ de terra Ægypti ſaluans,
Nũe.14.f ſecundo eos qui non crediderũt, per/ didit: angelos vero qui non ſeruaue/ runt ſuum principatũ, ſed dereliquẽ/ runt ſuam originem, in iudicium ma gni diei, vinculis æternis ſub caligine
Geñ.19.c reſeruauit. Sicut Sodoma & Gomor/ C rha, & finitimę ciuitates ſimili modo exfornicatę, & abeuntes poſt carnem alteram, factæ ſunt exemplum, ignis æterni pœnam ſuſtinentes. ſimiliter & hi ſomniantes carnem quidem ma culant, dominationem autem ſper/

nunt, maieſtatem autem blaſphemãt.
Cum autem Michael archangelus, cũ Zach.3.e
diabolo diſputans altercaret de Moy Eccli.21.d
ſi corpore: nõ eſt auſus iudicium in-
D ferre blaſphemiæ, ſed dixit, Increpet
te dominus. hi autem quæcunq; qui-
dem ignorant, blaſphemant. quęcũq;
autem naturaliter tanquam muta ani
malia norunt, in his corrumpuntur.
Væ illis, quia in viam Cain abierunt: Geñ.4.b
& errore Balaã, mercede effuſi ſunt; Nũe.22.d
& in contradictione Core perierunt. Nũe.16.a
Hi ſunt in dilectionibus veſtris; macu
læ conuiuantes; ſine timore, ſemetip-
ſos paſcentes, nubes ſine aqua quæ à 2.Pet.2.d
ventis circũferuntur, arbores autũna-
les, infructuoſæ, bis mortuæ, eradi-
catæ, fluctus feri maris, deſpumantes
ſuas confuſiones, ſidera errantia. qui-
bus caligo tenebrarum ſeruata eſt in
E æternum. Prophetauit autẽ & de his
ſeptimus ab Adã, Enoch, dicens, Ecce Apoc.1.b
venit dominus in ſanctis millibus ſu
is; facere iudicium contra omnes, &
arguere omnes impios de omnibus

operibus impietatis eorū quibus im/
pie egerunt,& de omnibus duris quę
locuti ſunt cōtra eum peccatores im/
pij. Hi ſunt murmuratores,querulo/
ſi, ſecundum deſideria ſua ambulan/
tes,& os eorum loquitur ſuperba,mi
rantes perſonas quæſtus cauſa. Vos F
autē chariſſimi, memores eſtote ver/
borū quæ prædicta ſunt ab apoſtolis
domini noſtri IESV CHRISTI,
qui dicebant vobis, Quòd in nouiſſi/
1.Tim.4.a mis temporibus venient illuſores,ſe
2.Tim.3.a cundum deſideria ſua ambulantes in
2.Pet.3.a impietatibus. Hi ſunt qui ſegregant, A
animales, ſpiritum non habētes. Vos
autē chariſſimi,ſuperędificantes voſ/
metipſos ſanctiſſimæ veſtræ fidei, in
ſpiritu ſancto orantes, voſmetipſos
in dilectione dei ſeruate, expectantes
miſericordiam domini noſtri IESV
CHRISTI in vitam ęternam.Et ho
rum quidem miſeremini dum iudica
mini:illos vero ſaluate,de igne rapiē
tes:odientes & eam quæ ex carne eſt
maculatam tunicam. Ei autē qui po/

tens eſt illos conſeruare ſine pecca-
to,& conſtituere ante cõſpectum glo
riæ ſuæ immaculatos in exultatione
ſoli ſapienti deo ſaluatori noſtro glo
ria & magnificẽtia, & imperiũ,& po
teſtas nunc,& in omnia ſecula. Amẽ.

APOCALYPSIS
BEATI IOANNIS APOSTOLI.

A APocalypſis IESV
CHRISTI, quam
dedit illi deus palam
facere ſeruis ſuis quę
oportet fieri cito: &
ſignificauit mittens
per angelum ſuũ ſeruo ſuo Ioãni,qui
teſtimoniũ perhibuit verbo dei, & te
ſtimoniũ IESV CHRISTO quæ-
cunq; vidit. Beatus qui legit & audit
verba prophetiæ: & ſeruat ea quæ in
ea ſcripta ſunt. tẽpus enim prope eſt.

Ioannes ſeptem eccleſijs quæ ſunt B
in Aſia, gratia vobis & pax ab eo qui
eſt,& qui erat, & qui venturus eſt,&
à ſeptem ſpiritibus qui in conſpectû
throni eius ſunt,& à IESV CHRI-
Coloſſ.1.c STO qui eſt teſtis fidelis, primogeni
1.cor.15.c tus mortuorum, & princeps regum
terræ: qui dilexit nos & lauit nos à
Hebr.9.d peccatis noſtris in ſanguine ſuo, & fe
1.Pet.1.d cit nos reges & ſacerdotes deo & pa-
1.Ioã.1.d tri ſuo, ipſi gloria & imperium in ſe-
cula ſeculorum. Amen. D

Eſa.3.c Ecce venit cum nubibus, & vide-
Mat.24.c bit eum omnis oculus, & qui eũ pu-
Iudæ.1.e pugerunt. Et plangent ſe ſuper eũ om
nes tribus terræ. etiã, Amen. Ego ſum
α & ω, principium & finis, dicit domi
nus deus qui eſt,& qui erat, & qui vẽ
turus eſt omnipotens. Ego Ioãnes fra C
ter veſter & particeps in tribulatio-
ne, & regno, & patientia in CHRI-
STO IESV, fui in inſula, quæ appel
latur Patmos, propter verbum dei &
teſtimonium IESV. Fui in ſpiritu in
dominica die: & audiui poſt me vocẽ

magnam tanq̃; tubæ dicentis: Quod
vides, ſcribe in libro: & mitte ſeptem
eccleſijs, quæ ſunt in Aſia, Epheſo, &
Smyrnæ, & Pergamo, & Thyatirę, &
Sardis, & Philadelphiæ, & Laodiciæ.
Et cōuerſus ſum, vt viderem vocem
quę loquebatur mecum. Et cōuerſus,
vidi ſeptē candelabra aurea: & in me-
dio ſeptem candelabrorū aureorum
ſimilem filio hominis, veſtitum po-
D dêre, & præcinctū ad mamillas zona
aurea. caput autem eius & capilli erāt
candidi tanq̃; lana alba, & tanq̃; nix,
& oculi eius tanq̃; flāma ignis: & pe-
des eius ſimiles aurichalco, velut in
camino ardentes. & vox illius tanq̃;
vox aquarum multarum: & habebat
in dextera ſua ſtellas ſeptē. & de ore
eius gladius vtraq; parte acutus exi-
bat, & facies eius ſicut ſol lucet in vir
tute ſua. Et cum vidiſſem eum, cecidi
ad pedes eius tanquā mortuus. Et po
ſuit dexteram ſuam ſuper me, dicens,
Noli timere: ego ſum primus & no- Eſa.41.b
uiſſimus, & viuus: & fui mortuus. & &.44.a

ecce ſum viuens in ſecula ſeculorũ, & habeo claues mortis & inferni. Scribe ergo quę vidiſti, & quę ſunt, & quę oportet fieri poſt hæc. Sacramentum ſeptem ſtellarum, quas vidiſti in dextera mea, & ſeptẽ candelabra aurea. ſeptem ſtellæ: angeli ſunt, ſeptem eccleſiarũ. & candelabra ſeptem: ſeptem eccleſiæ ſunt.

CAPVT II.

A
Angelo Epheſi eccleſiæ ſcribe, Hæc dicit qui tenet ſeptem ſtellas in dextera ſua, qui ambulat in medio ſeptem candelabrorũ aureorum. Scio opera tua, & laborem, & patientiam tuam: & ꝙ nõ potes ſuſtinere malos, & tentaſti eos qui ſe dicunt apoſtolos eſſe, & non ſunt, & inueniſti eos mendaces: & patientiã habes, & ſuſtinuiſti propter nomen meum, & nõ defeciſti. Sed habeo aduerſum te pauca, ꝙ
D
charitatem tuam primam reliquiſti. Memor eſto itaq; vnde excideris: & age pœnitentiam, & prima opera fac.

ſinautem,veniam tibi cito, & moue-
bo candelabrũ tuum de loco ſuo,niſi
pœnitẽtiam egeris. Sed hoc habes,ꝙ
odiſti facta Nicolaitarum,quæ & ego
odi. Qui habet aurẽ,audiat quid ſpi-
ritus dicat eccleſijs, Vincẽti dabo ede
re de ligno vitæ,quod eſt in paradiſo
dei mei. Et angelo Smyrnæ eccleſiæ
ſcribe. Hæc dicit primus & nouiſſi-
C mus, qui fuit mortuus & viuit. Scio
tribulationem tuam & paupertatem
tuã, ſed diues es:& blaſphemaris ab
his qui ſe dicunt Iudæos eſſe, & non
ſunt,ſed ſunt ſynagoga ſatanæ. Nihil
horum timeas quæ paſſurus es. Ecce
miſſurus eſt diabolus aliquos ex vo-
bis in carcerẽ vt tentemini:& habebi-
tis tribulationem diebus decem. Eſto
fidelis vſq; ad mortẽ:& dabo tibi co-
ronam vitę. Qui habet aurem,audiat
quid ſpiritus dicat eccleſijs. Qui vice-
D rit non lędetur à morte ſecũda. Et an-
gelo Pergami eccleſiæ ſcribe. Hęc di-
cit qui habet rhomphæã vtraq; parte
acutam. Scio vbi habitas,vbi ſedes eſt

ſatanæ: & tenes nomen meum, & nõ
negaſti fidem meam. Et in diebus il-
lis Antipas teſtis meus fidelis, qui oc
ciſus eſt apud vos, vbi ſatanas habi-
tat. Sed habeo aduerſus te pauca: qa
Nũe. 24. c habes illic tenẽtes doctrinam Balaã.
qui docebat Balac mittere ſcãdalum
coram filijs Iſrael, edere & fornicari:
ita habes & tu tenentes doctrinã Ni-
colaitarũ. Similiter pœnitẽtiam age. D
ſi quominus: veniam tibi cito & pu-
gnabo cũ illis in gladio oris mei. Qui E
habet aurem, audiat quid ſpiritus di-
cat eccleſijs. vincenti dabo mãna ab-
ſconditum. & dabo illi calculum can
didum: & in calculo nomen nouum
ſcriptũ, quod nemo ſcit, niſi qui acci-
pit. Et angelo Thyatiræ eccleſiæ ſcri-
be, Hęc dicit filius dei, qui habet ocu-
los tanquam flammam ignis, & pe-
des eius ſimiles aurichalco. Noui ope
ra tua, & fidem, & charitatem tuam,
& miniſterium, & patientiam tuam,
& opera tua nouiſſima plura priori-
bus. Sed habeo aduerſus te pauca: qa F

permittis mulierem Hiezabel, quę ſe
dicit prophetam, docere, & ſeducere
ſeruos meos, fornicari, & manduca-
re de idolothytis. Et dedi illi tempus
vt pœnitentiã ageret, & non vult pœ
nitere à fornicatione ſua. Ecce ego mit
to eam in lectum, & qui mœchantur
cum ea: in tribulatione maxima erũt,
niſi pœnitentiã ab operibus ſuis ege-
rint: & filios eius interficiam in mor-
te, & ſcient omnes eccleſiæ quòd ego
ſum ſcrutans renes & corda, & dabo Hier. 17. b
vnicuiq; veſtrum ſecundũ opera ſua.
G Vobis autẽ dico & cæteris qui Thya-
tiræ eſtis, Quicunq; non habent do-
ctrinam hanc, & qui non cognouerũt
altitudinem ſatanæ, quemadmodum
dicunt: non mittam ſuper vos aliud
pondus. tamẽ id quod habetis, tene-
te donec veniam. Et qui vicerit & cu-
ſtodierit vſq; in finem opera mea: da-
bo illi poteſtatem ſuper gentes, & re- Pſal. 2. c
get eas in virga ferrea, & tanquã vaſa
fictilia confringentur, ſicut & ego ac-
cępi à patre meo: & dabo illi ſtellam

matutinam. Qui habet aurem, audiat
quid ſpiritus dicat eccleſijs.

CAPVT III.

ET angelo eccleſiæ Sardis, A
ſcribe, hæc dicit qui habet
ſeptem ſpiritus dei, & ſeptẽ
ſtellas. Scio opera tua, quia
nomẽ habes ꝙ viuas & mortuus es.
Eſto vigilans, & confirma cętera quę
moritura erãt. Non enim inueni ope
ra tua plena corã deo meo. In mente
ergo habe, qualiter accęperis & audie
ris: & ſerua, & pœnitentiam age. Si er
ıfra.16.c go nõ vigilaueris: veniam ad te tanq̃
theſ.5.a fur, & neſcies qua hora veniam ad te.
.Pet.3.c Sed habes pauca nomina in Sardis,
qui nõ inquinauerunt veſtimẽta ſua:
& ambulabunt mecũ in albis, quia di
gni ſunt. Qui vicerit, ſic veſtietur ve-
ſtimentis albis, & non delebo nomẽ
eius de libro vitæ, & confitebor no-
men eius coram patre meo, & coram
angelis eius. Qui habet aurem, audiat B
quid ſpiritus dicat eccleſijs. Et angelo
Philadelphiæ eccleſiæ ſcribe. Hęc di-

cit ſanctus & verus, qui habet clauem
Dauid: qui aperit & nemo claudit: Eſa.22.c
claudit & nemo aperit. Scio opa tua. Iob.12.b
Ecce dedi coram te oſtium apertum
quod nemo poteſt claudere, quia mo
dicam habes virtutem, & ſeruaſti ver
bum meum, & non negaſti nomen
meũ. Ecce dabo de ſynagoga ſatanæ,
qui dicunt ſe Iudæos eſſe, & nõ ſunt,
ſed mentiuntur. Ecce faciã illos, vt ve
niant, & adorent ante pedes tuos: &
C ſcient ꝙ ego dilexi te. quoniã ſeruaſti
verbum patientiæ meæ, & ego ſerua-
bo te ab hora tentationis, quæ ventu
ra eſt in orbem vniuerſum tentare ha
bitantes in terra. Ecce venio cito: tene
quod habes, vt nemo accipiat coronã
tuam. Qui vicerit: faciam illum colũ-
nam in templo dei mei, & foras non
egredietur amplius: & ſcribam ſuper
eum nomen dei mei, & nomen ciui-
tatis dei mei nouę Hieruſalé, quę de-
ſcendit de cœlo à deo meo, & nomen
meum nouũ. Qui habet auré, audiat
quid ſpiritus dicat eccleſijs. Et angelo

Laodiciæ eccleſiæ ſcribe. Hæc dicit
Amen teſtis fidelis & verus, qui eſt A
principium creaturæ dei. Scio opera
tua, q̄ neq; frigidus es, neq; calidus.
vtinam frigidus eſſes aut calidus. ſed
quia tepidus es, & nec frigidus nec ca
lidus, incipiã te euomere ex ore meo:
quia dicis, Diues ſum, & locupletat⁹,
& nullius egeo: & neſcis quòd tu es
miſer, & miſerabilis, & pauper, & cę-
cus, & nudus. Suadeo tibi emere à me
aurum ignitum probatũ, vt locuples B
fias: & veſtimentis albis induaris, vt
non appareat confuſio nuditatis tuę,
& collyrio inunge oculos tuos vt vi-
deas. Ego quos amo, arguo & caſtigo.
Prou.3.b Æmulare ergo & pœnitentiam age.
Heb.12.b Ecce ſto ad oſtium & pulſo. ſi quis au
dierit vocé meam, & aperuerit mihi
ianuã: intrabo ad illam, & cœnabo cũ
illo, & ipſe mecũ. Qui vicerit, dabo ei
ſedere mecũ in throno meo: ſicut &
ego vici, & conſedi cum patre meo in
throno eius. Qui habet aurem, audiat C
quid ſpiritus dicat eccleſijs.

CAPVT IIII.

A Oſt hęc vidi: & ecce oſtium
apertū in cœlo, & vox pri-
ma quā audiui tanq̄; tubæ
loquentis mecum, dicens,
Aſcende huc, & oſtendā tibi quę opor
tet fieri cito. Poſt hæc, ſtatim fui in ſpi
ritu. Et ecce ſedes poſita erat in cœlo,
& ſupra ſedem ſedens. Et qui ſedebat:
ſimilis erat aſpectu lapidi iaſpidi, &
ſardinis, & iris erat in circuitu ſedis,
B ſimilis viſioni ſmaragdinæ. Et in cir-
cuitu ſedis ſedilia vigintiquatuor, &
ſupra thronos vigintiquatuor ſenio-
res ſedentes, circūamicti veſtimentis
albis, & in capitibus ſuis coronæ au-
reæ. Et de throno procedebant fulgu
ra, & voces, & tonitrua. & ſeptē lam-
pades ardentes ante thronū quæ ſunt
ſeptem ſpiritus dei. Et in cōſpectu ſe-
dis, tanquā mare vitreum ſimile cry-
ſtallo: & in medio ſedis & in circuitu
ſedis, quatuor animalia plena oculis
C ante & retro. Et animal primum, ſi-
mile leoni: & ſecundum animal, ſimi

le vitulo: & tertium animal, habens
faciem velut hominis: & quartũ ani-
mal, ſimile aquilæ volãti. Et quatuor
animalia ſingula eorum habebãt alas
ſenas in circuitu: & intus plena ſunt
oculis. & requiem non habent die ac
Eſa.6.a nocte, dicentia, Sanctus, ſanctus, ſan-
ctus dominus deus omnipotens, qui
erat, & qui eſt, & qui venturus eſt. Et D
cum darent illa animalia gloriã & ho B
norem & benedictionẽ ſedenti ſuper
thronum, viuenti in ſecula ſeculorũ:
procidebant vigintiquatuor ſeniores
ante ſedentem in throno, & adorabãt
viuentem in ſecula ſeculorum, & mit
tebant coronas ſuas ante thronum, di
centes, Dignus es domine deus noſter
accipere gloriam & honorẽ & virtu-
tem: quia tu creaſti omnia, & propter C
volũtatem tuam erant & creata ſunt.

CAPVT V.

ET vidi in dextera ſedẽtis ſu- A
pra thronũ, librum ſcriptũ
intus & foris, ſignatum ſigil
lis ſeptem. Et vidi angelum
fortem,

fortem, & prędicantem voce magna,
Quis eſt dignus aperire librum, & ſol
uere ſignacula eius? Et nemo poterat
neq; in cœlo, neq; in terra, neq; ſubtꝰ
terrā aperire librū, neq; reſpicere illū.
Et ego flebā multum, quoniā nemo di
gnus inuẽtus eſt aperire librū, nec vi-
dere eum. Et vnus de ſenioribus dicit
B mihi. Ne fleueris: Ecce vicit leo de tri
bu Iuda, radix Dauid, aperire librū &
ſoluere ſeptē ſignacula eius. Et vidi,
& ecce ī medio throni & quatuor ani
malium, & in medio ſeniorū agnum
ſtantē tanq̄; occiſum, habentem cor-
nua ſeptē & oculos ſeptē: qui ſunt ſe-
ptē ſpiritus dei, miſſi in omnē terrā.
Et venit, & accępit dę dextera ſedētis
C in throno, librū. Et cum aperuiſſet li-
brū, quatuor animalia & vigintiqua-
tuor ſeniores ceciderūt coram agno,
habētes ſinguli citharas, & phialas au
reas plenas odoramentorū, quæ ſunt
orationes ſanctorū. & cantabant can-
ticum nouū, dicentes, Dignus es do-
mine accipere librū & aperire ſignacu

la eius, quoniá occiſus es, & redemi-
ſti nos deo in ſanguine tuo, ex omni
tribu & lingua & populo, & natione:
& feciſti nos deo noſtro reges & ſacer
dotes, & regnabimus ſuper terrá. Et
vidi, & audiui vocem angelorũ mul-
torum in circuitu throni & animaliũ
Dani.7.c & ſeniorũ: & erat numerus eorũ mil
lia millium dicentiũ voce magna, Di D
gnus eſt agnus, qui occiſus eſt, accipe-
re virtutem, & diuinitatem, & ſapien
tiam, & fortitudiné, & honorem, &
gloriam, & benedictionem. Et omné
creaturá quæ in cœlo eſt, & ſuper ter-
ram, & ſub terra, & quæ ſunt in mari,
& quæ in eo: omnes audiui dicentes,
Sedéti in throno, & agno, benedictio
& honor & gloria & poteſtas í ſecula
ſeculoꝝ. Et quatuor animalia dicebãt.
Amen. Et viginti quatuor ſeniores ce
ciderũt in facies ſuas: & adorauerunt
virtuté in ſecula ſeculorũ.

CAPVT VI.

ET vidi ꝙ aperuiſſet agnus A
vnũ de ſepté ſigillis, & au-

diui vnũ de quatuor animalib⁹, dicẽs
tanq̃ vocẽ tonitrui, Veni, & vide. Et
vidi: & ecce equus alb⁹, & qui ſedebat
ſuper illũ habebat arcum, & data eſt ei
corona, & exiuit vincens vt vinceret.
Et cũ aperuiſſet ſigillũ ſecũdũ, audiui
ſecũdum animal, dicẽs, Veni, & vide.
Et exiuit alius equus rufus: & qui ſe-
debat ſuper illũ, datũ eſt ei vt ſumeret
B pacem de terra, & vt inuicẽ ſe interfi-
ciant, & datus eſt ei gladius magnus.
Et cum aperuiſſet ſigillũ tertium, au-
diui tertium animal, dicens, Veni, &
vide. Et ecce equus niger: & qui ſede-
bat ſuper illum, habebat ſtatêram in
manu ſua. Et audiui tanquã vocem in
medio quatuor animalium dicẽtem,
Bilibris tritici denario, & tres bilibres
C hordei denario, & vinum & oleũ ne
læſeris. Et cum aperuiſſet ſigillũ quar
tum, audiui vocẽ quarti animalis di-
centẽ, Veni, & vide. Et ecce equus pal-
lidus: & qui ſedebat ſuper eũ, nomen
illi Mors, & Infernus ſequebatur eũ,
& data eſt illi poteſtas ſuper quatuor

partes terræ, interficere gladio, fame,
& morte, & beſtijs terræ. Et cum ape
ruiſſet ſigillum quintũ: vidi ſubtus al
tare animas interfectorũ propter ver
bum dei, & propter teſtimoniũ quod
habebant, & clamabant voce magna,
dicentes, Vſquequo domine, ſanctus
& verus, non iudicas & non vindicas
ſanguinem noſtrũ de his qui habitant A
in terra? Et datæ ſunt illis ſingulæ ſto
læ albæ: & dictũ eſt illis vt requieſce-
rent adhuc tẽpus modicum donec cõ
pleantur conſerui eorũ, & fratres eo-
rum qui interficiendi ſunt ſicut & illi.
Et vidi, cũ aperuiſſet ſigillum ſextũ:
& ecce terræmot⁹ magnus factus eſt. D
& ſol factus eſt niger tanquã ſaccus ci
licinus: & luna tota facta eſt ſicut ſan
guis: & ſtellę de cœlo ceciderũt ſuper
terrã, ſicut ficus amittit groſſos ſuos
cum à vento magno mouetur, & cœ
lum receſſit ſicut liber inuolutus. &
omnis mons, & inſulæ de locis ſuis
motæ ſunt: & reges terræ, & princi-
pes, & tribuni, & diuites, & fortes, &

omnis ſeruus, & liber abſconderũt ſe
in ſpeluncis & in petris montium. &
dicunt montibus & petris, Cadite ſu- Eſa. 2. d
per nos, & abſcondite nos à facie ſe- Oſee. 10. b
dentis ſuper thronum, & ab ira agni: Luc. 23. d
quoniam vênit dies magnus iræ ip-
ſorum. Et quis poterit ſtare?

CAPVT VII.

A Poſt hęc vidi quatuor angelos ſtantes ſuper quatuor angulos terrę, tenẽtes quatuor ventos terrę ne flarẽt ſuper terram, neq; ſuper mare, neq; in vllam arborẽ. Et vidi alterum angelũ aſcendentem ab ortu ſolis, habentem ſignum dei viui: & clamauit voce magna quatuor angelis, quibus datũ eſt nocere terræ & mari, dicẽs, Nolite nocere terræ & mari, neque arboribus, quoaduſq; ſignem⁹ ſeruos dei noſtri in frõtibus ſuis. Et audiui numerum ſignatorum, centum quadragintaquatuor millia ſignati ex omni tribu filiorum Iſrael. Ex tribu Iuda, duodecim millia ſignati. Ex tribu Rubẽ, duode-

cim millia ſignati. Ex tribu Gad, duo-
decim millia ſignati. Ex tribu Aſer,
duodecim millia ſignati. Ex tribu Ne- B
ptalim, duodecim millia ſignati. Ex
tribu Manaſſe, duodecim millia ſi-
gnati. Ex tribu Symeō, duodecim mil-
lia ſignati. Ex tribu Leui, duodecim
millia ſignati. Ex tribu Iſſachar, duo-
decim millia ſignati. Ex tribu Zabu-
lon, duodecim millia ſignati. Ex tri-
bu Ioſeph, duodecim millia ſignati.
Ex tribu Beniamin, duodecim millia
ſignati. Poſt hæc vidi turbā magnam
quam dinumerare nemo poterat, ex
omnibus gētibus, & tribubus, & po- C
pulis & linguis, ſtantes ante thronū:
& in conſpectu agni, amicti ſtolis al-
bis, & palmæ in manibus eorū, & cla-
mabant voce magna, dicentes, Salus
deo noſtro qui ſedet ſuper thronū, &
agno. Et omnes angeli ſtabant in cir-
cuitu throni & ſeniorum, & quatuor
animalium: & ceciderunt in conſpe-
ctu throni in facies ſuas, & adoraue-
runt deum, dicentes. Amen. Benedi-

ctio, & claritas, & ſapiētia, & gratia/
rum actio, honor & virtus, & forti/
tudo deo noſtro in ſecula ſeculorū,
Amen. Et reſpondit vnus de ſeniori/
D bus: & dixit mihi. Hi qui amicti ſunt
ſtolis albis, qui ſunt & vnde venerūt?
Et dixi illi, Domine mi, tu ſcis. Et di/
xit mihi, Hi ſunt qui venerunt de tri/
bulatione magna, & lauerunt ſtolas
ſuas, & dealbauerunt eas in ſanguine
agni. ideo ſunt ante thronum dei, &
ſeruiunt ei die ac nocte in tēplo eius:
& qui ſedet in throno, habitabit ſuper
illos. nō eſurient neq; ſitiēt amplius, Eſa. 49. c
nec cadet ſuper illos ſol, neque vllus
æſtus: quoniam agnus qui in medio
throni eſt, reget illos, & deducet eos Eſa. 25. c
ad vitæ fontes aquarum, & abſterget
deus omnē lachrymā ab oculis eorū.

CAPVT VIII.

A ET cum aperuiſſet ſigillū ſe/
ptimum, factum eſt ſilentiū
in cœlo, quaſi media hora.
Et vidi ſeptem angelos ſtan
tes in conſpectu dei: & datæ ſunt illis

ſeptẽ tubæ. Et alius angelus vênit,&
ſtetit ante altare, habens thuribulum
aureum:& data ſunt illi incenſa mul
ta, vt daret de orationibus ſanctorũ
omnium ſuper altare aureũ,quod eſt
ante thronũ. Et aſcendit fumus incen
ſorum de orationibus ſanctorum de
manu angeli corã deo.Et accępit an/ B
gelus thuribulũ aureum, & impleuit
illud de igne altaris, & miſit in terrã.
& facta ſunt tonitrua & voces & ful/
gura & terræmotus magnus.Et ſeptẽ
angeli qui habebant ſeptẽ tubas,præ/
parauerunt ſe vt tuba canerent. Et pri
mus angelus tuba cecinit, & facta eſt
grando & ignis,mixta in ſanguine:&
miſſum eſt in terrã, & tertia pars ter/ C
ræ cõbuſta eſt,& tertia pars arborum
concremata eſt, & omne fœnũ viride
cõbuſtũ eſt.Et ſecundus angelus tuba
cecinit: & tanquã mons magnus ignẽ
ardens,miſſus eſt in mare.& facta eſt
tertia pars maris, ſanguis:& mortua
eſt tertia pars creaturæ eorũ quę habe
bant animas in mari,& tertia pars na

uium interijt. Et tertius angelus tuba
cecinit, & cecidit de cœlo ſtella magna
ardēs tanq; facula, & cecidit in tertiā
D partem fluminū, & in fontes aquarū:
& nomē ſtellæ, dicitur Abſynthiū. &
facta eſt tertia pars aquarū in Abſyn-
thium: & multi hominū mortui ſunt
de aquis, qa amaræ factę ſunt. Et quar
tus angelus tuba cecinit: & pcuſſa eſt
tertia pars ſolis, & tertia pars lunæ &
tertia pars ſtellarū, ita vt obſcuraretur
tertia pars eorū, & diei nō luceret pars
tertia, & noctis ſimiliter. Et vidi, & au
diui vocē vnius aquilę volātis per me
diū cœli dicētis voce magna, Vę vę vę
habitātibus in terra: de cęteris vocib⁹
triū angelorū qui erant tuba canituri.

CAPVT IX.

A ET quintus angelus tuba ce
cinit, & vidi ſtellā de cœlo
cecidiſſe in terram, & data
eſt ei clauis putei abyſſi. Et
aperuit puteū abyſſi: & aſcēdit fumus
putei, ſicut fumus fornacis magnę: &
obſcuratus eſt ſol & aer de fumo pu-

tei.Et de fumo putei exierunt locuſtæ
in terrã: & data eſt illis poteſtas, ſicut
habent poteſtates ſcorpiones terrę,&
prçcęptũ eſt illis ne lęderent fœnũ ter
rę,neq; omne viride neq; omnẽ arbo
rem:niſi tantum homines qui non ha
bent ſignũ dei in frõtibus ſuis.& datũ
eſt illis ne occiderent eos:ſed vt cru-
ciarentur mẽſibus quinq;. & cruciat⁹ B
eorũ, vt cruciatus ſcorpij cũ percutit
Eſa.2.d hominẽ. Et in diebus illis quęrent ho
Oſee.10.b mines mortẽ, & non inuenient eam:
Luc.23.d & deſiderabunt mori, & fugiet mors
Sapi.16.b ab eis.Et ſimilitudines locuſtarũ,ſimi
les equis paratis in præliũ:& ſuper ca
pita earũ tanq̃; coronæ,ſimiles auro:
& facies earũ tanq̃; facies hominũ. &
habebãt capillos ſicut capillos mulie
rum:& dentes earũ, ſicut dentes leo-
num erant.& habebãt loricas ſicut lo
ricas ferreas,& vox alarũ earum ſicut
vox curruum equorum multorũ cur
rentium in bellũ.& habebant caudas
ſimiles ſcorpionum:& aculei erant in
caudis earum:& poteſtas earũ nocere

C hominibus menſibus quinq;: & habe
bant ſuper ſe regẽ angelum abyſſi, cui
nomẽ Hebraice Abáddon, Græce autẽ
Apollyon: id eſt Exterminãs. Væ vnũ
abijt, & ecce veniũt adhuc duo væ poſt
hæc. Et ſextus angelus tuba cecinit: &
audiui vocẽ vnam ex quatuor corni-
bus altaris aurei, quod eſt ante ocu-
los dei, dicentẽ ſexto angelo qui habe
bat tubã, Solue quatuor angelos, qui
alligati ſunt í flumine magno Euphrâ
te. Et ſoluti ſunt quatuor angeli, qui
parati erãt in horã & diem & mẽſem
& annũ: vt occiderẽt tertiam partem
hominũ. Et numerus equeſtris exerci
tus, vicies millies dena millia. Et au-
diui numerum eorũ. Et ita vidi equos
in viſione: & qui ſedebant ſuper eos,
habebãt loricas igneas, & hyacinthi-
nas & ſulfureas. & capita equorũ erãt
tanq; capita leonũ: & de ore eorũ pro-
D cedit ignis, & fumus, & ſulfur. Et ab
his tribus plagis occiſa eſt tertia pars
hominũ. de igne & de fumo & ſulfu-
re, quę procedebant ex ore ipſorũ. Po

teſtas enim equorũ in ore eorũ eſt,&
in caudis eorũ.nam caudę eorũ,ſimi-
les ſerpentibus, habentes capita:& in
his nocent. Et cæteri homines qui nõ
ſunt occiſi in his plagis,neq; pœniten
tiam egerũt de operibus manuũ ſua-
rum,vt nõ adorarent dæmonia & ſi-
mulacra aurea & argentea & ærea &
lapidea & lignea,quę neq; videre poſ
ſunt,neq; audire,neque ambulare,&
non egerunt pœnitẽtiam ab homici- C
dijs ſuis, neq; à veneficijs ſuis,neq; à
fornicatione ſua,neq; à furtis ſuis.

CAPVT X.

ET vidi aliũ angelum fortẽ A
deſcendentẽ de cœlo,ami
ctum nube,& iris in capite
eius,& facies eiꝰ erat vt ſol,
& pedes eius tanq̃; columnę ignis,& D
habebat in manu ſua libellũ apertũ:&
poſuit pedẽ ſuum dextrũ ſuper mare,
ſiniſtrum autẽ ſuper terram,& clama
uit voce magna, quẽadmodum cum
leo rugit. Et cũ clamaſſet:locuta ſunt
ſeptẽ tonitrua voces ſuas,Et cũ locu- B

ta fuiſſent ſepté tonitrua voces ſuas,
ego ſcripturus erã: & audiui vocé de
cœlo dicenté mihi, Signa quæ locuta
ſunt ſepté tonitrua: & noli ea ſcribe-
re. Et angelus qué vidi ſtantem ſuper Dan.12.c
mare & ſuper terrã, leuauit manum
ſuam ad cœlũ, & iurauit per viuẽtem
in ſecula ſeculorũ, qui creauit cœlũ &
ea quæ in eo ſunt, & terrã & ea quę in
ea ſunt, & mare & ea quæ in eo ſunt.
C Quòd tépus non erit amplius, ſed in
diebus vocis ſeptimi angeli, cũ cœpe-
rit tuba canere, cõſummabitur myſte
rium dei, ſicut euangelizauit per ſer-
uos ſuos prophetas. Et audiui vocem
de cœlo iterum loquenté mecum, &
dicenté. Vade, & accipe librũ apertum
de manu angeli ſtantis ſuper mare &
D ſuper terrã. Et abij ad angelum, dicés
ei vt daret mihi librũ. Et dixit mihi, Ezech.3.d
Accipe librum & deuora illũ. & faciet
amaricari ventré tuum, ſed in ore tuo
erit dulce tanq̃; mel. Et accępi librum
de manu angeli, & deuoraui illum: &
erat in ore meo tanquã mel, dulce. &

cum deuoraſſem eum, amaricatus eſt venter meus, & dicit mihi, Oportet te iterum prophetare gentibus, & populis, & linguis, & regibus multis.

CAPVT XI.

ET datus eſt mihi calamus A
ſimilis virgę: & dictum eſt mihi, Surge, & metire templū dei, & altare, & adorātes in eo. atrium autem quod eſt intra templum, eijce foras, & ne metiaris illud: quoniā datum eſt gentibus, & ciuitatem ſanctam calcabunt mēſibus quadragintaduobus: & dabo duobus teſtibus meis, & prophetabūt diebus mille ducētis ſexaginta, amicti ſaccis. Hi ſunt duæ oliuæ & duo candelabra in cōſpectu domini terræ ſtantia. Et ſi quis voluerit eis nocere: ignis exibit de ore eorum, & deuorabit inimicos B
eorū. & ſi quis voluerit eos lędere: ſic oportet eū occidi. Hi habent poteſtatem claudendi cœlū, ne pluat diebus prophetiæ ipſorū: & poteſtatē habent ſuper aquas cōuertendi eas in ſangui

nem,& percutere terram omni plaga
quotieſcūq; voluerint. Et cū finierint
teſtimonium ſuū: beſtia quæ aſcendit
de abyſſo, faciet aduerſum eos bellū:
& vincet illos, & occidet eos. Et cor-
pora eorum iacebūt in plateis ciuita-
tis magnæ, quæ vocatur ſpiritualiter
Sodoma, & Ægyptus, vbi & domin⁹
eorū crucifixus eſt. Et videbunt de tri
bubus & populis, & linguis, & gēti-
bus corpora eorum per tres dies & di
midium: & corpora eorū non ſinent
poni in monumentis & inhabitantes
terram gaudebunt ſuper illos, & io-
cundabūtur & munera mittent inui-
cem, quoniā hi duo prophetæ crucia-
uerunt eos qui habitabāt ſuper terrā.
C Et poſt dies tres & dimidium ſpiritus
vitę à deo intrauit in eos. & ſteterunt
ſuper pedes ſuos & timor magnus ce
cidit ſuper eos qui viderūt eos. Et au-
dierunt vocē magnā de cœlo dicentē
eis. Aſcēdite huc. Et aſcēderunt in cœ-
lum in nube: & viderunt illos inimici
eorū. Et in illa hora factus eſt terręmo-

tus magnus: & decima pars ciuitatis
cecidit: & occiſa ſunt in terręmotu no
mina hominũ ſeptẽ millia, & reliqui
in timorẽ ſunt miſſi, & dederunt glo- A
riam deo cœli. Væ ſecundum abijt: &
ecce vę tertiũ veniet cito. Et ſeptimus
angelus tuba cecinit: & factę ſunt vo-
ces magnæ in cœlo dicẽtes, Factũ eſt
regnum huius mũdi domini noſtri &
CHRISTI eius, & regnabit in ſecu-
la ſeculorũ. Amen. Et vigintiquatuor D
ſeniores qui in cõſpectu dei ſedent in
ſedibus ſuis, ceciderunt in facies ſuas,
& adorauerunt deũ dicentes, Gratias
agimus tibi domine deus noſter om-
nipotẽs qui es, & qui eras, & qui ven-
turus es: quia accępiſti virtutẽ tuam B
magnã, & regnaſti. Et iratæ ſunt gen-
tes, & aduenit ira tua & tempus mor
tuorum iudicari, & reddere mercedẽ
ſeruis tuis ꝓphetis & ſanctis, & timẽ
tibus nomẽ tuum puſillis & magnis,
& exterminandi eos qui corruperunt
terram. Et apertum eſt tẽplum dei in
cœlo: & viſa eſt arca teſtamẽti eius in
templo

templo eius, & facta ſunt fulgura, &
voces, & terręmotꝰ, & grãdo magna.

CAPVT XII.

A ET ſignũ magnũ apparuit in
cœlo: mulier amicta ſole,
& luna ſub pedibꝰ eius, &
in capite eiꝰ corona ſtellarũ
duodecim, & in vtero habens: & cla-
mat parturiẽs, & cruciatur vt pariat.
Et viſum eſt aliud ſignum in cœlo, &
ecce draco magnus, rufus, habẽs capi
ta ſeptẽ, & cornua decẽ, & in capiti-
bus eius diademata ſeptem, & cauda
eius trahebat tertiã partem ſtellarum
cœli, & miſit eas in terrã. & draco ſte-
tit ante mulierẽ quæ erat paritura: vt
cũ peperiſſet, filiũ eius deuoraret. Et
B peperit filium maſculũ, qui recturus
erat omnes gentes in virga ferrea: &
raptus eſt filius eius ad deũ & ad thro
num eiꝰ, & mulier fugit in ſolitudinẽ,
vbi habebat locũ paratũ à deo, vt ibi
paſcat eam diebus mille ducẽtis ſexa
ginta. Et factũ eſt prælium magnũ in
cœlo. Michael & angeli eius pręliabã-

tur cũ dracone, & draco pugnabat &
angeli eius, & non valuerũt, neq; loc⁹
inuentus eſt eorũ amplius in cœlo. &
proiectus eſt draco ille magn⁹, ſerpẽs
antiquus, qui vocatͣ diabolus & ſata-
nas, qui ſeducit vniuerſum orbem: &
proiectus eſt in terrã: & angeli eius cũ
illo miſſi ſunt. Et audiui vocem ma- C
gnã in cœlo dicentẽ, Nunc facta eſt ſa
lus & virtus, & regnum dei noſtri, &
poteſtas CHRISTI eius: quia proie
ctus eſt accuſator fratrũ noſtrorũ, qui
accuſabat illos ante conſpectũ dei no
ſtri die ac nocte. Et ipſi vicerunt eum A
propter ſanguinẽ agni, & propter ver
bum teſtimonij ſui, & nõ dilexerunt
animas ſuas vſq; ad mortẽ. propterea
lætamini cœli, & qui habitatis in eis.
Væ terrę, & mari: quia deſcẽdit diabo
lus ad vos habẽs iram magnã, ſciens
ꝙ modicũ tẽpus habet. Et poſtq̃ vidit D
draco ꝙ proiectus eſſet in terrã: perſe
cutus eſt mulierẽ quæ peperit maſcu
lum. & datę ſunt mulieri alę duę aqui
lę magnę, vt volaret in deſertũ in lo-

cum ſuũ vbi alitur per tẽpus & tem-
pora & dimidium tẽporis à facie ſer-
pentis. Et miſit ſerpẽs ex ore ſuo poſt
mulierẽ, aquam tanq̃; flumen: vt eam
faceret trahi à flumine. Et adiuuit ter-
ra mulierẽ, & aperuit terra os ſuũ, &
abſorbuit flumẽ quod miſit draco de
ore ſuo. Et iratꝰ eſt draco in mulierẽ:
& abijt facere præliũ cũ reliquis de
ſemine eiꝰ qui cuſtodiũt mãdata dei,
& habent teſtimoniũ IESV CHRI-
STI. Et ſtetit ſupra arenam maris.

CAPVT XIII.

A ET vidi de mari beſtiã aſcen-
dentem habentẽ capita ſe-
ptem, & cornua decẽ, & ſu-
per cornua eius, decẽ dia-
demata, & ſuper capita eius nomina
blaſphemię. Et beſtia quã vidi, ſimilis
erat pardo, & pedes eius ſicut pedes
vrſi, & os eius ſicut os leonis. Et dedit
illi draco virtutẽ ſuam & poteſtatem
magnã. Et vidi vnũ de capitibus ſuis
quaſi occiſum in mortẽ: & plaga mor
tis eius curata eſt. Et admirata eſt vni-

uerſa terra poſt beſtiã. Et adorauerunt
draconẽ qui dedit poteſtatẽ beſtiæ, &
adorauerunt beſtiã: dicentes, Quis ſi/
milis beſtiæ? & quis poterit pugnare
cum ea? Et datũ eſt ei os loquens ma/ B
gna & blaſphemias: & data eſt ei pote
ſtas facere menſes quadragintaduos.
Et aperuit os ſuum in blaſphemias ad
deum blaſphemare nomẽ eius, & ta/
bernaculũ eius, & eos qui in cœlo ha/
bitant. Et eſt datũ illi bellum facere cũ D
ſanctis: & vincere eos. Et data eſt illi
poteſtas in omnẽ tribum, & populũ,
& linguã, & gentẽ: & adorauerunt eã
omnes qui inhabitabant terrã, quorũ
non ſunt ſcripta nomina in libro vitę
agni, qui occiſus eſt ab origine mũdi.
Siquis habet aurem, audiat. Qui in ca C
ptiuitatem duxerit, in captiuitatẽ va/
Geñ.9.a det: qui in gladio occiderit, oportet
Mat.26.c eum gladio occidi. Hic eſt patiẽtia &
fides ſanctorum. Et vidi aliam beſtiã
aſcẽdentẽ de terra: & habebat cornua
duo ſimilia agni, & loquebatur ſicut
draco. Et poteſtatẽ prioris beſtiæ om

nem faciebat in conſpectu eius: & fe-
cit terram & habitantes in ea, adorare
beſtiam primã, cuius curata eſt plaga
mortis. Et fecit ſigna magna, vt etiam
ignẽ faceret de cœlo deſcendere in ter
ram in conſpectu hominũ. Et ſeduxit
habitantes in terra propter ſigna quæ
data ſunt illi facere in cõſpectu beſtię,
dicens habitãtibus in terra, vt faciant
imaginem beſtiæ, quæ habet plagam
D gladij, & vixit. Et datum eſt illi vt da-
ret ſpiritum imagini beſtiæ, & vt lo-
quatur imago beſtiæ: & faciet vt qui-
cunq; non adorauerint imaginem be
ſtiæ, occidantur. Et faciet omnes pu-
ſillos, & magnos, & diuites, & paupe
res, & liberos, & ſeruos habere chara-
ctẽrẽ in dextera manu ſua, aut in fron
tibus ſuis. & ne quis poſſit emere, aut
vendere, niſi qui habeat charactẽrem,
aut nomen beſtiæ, aut numerum no-
minis eius. Hic ſapiẽtia eſt. Qui habet
intellectum: cõputet numerũ beſtiæ.
Numerus enim hominis eſt: & nume
rus eius ſexcenti ſexagintaſex.

CAPVT XIIII.

ET vidi, & ecce agnus ſtabat A
ſupra montē Sion, & cum
eo centū quadragintaqua-
tuor millia habētia nomē
eius, & nomē patris eius ſcriptum in
frontibus ſuis. Et audiui vocē de cœ-
lo, tanq̃ vocē aquarum multarū, &
tanq̃ vocē tonitrui magni: & vocem
quā audiui, ſicut citharœdorū cithari-
zantium in citharis ſuis. Et cantabant
quaſi cāticum nouum ante ſedem &
ante quatuor animalia, & ſeniores: &
nemo poterat diſcere canticū, niſi illa
centū quadragintaquatuor millia, qui
empti ſunt de terra. Hi ſunt qui cum B
mulieribus non ſunt coinquinati. vir
gines enim ſunt. Hi ſequūtur agnum
quocūq; ierit. Hi empti ſunt ex homi
nibus primitiæ deo & agno: & in ore
eorum non eſt inuētum mēdacium.
Sine macula enim ſunt ante thronum
dei. Et vidi alterum angelum volantē
per medium cœli, habentē euangeliū
æternum, vt euāgelizaret ſedentibus

ſuper terrã, & ſuper omnem gentẽ, &
tribum, & linguã, & populum, dicen
tem magna voce, Timete dominũ, &
date illi honorẽ, quia venit hora iudi
cij eius: & adorate eum, qui fecit cœ-
lum & terrã, mare & fontes aquarũ. Ps.145.a
Et alius angelus ſecutus eſt, dicẽs, Ce Act.14.c
cidit cecidit Babylon illa magna: quę
à vino iræ fornicationis ſuæ potauit Eſa.21.c
omnes gẽtes. Et tertius angelus ſecu- Hier.51.a
tus eſt illos, dicẽs voce magna, Siquis
adorauerit beſtiam & imaginẽ eius,
& accęperit charactêrem in frõte ſua,
aut in manu ſua: & hic bibet de vino
irę dei, quod mixtũ eſt mero in calice
C iræ ipſius: & cruciabit igne & ſulfure
in cõſpectu angelorum ſanctorum, &
ante conſpectum agni. & fumus tor-
mentorũ eorum aſcendet in ſecula ſe
culorũ: nec habẽt requiẽ die ac nocte,
qui adorauerunt beſtiam & imaginẽ
eius, & ſi quis accęperit charactêrem
nominis eius. Hic patiẽtia ſanctorum
eſt, qui cuſtodiunt mãdata dei & fidẽ
IESV. Et audiui vocẽ de cœlo dicen

tem mihi. Scribe, Beati mortui qui in
dño moriuntur. Amodo iam dicit ſpi
ritus, vt requieſcant à laboribus ſuis.
opera enim illorum ſequũtur illos. Et
vidi, & ecce nubem cãdidam: & ſuper
nubẽ ſedentem ſimilẽ filio hominis,
habentẽ in capite ſuo coronã auream,
Mat.13.c & in manu ſua falcem acutã. Et alius
angelus exiuit de tẽplo clamans voce
magna ad ſedentẽ ſuper nubem. Mit-
Ioel.3.c te falcem tuã & mete, quia venit hora
vt metatur, quoniã aruit meſſis terrę.
Et miſit qui ſedebat ſuper nubem, fal- D
cem ſuam in terrã: & demeſſuit eã. Et
alius angelus exiuit de templo quod
eſt in cœlo: habẽs & ipſe falcẽ acutã.
Et alius angelus exiuit de altari, qui
habebat poteſtatẽ ſupra ignem: & cla
mauit voce magna ad eum qui habe-
bat falcem acutã, dicẽs, Mitte falcem
tuam acutam, & vindemia botros vi
neæ terræ: quoniã maturæ ſunt vuæ
eius. Et miſit angelus falcẽ ſuam acu-
tam in terrã, & vindemiauit vineam
terræ, & miſit in lacũ iræ dei magnũ:

&calcatus eſt lacus extra ciuitatē, &
exiuit ſanguis de lacu vſq; ad frenos
equorum per ſtadia mille ſexcenta.

CAPVT XV.

A ET vidi aliud ſignū in cœlo
magnū & mirabile: ange-
los ſeptē, habentes plagas
ſeptē nouiſſimas. quoniā
in illis cōſummata eſt ira dei. Et vidi
tanq; mare vitreū mixtū igne, & eos
qui vicerunt beſtiā & imaginē eius &
numerum nominis eius ſtātes ſuper
mare vitreum, habentes citharas dei:
B & cantantes canticū Moyſi ſerui dei,
& canticū agni, dicētes, Magna & mi
rabilia ſunt opera tua dn̄e deus omni-
potēs: iuſtæ & veræ ſunt viæ tuæ rex
ſeculorū. Quis non timebit te dn̄e, & Hier. 10.
magnificabit nomē tuum? quia ſolus
pius es, quoniā omnes gentes veniēt,
& adorabunt in cōſpectu tuo, quoniā
C iudicia tua manifeſta ſunt. Et poſt hęc
vidi, & ecce apertum eſt tēplum ta-
bernaculi teſtimonij in cœlo: & exie-
runt ſeptē angeli, habentes ſeptē pla-

gas, de tẽplo: veſtiti lino mundo & candido,& prꝫcincti circa pectora zonis aureis. Et vnũ de quatuor anima/libus, dedit ſeptẽ angelis ſeptẽ phia/las aureas: plenas iracundiæ dei viuẽ tis in ſecula ſeculorum. Et impletum D
eſt tẽplum dei fumo à maieſtate dei, & de virtute eius: & nemo poterat introire in tẽplum donec cõſumma/rentur ſeptẽ plagæ ſeptẽ angelorum.

CAPVT XVI.

ET audiui vocem magnã de A
templo, dicẽtem ſeptẽ an/gelis, Ite,& effundite ſeptẽ phialas iræ dei in terrã. Et abijt prim⁹ angelus,& effudit phialã ſuam in terrã: & factũ eſt vulnus ſęuũ & peſſimum in homines qui habebãt charactẽrẽ beſtiæ, & in eos qui adora uerunt beſtiam & imaginẽ eius. Et ſecundus angelus effudit phialã ſuã in mare,& factus eſt ſanguis tanq̃ mor/tui: & omnis anima viuẽs mortua eſt in mari. Et tertius effudit phialã ſuam ſuper flumina & ſuper fontes aquarũ:

& factus eſt ſanguis. Et audiui angelũ
aquarũ dicentẽ, Iuſtus es dñe, qui es,
& qui eras, & ſanctus, qui hoc iudica-
ſti: quia ſanguinẽ ſanctorum & ꝓphe
tarũ effuderunt, & ſanguinẽ eis dedi-
ſti bibere. digni enim ſunt. Et audiui
B alterum dicentẽ, Etiam domine deus
omnipotẽs, vera & iuſta iudicia tua.
Et quartus angelus effudit phialã ſuã
in ſolẽ. & datum eſt illi æſtu affligere
homines & igni. & ęſtuauerũt homi-
nes ęſtu magno, & blaſphemauerunt
nomen dei habẽtis poteſtatem ſuper
has plagas, neq; egerunt pœnitentiã,
vt darent illi gloriã. Et quintus ange-
lus effudit phialã ſuam ſuper ſedẽ be
ſtię: & factum eſt regnũ eius tenebro-
ſum, & cõmanducauerũt linguas ſuas
prę dolore: & blaſphemauerũt deum
cœli prę doloribus & vulnerib9 ſuis,
& nõ egerũt pœnitentiã ex operibus
C ſuis. Et ſextus angelus effudit phialã
ſuam in flumen illud magnũ Euphrâ-
ten: & ſiccauit aquã eius, vt prępara-
retur via regibus ab ortu ſolis. Et vidi

de ore draconis,& de ore beſtię,& de ore pſeudoprophetæ exire ſpirit⁹ tres immundos in modum ranarũ. Sunt enim ſpiritus dæmoniorum faciẽtes ſigna,& ꝓcedunt ad reges totius ter/ ræ cõgregare illos in prælium ad diẽ

ra.3.a magnũ omnipotentis dei.Ecce venio

.24.d ſicut fur. Beatus qui vigilat & cuſto/

.12.c dit veſtimẽta ſua,nę nudus ambulet,

or.5.a & videant turpitudinẽ eius. Et cõgre gabit illos in locum qui vocatur He/ braice Armageddõ.Et ſeptimus ange D lus effudit phialã ſuam in aerẽ:& exi uit vox magna de tẽplo à throno,di/ cens,Factũ eſt.Et facta ſunt fulgura,& voces,& tonitrua,& terræmotus fa/ ctus eſt magnus qualis nunq̃ fuit,ex quo homines fuerunt ſuper terrã ta/ lis terræmotus ſic magn⁹.Et facta eſt ciuitas magna in tres partes:& ciuita tes gentiũ ceciderunt.Et Babylon ma gna venit in memoriã ante deũ:dare illi calicẽ vini indignationis iræ eius. Et omnis inſula fugit, & mõtes non ſunt inuenti. Et grãdo magna ſicut ta

lentum, deſcendit de cœlo in homines: & blaſphemauerunt deum homines propter plagã grandinis: quoniã magna facta eſt vehementer.

CAPVT XVII.

A ET venit vnus de ſeptẽ angelis qui habebant ſeptẽ phialas, & locutus eſt mecũ, dicens, Veni, & oſtendam tibi dãnationẽ meretricis magnæ quæ ſedet ſuper aquas multas, cum qua fornicati ſunt reges terrę, & inebriati ſunt qui inhabitabant terrã de vino proſtitutionis eius. Et abſtulit me in ſpiritu in deſertum. Et vidi mulierẽ ſedentẽ ſuper beſtiam coccinã, plenam nominibus blaſphemiæ, habentẽ capita ſeptem & cornua decẽ. Et mulier erat circũdata purpura & coccino, & inaurata auro & lapide pretioſo, & margaritis, habens poculũ aureum in manu ſua, plenũ abominatione & immũ

B ditia fornicationis ſuę. Et in fronte eiꝰ nomẽ ſcriptum. myſterium: Babylon magna, mater fornicationum & abo-

minationum terrę. Et vidi mulierem ebriam de ſanguine ſanctorum, & de ſanguine martyrũ IESV. Et miratus ſum cum viderẽ illam, admiratione magna. Et dixit mihi angelus, Quare miraris? Ego dicam tibi ſacramẽtum mulieris, & beſtiæ quę portat eã, quę habet capita ſeptẽ & cornua decẽ. Beſtia quã vidiſti, fuit, & nõ eſt, & aſcenſura eſt de abyſſo, & in interitũ ibit: & mirabunt inhabitantes terrã (quorum nõ ſunt ſcripta nomina in libro vitæ à conſtitutione mundi) vidẽtes beſtiam quę erat & non eſt. Et hęc eſt C
ſenſus, qui habet ſapientiã. Septẽ capita: ſeptẽ montes ſunt, ſuper quos mulier ſedet, & reges ſeptẽ ſunt. Quinque ceciderunt, vnus eſt, & alius nõdum venit, & cum venerit, oportet illum breue tempus manere. Et beſtia quæ erat & nõ eſt: & ipſa octaua eſt, & de ſeptẽ eſt, & in interitum vadit. Et decem cornua quæ vidiſti: decem reges ſunt, qui regnum nõdum accęperũt, ſed poteſtatem tanquam reges vna hora

D accipient poſt beſtiam. Hi vnum con
ſilium habent: & virtutem, & poteſta
tem ſuã beſtiæ tradent. Hi cum agno
pugnabũt: & agnus vincet illos, quo-
niam dominus dominorũ eſt, & rex 1. Tim. 6.
regum, & qui cum illo ſunt vocati: & Infra. 19
electi & fideles. Et dixit mihi, Aquæ
quas vidiſti vbi meretrix ſedet: popu
li ſunt, & gentes, & linguæ. Et decem
cornua quę vidiſti in beſtia: hi odient
fornicariam, & deſolatam facient il-
lam & nudam. & carnes eius mandu
cabunt, & ipſam igni concremabunt.
Deus enim dedit in corda eorum, vt
faciant quod placitum eſt illi: vt dent
regnum ſuum beſtię, donec conſum-
mentur verba dei. Et mulier quam vi
diſti: eſt ciuitas magna. quę habet re-
gnum ſuper reges terræ.

CAPVT XVIII.

A ET poſt hęc vidi aliũ angelũ
deſcẽdentẽ de cœlo, habẽtẽ
poteſtatem magnã, & terra
illuminata eſt à gloria eius.
Et exclamauit in fortitudine dicens,

Iſa.21.c Cecidit cecidit Babylon magna:& fa
Hier.51.a cta eſt habitatio dęmoniorũ,& cuſto
dia omnis ſpiritus immundi,& cuſto
dia omnis volucris immundæ & odibi
lis:quia de vino irę fornicationis eius
biberunt omnes gẽtes:& reges terræ
cum illa fornicati ſunt:& mercatores
terræ de virtute deliciarũ eius diuites
facti ſunt.Et audiui aliam vocẽ de cœ B
lo,dicentẽ,Exite de illa populus me-
us:ne participes ſitis delictorũ eius,
& de plagis eius nõ accipiatis. Quo-
niam peruenerũt peccata eius vſq; ad
cœlum,& recordatus eſt dñs iniquita
tum eius. Reddite illi ſicut & ipſa red
didit vobis: & duplicate duplicia ſe-
cundũ opera eius. In poculo quo mi D
ſcuit vobis:miſcete illi duplũ. Quan-
tum glorificauit ſe, & in delicijs fuit:
tantum date illi tormentũ & luctum:
Eſa.47.b quia in corde ſuo dicit, Sedeo regina:
& vidua nõ ſum, & luctum nõ vide-
bo. Ideo in vna die veniẽt plagę eius, C
mors, & luctus, & fames & igne cõ-
buretur:quia fortis eſt deus qui iudi-
cabit

cabit illam. Et flebunt & plāgent ſe ſu
per illã reges terræ, qui cum illa forni
cati ſunt, & in delicijs vixerunt, cũ vi-
derint fumũ incendij eius: longe ſtan
tes ꝓpter timorem tormẽtorum eius
dicentes, Væ vę ciuitas illa magna Ba
bylon, ciuitas illa fortis: quoniã vna
hora venit iudicium tuũ. Et negocia-
tores terrę flebũt, & lugebunt ſuper il
lam: quoniã merces eorũ nemo emet
amplius, merces auri & argẽti & lapi
dis pretioſi, & margaritæ, & byſſi, &
purpuræ, & ſerici, & cocci, & omne li
gnum thyinũ, & omnia vaſa eboris, &
omnia vaſa de lapide pretioſo & ęra-
D mento, & ferro, & marmore, & cina-
momum, & amomũ, & odoramẽto-
rum, & vnguenti, & thuris, & vini, &
olei, & ſimilæ, & tritici, & iumento-
rum, & ouium, & equorũ, & rheda-
rum, & mancipiorũ, & animarum ho
minum. Et poma deſiderij animę tuę
diſceſſerunt à te: & omnia pinguia &
præclara perierũt à te, & amplius illa
iam non inuenient mercatores horũ,

qui diuites facti ſunt: ab ea longe ſta- E
bunt, propter timorem tormẽtorum
eius, flentes, ac lugentes, & dicentes,
Væ væ ciuitas illa magna, quę amicta
erat byſſo, & purpura, & cocco, & de-
aurata erat auro, & lapide pretioſo, &
margaritis: quoniã vna hora deſtitu-
tæ ſunt tantę diuitiæ: & omnis guber
nator, & omnes qui in lacũ nauigant,
& nautę, & qui in mari operãtur, lon
ge ſteterunt, & clamauerũt videntes
locum incẽdij eius, dicentes, Quæ ſi- F
milis ciuitati huic magnæ? Et miſerũt
puluerẽ ſuper capita ſua: & clamaue-
runt flentes, & lugentes, dicentes. Væ
væ ciuitas illa magna, in qua diuites
facti ſunt omnes qui habebant naues
in mari de pretijs eius: quoniam vna
hora deſolata eſt. Exulta ſuper eã cœ-
lum & ſancti apoſtoli & prophetæ:
quoniã iudicauit deus iudiciũ veſtrũ
de illa. Et ſuſtulit vnus angelus fortis
lapidẽ quaſi molarem magnũ, & mi-
ſit in mare, dicens, Hoc impetu mit- G
tetur Babylon ciuitas illa magna: &

vltra iam nõ inuenietur. Et vox citha
rœdorũ & muſicorũ & tibia canentiũ
& tuba, nõ audietur in te amplius: &
omnis artifex omnis artis non inue-
nietur in te amplius: & vox molę nõ
audietur in te amplius, & lux lucernę
nõ lucebit in te amplius, & vox ſpõſi
& ſpõſę nõ audietur adhuc in te: quia
mercatores tui erant principes terræ:
quia in veneficijs tuis errauerunt om
nes gentes. Et in ea ſanguis prophe-
tarum & ſanctorum inuentus eſt: &
omnium qui interfecti ſunt in terra.

CAPVT XIX.

A Poſt hæc audiui quaſi vocẽ turbarum multarũ in cœlo dicentiũ, Alleluia. Laus, & gloria, & virtus deo noſtro
eſt: quia vera & iuxta iudicia ſunt eius
qui iudicauit de meretrice magna,
quæ corrupit terram in proſtitutione
ſua, & vindicauit ſanguinẽ ſeruorum
ſuorũ de manibus eius. Et iterũ dixe-
runt Alleluia. Et fumus eius aſcẽdit in
ſecula ſeculorũ. Et ceciderũt ſeniores

vigintiquatuor & quatuor animalia,
& adorauerũt deum ſedentem ſuper
thronum, dicentes, Amen alleluia. Et
vox de throno exiuit, dicẽs, Laudẽ di
cite deo noſtro omnes ſancti eius: &
qui timetis eũ puſilli & magni. Et au-
diui quaſi vocẽ tubæ magnæ, & ſicut
vocẽ aquarum multarũ & ſicut vocẽ
tonitruorũ magnorum, dicẽtium, Al
leluia: quoniã regnauit dominus de⁹
noſter omnipotẽs. Gaudeam⁹ & exul B
temus & demus gloriã ei: quia vene-
rũt nuptię agni, & vxor eius præpara
uit ſe. Et datum eſt illi vt cooperiat ſe
byſſino ſplẽdenti: & candido. Byſſinũ
enim: iuſtificationes ſunt ſanctorũ. Et
t.22.a dixit mihi, Scribe, Beati qui ad cœnã
.14.d nuptiarum agni vocati ſunt. Et dicit
mihi, Hęc verba dei, vera ſunt. Et ceci-
di ante pedes eius, vt adorarẽ eum. Et
dicit mihi, Vide ne feceris, conſeruus
tuus ſum, & fratrũ tuorum habẽtium
teſtimoniũ IESV. Deum adora. Te- C
ſtimonium enim IESV, eſt ſpiritus
prophetiæ. Et vidi cœlum apertũ, &

ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper
eũ vocabatur Fidelis & Verax, & cum
iuſtitia iudicat & pugnat. Oculi autẽ
eius ſicut flãma ignis: & in capite eius
diademata multa, habens nomen ſcri
ptũ, quod nemo nouit niſi ipſe. Et ve Eſa.63.a
ſtit⁹ erat veſte aſperſa ſanguine: & vo-
cabatur nomẽ eius, Verbũ dei. Et exer
citus qui ſunt in cœlo, ſequebãtur eũ
in equis albis, & veſtiti byſſino albo
& mũdo. Et de ore eius procedit gla-
dius ex vtraq; parte acutus: vt in ipſo
percutiat gẽtes. Et ipſe reget eas in vir Pſal.2.c
ga ferrea: & ipſe calcat torcular vini
furoris iræ dei omnipotẽtis. Et habet
in veſtimẽto & in femore ſuo ſcriptũ,
Rex regũ & dominus dominantiũ. Et Supr.17.c
vidi vnum angelum ſtantẽ in ſole, & 1.Tim.6.
clamauit voce magna dicens omnib⁹
auibus quæ volabãt per mediũ cœli,
D Venite & congregamini ad cœnã ma
gnã dei: vt mãducetis carnes regũ, &
carnes tribunorũ, & carnes fortiũ, &
carnes equorũ, & ſedẽtium in ipſis, &
carnes omnium liberorũ & ſeruorũ,

& puſillorum & magnorũ. Et vidi beſtiam & reges terrę, & exercitus eorũ cõgregatos ad faciendum pręliũ cum illo qui ſedebat in equo & cum exercitu eius. Et apprehenſa eſt beſtia, & cũ ea pſeudopropheta: qui fecit ſigna corã ipſo, quibus ſeduxit eos qui accęperunt characterem beſtię, & qui adorauerunt imaginem eius. Viui miſſi ſunt hi duo in ſtagnum ignis ardẽtis ſulfure: & cæteri occiſi ſunt in gladio ſedentis ſuper equum, qui procedit de ore ipſius. & omnes aues ſaturatæ ſunt carnibus eorum.

CAPVT XX.

ET vidi angelũ deſcendentẽ A
de cœlo, habẽtem clauem abyſſi, & catenã magnã in manu ſua. Et apprehendit draconẽm ſerpentẽ antiquum, qui eſt diabolus & ſatanas, & ligauit eũ per annos mille, & miſit eũ in abyſſum, & clauſit, & ſignauit ſuper illũ vt nõ ſeducat amplius gẽtes, donec cõſummentur mille anni. & poſt hoc opor-

B tet illum ſolui modico tēpore. Et vi-
di ſedes: & ſederunt ſuper eas, & iudi
cium datū eſt illis, & animas decolla-
torum propter teſtimoniū IESV, &
propter verbū dei: & qui nō adoraue
runt beſtiā, neq; imaginē eius, nec ac-
cęperūt characterem eius in frōtibus
aut in manibus ſuis, & vixerunt & re
gnauerunt cū CHRISTO mille an-
nis. Cæteri mortuorū non vixerunt,
donec cōſummentur mille anni. Hæc
eſt reſurrectio prima. Beatꝰ & ſanctus
qui habet partē in reſurrectione pri-
ma. in his ſecunda mors nō habet po
teſtatem: ſed erunt ſacerdotes dei &
CHRISTI: & regnabunt cum illo
C mille annis. Et cū cōſummati fuerint
mille anni, ſoluetur ſatanas de carce- Ezech.3.
re ſuo, & exibit & ſeducet gentes quę &.39.a
ſunt ſuꝑ quatuor angulos terræ, Gog
& Magog, vt cōgreget eos in præliū,
quorum numerus eſt ſicut arena ma-
ris. Et aſcenderunt ſuper latitudinem
terrę, & circūierunt caſtra ſanctorū &
ciuitatem dilectā. Et deſcendit ignis à

deo de cœlo, & deuorauit eos: & dia-
bolus qui ſeducebat eos, miſſus eſt in
ſtagnũ ignis & ſulfuris, vbi & beſtia
& pſeudopropheta cruciabunt die ac
nocte in ſecula ſeculorũ. Et vidi thro-
num magnũ candidum & ſedentẽ ſu
per eũ, à cuius cõſpectu fugit terra &
cœlum, & locus nõ eſt inuẽtus eis. Et
vidi mortuos magnos, & puſillos ſtã
tes in conſpectu throni, & libri aperti
ſunt, & alius liber apert⁹ eſt, qui eſt vi
tæ: & iudicati ſunt mortui ex his quę
ſcripta erãt in libris ſecũdum opera
ipſorũ, & dedit mare mortuos qui in
eo erãt, & mors & infernus dederunt
mortuos ſuos qui in ipſis erãt, & iu-
dicatũ eſt de ſingulis ſecũdum opera
ipſorũ. Et infernus & mors miſſi ſunt
in ſtagnũ ignis. Hæc eſt mors ſecũda.
Et qui non inuentus eſt in libro vitæ
ſcriptus: miſſus eſt in ſtagnum ignis.

CAPVT XXI.

Eſa. 65. c & 66. g 2. Pet. 3. c

ET vidi cœlum nouũ & ter
ram nouã. Primum enim
cœlũ, & prima terra abijt,

& mare iam non eſt. Et ego Ioannes
vidi ſanctam ciuitatem Hieruſalē no
uam, deſcendentē de cœlo, à deo para
tam, ſicut ſpōſam ornatā viro ſuo. Et
audiui vocem magnā de throno dicē
tem, Ecce tabernaculū dei cum homi
nibus: & habitabit cum eis. & ipſi po
pulus eius erunt: & ipſe deus cum eis
B erit eorū deus, & abſterget deus om/ Eſa. 25.
nem lachrymam ab oculis eorum: &
mors vltra nō erit, neq; luctus, neq;
clamor, neq; dolor erit vltra, quæ pri
ma abierunt. Et dixit qui ſedebat in Eſa. 43.
throno. Ecce noua facio omnia. Et di/ 2. Cor.
xit mihi, Scribe, quia hæc verba fide/
liſſima ſunt & vera. Et dixit mihi, Fa/
ctum eſt. Ego ſum α & ω: initiū & fi/
nis. Ego ſitienti dabo de fonte aquę vi
uę gratis. Qui vicerit, poſſidebit hæc,
& ero illi deus: & ille erit mihi filius.
Timidis autē & incredulis, & execra
tis, & homicidis, & fornicatoribus,
& veneficis, & idololatris, & omni/
bus mendacibus pars illorum erit in
ſtagno ardenti igne & ſulfure, quod

eſt mors ſecunda. Et venit vnus de ſe C
ptem angelis habentibus phialas ple
nas ſeptem plagis nouiſſimis, & locu
tus eſt mecum, dicens, Veni, & oſten-
dam tibi ſponſam, vxoré agni. Et ſu-
ſtulit me in ſpiritu in mõtem magnũ
& altum: & oſtendit mihi ciuitatem
ſanctam Hieruſalem, deſcendenté de
cœlo à deo, habenté ciuitatem dei. &
lumen eius ſimile lapidi pretioſo tan
quã lapidi iaſpidis, cryſtallizãti. Et ha D
bebat murum magnũ & altum, habé
tem portas duodecim; & in portis,
angelos duodecim, & nomina inſcri
pta, quæ ſunt nomina duodecim tri-
buum filiorũ Iſrael. Ab oriente, por-
tæ tres: & ab aquilone, portæ tres: &
ab auſtro, portę tres: & ab occaſu, por
tæ tres. Et murus ciuitatis habens fun
daméta duodecim: & in ipſis duode-
cim, nomina duodecim apoſtolorũ
agni. Et qui loquebatur mecum, habe
bat menſuram arundineá auream, vt
metiretur ciuitaté & portas eius, &
murũ. Et ciuitas in quadro poſita eſt, E

& longitudo eius tanta eſt quanta &
latitudo: & menſus eſt ciuitatem de
arundine aurea per ſtadia duodecim
millia, & longitudo & altitudo & la
titudo eius æqualia ſunt. Et mēſus eſt
murum eius centū quadragintaqua-
tuor cubitorū, menſura hominis, quę
eſt angeli. Et erat ſtructura muri eius
ex lapide iaſpide: ipſa vero ciuitas au
F rum mundū, ſimile vitro mundo. Et
fundamēta muri ciuitatis, omni lapi-
de pretioſo ornata. Fundamētum pri
mum, iaſpis: ſecundum, ſapphirus:
tertium, calcedonius: quartum, ſma-
ragdus: quintum, ſardonyx: ſextum,
ſardius: ſeptimum, chryſolitus: octa-
uum, berillus: nonum, topazius: deci
mum, chryſopraſus: vndecimū, hya-
cinthus: duodecimū, amethyſtus. Et
duodecim portæ, duodecim margari
tæ ſunt, per ſingulas: & ſingulæ por-
tę, erant ex ſingulis margaritis: & pla
tea ciuitatis aurum mundum, tanq̄
vitrum perlucidum. Et templum nō
G vidi in ea. Dominus enim deus omni

Eſa.60.d potens tẽplum illius eſt & agnus. Et G
ciuitas non eget ſole neq; luna, vt lu-
ceant in ea. nam claritas dei illumina-
bit eam, & lucerna eius eſt agnus. Et
ambulabunt gẽtes in lumine eius: &
Eſa.60.e reges terræ afferent gloriam ſuam & B
honorem in illam. Et portæ eius non
claudentur per diẽ. nox enim nõ erit
illic. Et afferent gloriam & honorem
gentium in illam. Nõ intrabit in eam
aliquod coinquinatum, aut abomi-
nationem faciens & mendacium: niſi
qui ſcripti ſunt in libro vitæ agni.

CAPVT XXII.

ET oſtendit mihi fluuium A
aquæ viuæ, ſplendidũ tan C
quã cryſtallum, proceden
tem de ſede dei & agni. In
medio plateæ eius, & ex vtraq; parte
fluminis lignum vitę, afferẽs fructus
duodecim, per menſes ſingulos red-
dens fructum ſuũ, & folia ligni ad ſa-
nitatem gẽtium. Et omne maledictũ
nõ erit amplius: ſed ſedes dei & agni
in illa erunt, & ſerui eius ſeruient illi. B

Et videbunt faciẽ eius: & nomen eius
in frontibus eorum. Et nox vltra non Eſa.60.d
erit: & non egebunt lumine lucernæ,
neq; lumine ſolis, quoniam domin⁹
deus illuminabit illos, & regnabũt in
B ſecula ſeculorum. Et dixit mihi, Hæc
verba fideliſſima ſunt, & vera. Et do-
minus deus ſpirituum prophetarum
miſit angelum ſuum oſtẽdere ſeruis
ſuis, quæ oportet fieri cito. Et ecce ve
nio velociter. Beatus qui cuſtodit ver
ba prophetiæ libri huius. Et ego Ioã-
nes qui audiui, & vidi hæc. Et poſtq̃
audiſſem & vidiſſem, cecidi vt adora
rem ante pedes angeli, qui mihi hæc
C oſtendebat: & dixit mihi, Vide ne fe-
ceris, cõſeruus enim tuus ſum, & fra-
trum tuorum prophetarũ, & eorum
qui ſeruant verba prophetię libri hu-
ius. Deum adora. Et dicit mihi, Ne ſi-
gnaueris verba ꝓphetiæ libri huius.
tẽpus enim prope eſt. Qui nocet, no-
ceat adhuc: & qui in ſordibus eſt, ſor-
deſcat adhuc: & qui iuſtus eſt, iuſtifi-
cetur adhuc: & ſanctus, ſanctificetur

adhuc. Ecce venio cito, & merces mea
mecum eſt reddere vnicuiq; ſecundũ
Iſa. 41. b opera ſua. Ego ſum α & ω, primus &
& 44. a nouiſſimus, principium & finis. Beati
qui ſeruant mandata eius: vt ſit pote
ſtas eorum in ligno vitæ, & per por-
tas intrent in ciuitaté. Foris canes &
venefici, & impudici, & homicidæ, &
idôlis ſeruientes, & omnis qui amat
& facit mẽdacium. Ego IESVS miſi
angelum meum, teſtificari vobis hęc
in eccleſijs. Ego ſum radix & genus
Dauid, ſtella ſplendida & matutina.
Et ſpiritus & ſponſa dicunt, Veni. Et
Eſa. 55. a qui audit, dicat, Veni. Et qui ſitit, ve-
niat: & qui vult, accipiat aquam vitæ
gratis. Conteſtor enim omni audien-
ti verba prophetię libri huius, Si quis
appoſuerit ad hæc: apponat deus ſu-
per illum plagas ſcriptas in libro iſto.
Et ſi quis diminuerit de verbis libri
prophetiæ huius: auferet deus par-
tem eius de libro vitæ, & de ciuitate
ſancta, & de his quæ ſcripta ſunt in li-
bro iſto. dicit qui teſtimonium perhi

bet iſtorum. Etiam venio cito. Amen.
Etiam veni domine I E S V. Gratia
domini noſtri I E S V C H R I S T I
cum omnibus vobis. A M E N.

¶ ABSOLVTVM EST HOC ſanctiſſimum I E S V C H R I S T I ſaluatoris noſtri Teſtamentum nouum VENETIIS, in officina Lucæantonij Iuntæ: Anno Domini M. D. XXXIIII. menſe Ianuario.

DICIT DEVS.

Non recedat volumen legis huius ab ore tuo: ſed meditaberis in diebus ac noctibus, vt cuſtodias & facias omnia quę ſcripta ſunt in eo. Ne declines ab eo ad dexteram vel ad ſiniſtram, vt intelligas cuncta quę agis. Tunc diriges viam tuam, & intelliges eam.

IOSVE I.

1-2-3

Digitized by Google